B. VI. 2β.
53493/A
A.I.f
ZWINGER, T
WELLCOME
HIST. MED. MUSEUM

24199

FASCICULUS
DISSERTATIONUM
MEDICARUM SELECTIORUM,

Quibus

Curioſa non minus quàm Utilia

Scientiæ Apollineæ

THEMATA

Diligenter pertractata, & adcuratè expoſita ſiſtuntur.

THEODORUS ZVINGERUS,

Anat. & Bot. in Acad. Baſil. Profeſſ.

Cujus privatâ curâ

Inſtitutione & auxilio à ſuis quæque

AUCTORIBUS

Conſcriptæ, publiceq; ventilatæ fuerunt,

revidit, emendavit, auxit.

BASILEÆ.

Sumptibus JOH. LUDOVICI KOENIG.

Typis JOH. CONRADI à MECHEL.

M DCC X.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

ILLUSTRIS ET EXCELLENTISS.

SOCIETATIS

PRUSSIACO-REGIÆ

AD

XCOLENDAS PROVEHENDASQUE
ARTES ATQUE SCIENTIAS
PULCHERRIMAS

'A

ERENISSIMO ET POTENTISSIMO
PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO

FRIDERICO

EI GRATIA REGE BORUSSIÆ
PIO FELICE AUGUSTO
RCHIONE BRANDENBURGICO
S. R. IMP. ARCHICAMERARIO
ET ELECTORE

PRINCIPE AURANIÆ SUPREMO
MAGDEBURGI CLIVIÆ JULIÆ
MONTIUM STETTINI
POMERANORUM CASSUBIORUM
VANDALORUM
AC IN SILESIA
CROSNÆ CARNOVIÆQUE
DUCE
BURGGRAVIO NORIMBERGÆ
PRINCIPE
HALBERSTADII
MINDÆ ET CAMINI
MARCHIONE
VEHRENSI AC FLISSINGANO
COMITE
NEOBURGI HOHENZOLLERÆ
RAVENSBERGÆ MARCÆ LINGÆ
MEURSII BUHRÆ ET LEERDAM
DYNASTA
IN RAVENSTEIN LAVENBURG
BUTOW ARLEY ET BREDA
&c. &c. &c.

PRU-

PRUDENTI CONSILIO
INSTITUTO MAGNIFICO
ERECTÆ STABILITÆ
PRÆSIDI CELEBERRIMO
RELIQUISQUE
MEMBRIS ET COLLEGIS
NATALIUM SPLENDORE
MUNERUM DIGNITATE
PIETATIS ZELO
ERUDITIONIS FAMA
EXPERIENTIÆ GLORIA
MERITORUM DENIQUE
N PUBLICAS PRIVATASQUE RES
AMPLITUDINE
GRAVISSIMIS NOBILISSIMIS
PRÆCELLENTISSIMIS
ATRONIS ET FAUTORIBUS
OMNI HONORIS
AMORIS ET OBSERVANTIÆ
CULTU
PERPETIM COLENDIS

QUIBUS EQUIDEM VOLUPE FUIT
ET ME QUOQUE NIHIL TALE
VEL MERENTEM VEL COGITANTEM
AFFECTU GRATIOSO
VOLUNTATE PROPENSA
ANIMO BENEVOLO
IN CONCILIUM SUUM ADSCIRE
FASCICULUM HUNCCE
DISSERTATIONUM
MEDICARUM SELECTIORUM
GRATI ANIMI
PROMPTIQUE OBSEQUII
SINCERO CORDE
HUMILIQUE MENTIS AFFECTU
CONTESTANDI
OBSIGNANDIQUE ERGO
CUM PIO ARDENTIQUE
FELICITATIS OMNIGENÆ VOTO
SUORUMQUE STUDIORUM
ULTERIORE COMMENDATIONE

DICA-

DICATUM
DEDICATUM CONSECRATUM
SISTIT ET OFFERT
THEODORUS ZVINGERUS
ANATOM. ET BOTAN.
IN ACADEMIA BASILIENSI
PROFESSOR ORDINARIUS
JOHANNIS AC *THEODORI*
THEOLOGORUM
FILIUS ET NEPOS
JACOBI VERO AC *THEODORI*
PHILOSOPHORUM
MEDICORUM ATQUE POLYHISTORUM
BASILIENSIUM
PRONEPOS ET ABNEPOS.

BASILEÆ D. XV. MART. ANN. MDCCX.

PRÆFATIO.

DEſideratæ fuerunt ſæpius Diſſertationes de ſingularibus Thematibus in Univerſitate noſtrâ publicè ventilatæ, ita ut Bibliopolæ noſtri ſubinde aures vellicaverint de ſuſcipiendâ ſelectiorum quorundam impreſſione. Annui tandem petitioni iteratæ, ſelectuq; plurimarum habito tandem Faſciculum hunc contexui, quo varii generis Themata diligenti induſtriâ ab Auctoribus atque Defenſoribus ſuis pertractata, examinata, & enucleata fuerunt. Revidi tamen compoſitionem, emendavi ſi quæ deprehendi ſpalmata, ſupplevi quæ deeſſe arbitrabar; adjeci denique nonnulla, quæ quidem Lectoribus neque inutilia neque injucunda fore credidi. Ad calcem verò inprimis Centuriam Obſervationum & Epiſtolarum à Viris eruditis ad Majores meos ſcriptarum adjicere volui, ſed temporis anguſtiâ excluſus, hac vice id effectui dare minimè potui; ita ut integrum nunc volumen plurimarum Obſervationum parare liceat,

ceat; quas quidem cum Epiſtolarum aliquot Centuriis in lucem dare animus prurit, præprimis cùm Bibliopola tale quid urgeat, typisq́ nitidis imprimere geſtiat. Nimirum Volumina plusquam ſexaginta poſſideo Epiſtolarum à Viris doctis ad Majores meos jam inde à centum & quinquaginta annis, tandem & ad me ſcriptarum, in quibus curioſa quamplurima, utilia non pauca continentur, ad diverſum doctrinæ genus pertinentia. Id ſumpſit jam olim operæ quidam Avi mei p. m. Amanuenſis, ut in ordinem aliqualem talia Epiſtolia redigeret. Diſtribuit hinc in Epiſtolas v. gr. Medico-practicas, Chirurgicas, Botanicas, Chymicas, Alchymiſticas, dein etiam in Rhetoricas, Logicas, Phyſicas, Ethicas, Politicas, Hiſtoricas, Mathematicas, Philologicas, Miſcellaneas, Familiares, alias. Ita ut Theſaurus ſit Epiſtolarum, quarum ſelectus in volumen quoddam redactus atque concinnatus, à nemine non cum delectatione & fructu legi & percurri poterit. Si proin Deus vitam viresq́ conſervabit integras, operum daturus ero, ut quidquid ex meâ prodibit quantulacunq́ librariâ ſupellectili, id non planè indignum luce publicâ videri queat. Unica heîc extat Epiſtola Guilielmi Aragoſii, *ad finem Diſſertationis ſextæ de* Hydrargyro *poſita, quam adjicere volui, quoniam Argumenti*

 ſimi-

ſimilitudine cum ipſâ Diſſertatione convenit, & curioſas quasdam circa hoc admirandum Naturæ concretum obſervationes in ſeſe continet. Arbitrarius eſt ordo Diſſertationum, quo quidem poſitas Lector cernet, ſed in unaquaq; tamen methodum haud ineptam aut inconcinnam obſervabit, Argumenti cujuſq; naturam ſatis ſcitè explicantem. Quâ in re cum multum adjumenti & delectationis adlatura credidiſſem marginalia, & hæc quoque deeſſe nolui, unde poſtea Index rerum præcipuarum emerſit, quem in calce Faſciculi obſervabis. Errores ſi qui irrepſerunt pauci typographici, Benevolus Lector haud gravatim excuſabit, ipſeq; vel inter legendum facilè corriget. Atque hujus benevolentiæ ſpe fretus ad alia, vel his etiam meliora, ſive colligenda, ſive componenda me accingam. Præſtet Deus ſucceſſum!

INDEX DISSERTATIONUM

Hoc FASCICULO contentarum, cum ſuis Auctoribus.

I. DE ANTIPATHIA HUMANA, quam publicè defendit *Antonius Rodolphus du Voiſin, Ebroduno-Bernenſis.*

II. De SOMNAMBULATIONE, Defendente *Joh. Jacobo Steffanio, Medico Aroâ-Bernenſi.*

III. De POTHOPATRIDALGIA, Defend. *Joh. Hofero, Medico Mulhuſo-Alſato.*

IV. De AMYGDALIS, Defend. *Joh. Ulrico Hegnero, Medico Vitodurano.*

V. De NITRI NATURA ET USU in MEDICINA, Defendent. *Chriſtophero Hardero, Scaphuſâ-Helvetio.*

VI. De HYDRARGYRI NATURA VIRIBUS ET USU, Defend. *Caſparo Ce...rio, Medico Tigurino.*

VII. De

VII. De VALETUDINE PLANTARUM SECUNDA ET ADVERSA, Defend. *Joh. Jacobo Zwingero, p. m. Baſilienſe.*

VIII. De SALIVA SANA ET ÆGRA, Defend. *Sebaſtiano Hæggero, Medico Sant-gallenſe.*

IX. De THERMIS FAVARIENSIBUS RHÆTIÆ, Defend. *Zachariâ Damur, Medico Curienſe.*

X. De THERMIS PLUMBARIIS LOTHARINGIÆ, Defend. *Abrahamo Titot, Medico Montbelgardenſe.*

XI. De FOETORIBUS HUMANI CORPORIS, Defendent. *Jacobo Rizio, Medico Bernegg â-Rheguſco.*

XII. De NEPHRALGIA, Defend. *Joh. Andreâ Cramero, p. m. Medico Isnâ-Suevo.*

DIS-

DISSERTATIO MEDICA PRIMA

De

ANTIPATHIA HUMANA.

I.

QUod Viri quidam doctiſſimi ſubinde de *Naturæ* nomine ſenſe-runt, idem illud de *Antipathiæ* vocabulo efferre poſſumus. *Naturæ* profectò notione in Scholis hucuſque, imò in vulgari converſatione nihil communius, ſed & obſcurius nihil fuit. Quoties effectus & phœnomena naturalia fuerunt explicanda, ad rerum ſtatim, corporumve diverſas confugiebant *Naturas*, indeque cauſas illorum deducere ſolebant. Sed *Naturæ* ipſius ideam vel eſſentiam ſi quis intimiùs cognitam deſiderabat, en altum heic apud tumidos aliâs Philoſophos ſilentium, levant

Naturæ vox obſcura.

humeros, hæſitant, dubitant, imò quid reſpondeant, quod quidem & ſibi & aliis ſatisfacere poſſet, prorſus neſciunt. Plerique tamen, ne omninò ignari viderentur, *Occultas*, neſcio quas, in medium protulerunt *Qualitates*, hisque ſubtiles illos obſcuræque indaginis rerum effectus adſcripſerunt, ſuam ita ignorantiam ſub ſplendido talium *Qualitatum* velo occultare conantes. Idem prorſus fatum experta eſt vox *Antipathiæ*: quòd ſi enim Veteres corpora quandoque ſibi adverſantia, ac ſe mutuo invicem non facilè tolerantia obſervabant, *Antipathiam* ſtatim inter illa exiſtere dicebant. Verùm ubi *Antipathiæ* ratio & eſſentia explicata requirebatur, & heic quoque Viris cæterà magnis aqua hærebat, uſque adeò ut ad declinandam qualiscunque inſcitiæ ignominiam non melius eſſe remedium crediderint, quàm ſi eam inter *Qualitates* recenſerent *occultas*, illamque dicerent eſſe *contrarietatem*, vel *diſſenſum quendam inter corpora naturalem*, à certâ aliquâ eaque *abditâ qualitate* oriundum, id eſt, à tali causâ, quæ modo quodam incomprehenſibili, vel occulto penitus, & à nullo unquam homine explicabili, effectus *Antipathiæ*, aliosve admirandos producat. Sed quis non videt, hâc methodo obſcura per æquè obſcura explicari? Equidem non inficias imus, in aliquibus *Antipathiis* eſſe aliquid ferè inexplica-

Occultæ qualitates.

Antipathia

plicabile, verumtamen ſi rem adcuratiore mentis trutinâ ponderare, rectumque rationis uſum adhibere velimus, de ejus cauſis veris & genuinis audacter judicium ferre poterimus. Ne autem quis putet, me omnes, quæ quidem dantur, ſpecies *Antipathiæ* enucleaturum, vel in limine hujus Diſſertationis indigitare operæ pretium duxi, heic non in genere hanc materiam, ſed tantùm ſpeciatim *Antipathias Hominum* cum rebus variis, extra illos ſitis, pertractari; ita omninò ut non merè ſuperficiaria illius hiſtoria, ſed *Onomatologia* atque *Pragmatologia* adcuratiùs per ſingula Capita exponatur. Difficile, fateor, propoſitum, quod cùm tale eſſe nemo non videat, facilem, ſpero, veniam dabit benevolentiæ ſtudioſus Lector, ſicubi in tam obſcuræ rei explicatione non ita feliciter ubique verſatus, vel etiam turpius hinc inde hallucinatus fuero.

Antipathiæ humanæ.

II. Quod igitur primò attinet *Nomen Antipathiæ*, ejusque *Etymologiam*, Græcæ illud originis eſſe patet, derivatum à verbo ἀντιπαθέω, quod ſignificat *naturaliter averſari, naturalem repugnantiam affectionum habere*, compoſitumq; eſt ex præpoſitione ἀντὶ, *contra, adverſus*; & πάθος, *paſſio*, à verbo πάσχω, *patior, tolero, afficior*. Ut ita vox *Antipathiæ*, vel originis reſpectu exprimat atque

Antipathiæ Etymologia.

indigitet *contrariam* quandam *paſſionem*, *diſſenſum*, *averſionem* vel *repugnantiam* inter aliquas res *naturalem*. Sunt etiam qui exprimant per *vim obſiſtendi*, ſeu *auxiliandi*, quam res aliqua habet per contrariam affectionem naturalem. Alii per *Averſationem* interpretantur, quâ res una polleat adverſus aliam; vel per *Odium mutuum* inter duas pluresve res diverſas. Hoc igitur poſito, *Antipathia* erit pathema quoddam oppoſitum *Sympathiæ*, quæ mutua eſt duarum pluriumve rerum inter ſe tolerantia & amica affectio.

Sympathia.

Antipathiæ exempla falſa.

Antipathiæ verò ejusmodi exempla quod attinet, quamplurima quidem apud Auctores, non tantùm in *Regno Animali*, ſed & in *Vegetabili*, atque *Minerali* deprehendere licet, utut vana pleraque, fabuloſa, ficta, falſa, abſurda atque ſuperſtitioſa, adeo ut, cùm hæc nullam vel attentionem vel mentionem quoque mereantur, omnem prorſus operam me luſurum arbitratus fuerim, ſi tot inutilia de *Antipathiâ* in genere chartis aſpergere conarer.

Antipathiæ humanæ deſcriptio.

III. *Antipathiam* verò *humanam* deſcribo, quòd ſit *naturalis quædam hominis averſatio, quam habet adverſus alios homines, vel res alias ſive animatas ſive inanimatas, quas inexplicabili ferè ratione horret, atque à ſe removere, vel deſtruere penitus annititur, à peculiari ac determinatâ quâdam partium corporis humani membranoſarum,*

noſarum, aut ſpirituoſarum texturâ, craſi, & temperie oriunda, ob quam ab his aut illis objectis externis præternaturaliter ita affliguntur, ut motu quodam inordinato concitatæ & constrictæ, nunc horrorem & faſtidium pariant, nunc anxietates, imbecillitates, deliquia animi, vertigines, aut motus etiam convulſivos corporis producant, nunc alias tandem moleſtias haud contemnendas homini cauſentur. Prolixa quidem deſcriptio, ſed quam requirere videbatur explicandæ rei difficultas. Si quis verò eam exiſtimet vel deprehendat ipſo definito obſcuriorem, erit cur veniam petamus. Saltem vix arbitramur, talem eſſe, cûm in eâ nihil omiſerimus eorum, quæ nobis quidem videbantur ad rei naturam ſive eſſentiam pertinere. Quippe ſuo illa conſtat genere, ſuâque differentiâ, à ſubjecto, objecto, cauſis, effectibus, aliiſque circumſtantiis petitâ. Pro genere poſuimus *naturalem Averſationem*, quam Logici fortè ad prædicamentum Paſſionis retulerint, eo quòd modum exprimat, quo Homo dicitur aliquid pati, ab objectis puta externis, peculiari quâdam & extraordinariâ ratione ſenſus hos vel illos in homine affligentibus. Appellamus *Averſationem*, quoniam averſatur Homo, averſaſque à ſe cupit res, à quibus moleſtatur facilè & affligitur. Addidimus vocem *naturalis*, quòd averſatio illa non arte quâdam in Homine producatur, *Eſt naturalis Averſatio.*

ſed in eo radicata ſit naturaliter, idque utplurimum ab ipsâ nativitate, eaque propter non ita facilè cedat. Alii hinc exprimunt per vocabula *Averſionis*, *Horroris*, *Odii*, *Repugnantiæ*, *Faſtidii vel Reſiſtentiæ naturalis*, *aut contrariæ Affectionis* ſive *Paſſionis*.

Differentiæ Antipathiæ humanæ. IV. Talis ergo *Hominum* eſt *Antipathia*, ſed quæ *differentias* ſuas, ſi non *ſpecies* admittit varias, ab objectis, ſubjectis aliisque circumſtantiis petitas. Ita enim *Originis* ratione *Antipathiam* aliam dicimus *nativam*, quam quis habet ab ipſo ortu & nativitate contra has illasve res: aliam *adquiſitam*, quam per vitæ decurſum nobis malâ diætâ, vel conſuetudine, aliave ratione comparare poſſumus. Ad *adquiſitam* hanc referre ſolemus nunc certa quædam horum aut illorum, fortè nimis aliquando & ad nauſeam uſque ingeſtorum, ciborum faſtidia; nunc ſympromata illa morboſa Ventriculi, *Anorexiam* videlicet, quæ nihil aliud eſt, quàm appetitus dejectus cum inſolito ciborum faſtidio; & *Dyſorexiam*, quæ appetitus dicitur imminutus cum averſatione alimentorum nauſeabundâ. Etſi enim hæc Symptomata ſint accidentia, humano corpori præternaturaliter contingentia, ad *Antipathiam* tamen reducere vel ideo poſſumus, quòd per naturales quoque cauſas & leges motuum in naturâ ſtabilitas producantur.

nativa,

adquiſita.

Anorexia.

Dyſorexia.

Siqui-

Siquidem *Antipathiæ* cujuscunque natura eſſentiaq; conſiſtat in certâ ac determinatâ quâdam partium organico-membranoſarum texturâ atque expanſione, nec non configuratione pororum, ac ſpirituum à certis quibusdam objectis inordinatè mobilium *Idioſyncraſiâ*, quam nonnulli perperam & ſine ullo rejiciunt certo fundamento. Poſito enim, ſi placet, duos v. gr. eſſe Homines, eâdem texturâ organicâ præditos, quorum alter averſionem habeat contra feles, alter verò ſympathiâ cum iisdem gaudeat; annon heic ſtatim ad certam craſin atque temperiem animalium ſpirituum, vel texturam & conformationem ſingularem nervoſarum fibrarum in ſenſoriis Organis, confugere debebimus, ac inde rationem illorum pathematum veram eruere, imò modum, quo eadem peraguntur, accuratiùs explicare? Exemplum notabile *Antipathiæ nativæ* nobis in ſemet ipſo ſiſtit MART. SCHOOCKIUS *in Tract. de Averſatione Caſei*, ubi inter alia inquit: *Ratione mei, qui ex Dei ſingulari gratiâ, nuper complevi annum ætatis nonum ſupra quadrageſimum, hîc occurrit quid ſingulare. Nam non modò per omnem vitam averſatus fui caſeum, verùm iis quoque natus ſum parentibus, qui ſimili idioſyncraſiâ fuere notabiles. Ex fratribus, quos habui ſex adultos, duo ſolùm caſeum oderunt; Mater, ut habuit quatuor Sorores, ita ex illis una ſo-*

Natura Antipathiæ in quo conſiſtat.

lùm caſearia fuit. Ratione Patris hoc ampliùs ſingulare, quòd tum Avus, tum Proavus aſpernati fuerint Caſeum, Avus verò inſuper ejus odorem ferre non potuerit; interim liberi mei, quorum ex Dei benedictione octo mihi adhuc ſuperſtites ſunt, avidiſſimè Caſeum, quem in delitiis habent, appetunt, excepto ſolo filio natu ſecundo. Sufficient ergo hæc, ut poſſimus dicere, aliquando *eſſentiam Antipathiæ* in tali *Idioſyncraſiâ* ſive peculiari temperaturâ, eaque etiam interdum hæreditariâ conſiſtere.

Subjectum Antipathiæ.

V. *Subjectum* Antipathiæ quod ſpectat, varium illud ſtatuere poſſemus, prout etiam varia *Antipathiæ* genera exiſtunt, ſed cùm inſtituti noſtri ratio ſit, non niſi de *Antipathiâ humanâ* diſſerere, ideò dicimus quoque, *Hominem* illius eſſe Averſationis *ſubjectum*, ac in ipſo quidem *primò* affici Organa Senſuum externorum, eorumque fibras maximè nerveas, cum aliis partibus ſenſibilibus. Etenim, ſi diverſas *Antipathiæ* ſpecies conſideremus, deprehendemus facilè, nunc ſolo viſu, nunc auditu, nunc guſtu, olfactu vel tactu affligi Hominem, qui aliquid averſatur. Sed & magnopere ipſos quoque ſpiritus animales in talibus ſenſoriis hoſpitantes affligi ſtatuimus. Quòd ſi enim peculiari attentione talia Organa, ipſoſque Senſus humanos conſiderare volumus, non ita raro obſervabimus, Homines, viſo ali-

Exempla quoad Viſum.

quo

quo objecto, quod naturaliter averſantur, malè ſtatim habituros, forſan etiam, niſi objectum citò amoveatur, in anxietatem aut lipothymiam, aliave ſymptomata lapſuros eſſe, velut hoc egregiè confirmat *Clar. HORSTIUS*, dum in ſuis alicubi obſervationibus, *Eruditus* (inquit) *quidam vir mihi retulit, obſervâſſe ſe quendam, qui queties in conviviis Porcellum Trojanum inferri, & menſæ imponi conſpiceret, ſtatim Syncope prehenſus corruerit.* Quod verò concernit *Auditum*, egomet obſervavi Fœminam, quæ quoties audiviſſet ſtridulum quendam ſibilantemque ſonum, confeſtim horrore, ac deinde per ſemihoram atrociſſimis Dentium doloribus correpta fuit. Circa *Guſtum MARCELLUS DONATUS, Hiſt. Medic. mirab. L. 6. c. 3. quendam allegat Hiſpanum Stephanum ſurdaſtrum, qui nunquam piſces guſtaverit, ſed illos naturali quodam faſtidio uſque adeo abhorruerit, ut cùm aliquando ab Amico ad cœnam vocatus, datâ operâ piſcem ſiccum optimè piſtum ac ovis obvolutum, comediſſet, in animi ſtatim anguſtias, & cordis preſſuras cum vomitu & ſeceſſu maximas inciderit, parumq; abfuerit, quin ex toto ſpiritus deficeret & ipſe moreretur.* Non abſimile exemplum occurrit in *AMATI LUSITANI Cent. 2. Curat. 36.* In Epiſtolâ ERASMI, quam ſcripſit ad *Lambertum Grunnium*, adoleſcentia cujusdam Pueri Florentini deſcribitur, interque alia dicitur, *illum à* Piſcibus *ſic ab-*

Auditum.

Guſtum.

Odorem.

horruiſſe, ut ad odorem modò illorum protinus ſentiret gravem capitis dolorem non ſine Febri. Scio, inquit Georg. Sebaſt. Jungius *Eph. Nat. Cur. Dec. I. Ann. I. pag. 299. eximium quendam Medicum, qui* Gammaros *coctos in menſa ſine magnâ anxietate ac perturbatione tolerare nequiverat.* Quod attinet *Tactum*, *OLDENBURGIUS Act. Philoſoph. Anglican. Menſ. Novembr. Ann. 1667. p. m. 445.* caſûs notabilis mentionem facit in Nobili quâdam Matronâ, quæ accepto in femore vulnere, Chirurgum vocabat, ſuis Unguentis paululum *Mellis* (à quo Ægra naturaliter abhorrebat) admiſcentem, unde locus Ægræ vulneratus magis magisque putreſcebat, & in pejus degenerabat, uſque dum Mel amovebatur, quo ablato omnia ſymptomata manifeſtè ceſſabant. Patet ergo clariſſimè ex allegatis ſingulis in hanc rem exemplis, Senſus omnes externos cum latice ſpirituum animalium in hoc genere Antipathiæ maximoperè pati. Quæri hinc poſſet, num non *Senſus* quoque *interni* heic affligantur, atque *Phantaſia* ſubinde læſa ſit, ſive perverſa quædam phantasmata talibus Antipathiis intercurrant? Ita vulgus ſæpè judicare ſolet, quod cùm fortè quendam videt hos illosve cibos, communes aliàs etiamque delicatos, averſari faſtidireque, *phantaſticum* mox *Hominem*, atque imaginationibus perverſis deditum pronunciare audet. Equidem non negâ-

Tactum.

An Senſus etiam interni patiantur?

negârim, ſubinde imaginarium eſſe, quem ſibi quis format horrorem, aſt ſemper talem exiſtere haud concedimus; quin frequenter admodùm faſtidium illud naturale ita radicatum eſt in fibrillarum nervoſarum peculiari texturâ, ſpirituumque craſi, ut omninò citra ullam Senſuum internorum læſionem *Antipathiæ* effectus contingant. Quod vel *Abſtemius*, ſi non alius, teſtari poteſt, qui quantumcunque ſæpiùs melioris adipiſcendæ ſanitatis ergo Vinum deguſtare tentat, ita tamen vel in ipſo ſtatim apice linguæ ab eo afficitur, ut in varia delabatur valdè moleſta ſymptomata.

Antipathiæ Objecta varia.

VI. Ex dictis hucuſque facile nunc eſt Objectum Antipathiæ noſtræ divinare. Nimirum illud ſunt Res diverſæ, modò *animatæ*, modò *inanimatæ*, quarum naturali quâdam averſione, faſtidio, vel odio etiam Homo tenetur. Haud arbitror opus eſſe prolixiùs per omnia denuo Senſoria decurrere, & adcuratiùs deſcribere, quæ vel quot hactenus notata fuerint Antipathiæ objecta, cùm partem illorum jam ſuperius tradiderimus. Sed ſufficiet promiſcuè nonnulla, hinc inde conquiſita, quæque ex parte ipſimet comperti ſumus, exempla in medium proferre, quatenus nimirum ad Thematis propoſiti elucidationem haud parum contribuere videntur. Agmen verò heic ducat gene-

generalis illa obſervatio, apud JULIUM ALEXANDRINUM extans *Lib.* 1. *Salubr. cap.* 13. ubi inter alia ita ſcribit: *Quidam Vinum reſpuunt, Uvas voraciſſimè ingurgitant, iidem creticum, ac generoſiora & benè dulcia potare ſæpè poſſunt Vina, deterioris notæ non poſſunt: aliis potus Aquæ ſubverſionem inſignem facit ſtomachi: quibusdam maximè afficitur ventriculus ex ſolo pomorum eſu; nonnullis Hordeum ſumptum ſordet, ventriculo quamvis non frigido præditis; quosdam ſcio, quibus Cancrorum uſus adverſiſſimus cùm eſſet, piſcium omne genus reliquum abhorrebant: jam Carnes, ſuillam alii, alii bubulam aut vervecinam, tantummodo naturâ ſuâ non admittunt, admiſſas ægerrimè concoquunt: & ſunt tamen ex his qui gallinaceos pullos egregiè faſtidiant, qui ipſum Panem, rem tamen naturæ humanæ convenientem averſentur, ut non paucos reperias, qui indicibili quâdam de cauſſâ, ſed naturæ ſolum proprietate inſitâ, hoc illudve abhorrentes fugitent, cœtera propè omnia facilè admittant.* Hæc ille. BRASSAVOLA *Lib. II. De Ration. Vict. acut. Hipp. Comment.* 2.. refert, Juliam Tarraconenſem, Friderici Regis Neapolitani Filiam minorem, nec edere nec guſtare potuiſſe Carnes, ita quidem ut, ſi bolus ori ingereretur, in graviſſimam inciderit Syncopem, & cùm vehementi ululatu humi proſtrata fuerit; veluti ipſemet Braſſavola, tanquam Medicus ordinarius ſæpius hoc vidit.

VII. Quæ

VII. Quæ generalia ſimul ex ſpecialibus quoque exemplis patebunt. Ita *BRUYERINUS Lib. 1. de Re Cibar. Cap. 24. Novi ego* (inquit) *Normannum quendam Ruſticum, qui nec Panem, nec Carnes, nec Piſces unquam deguſtavit, ſed ſolis Ovis veſcebatur, unde ei cognomentum Muſtelæ à vulgo impoſitum, quod id animal Ovorum ſit avidiſſimum.* Et *Panis* quidem, quàm præſtans, quamque gratum ſit cuicunque ferculum, apud omnes in confeſſo eſt: omnium profectò ciborum cùm nos capit faſtidium, hic ſemper ſapit, hic ſpiritus recreat ac vires refocillat. Et tamen *GUILIELMUS FABRICIUS Centur. 2. Obſervat. 41.* Pueri cujusdam mentionem facit, quinque vel ſex annos nati, ac paulo antè gravi à morbo liberati, qui quotiescunque *panem* vidit, imò ſolùm nominari intellexit, in terram quaſi mortuus proſtratus eſt. Sic Puellam in Galliâ Belgicâ, natam ſedecim annos, ſolo lacte educatam, *Panis* odorem etiam è longinquo ferre non potuiſſe *SCHENCKIUS* habet *Lib. 7. Obſerv. ſub finem. MARCELLUS DONATUS Libr. de Mechoac.* refert, illuſtris Comitis cujusdam Puerum fuiſſe, *cui, ubi Ova comederet, labia ſtatim tumeſcebant, & facies purpureis nigrisq; maculis conſpergebatur, os etiam ſpumâ circumdabatur, ac ſi venenum deguſtâſſet.* Noti ſunt nobis quoque, quibus inter cibos adverſæ ſunt *Cepæ, Allia, Porrum, Ova,* Car-

Objectorum exempla diverſa.

Panis.

Ova.

Cepæ,

Pyra, Poma, Butyrum, Caſeus.

Carnes horum aut illorum *Animantium*, *Pyra*, *Poma*, *Butyrum*, & alia. A' *Caſeo* quidam adeo abhorrent, ut nec odorem illius ſufferre queant. JOHANNES PRÆVOTIUS autem, *Medicus Patavinus Celeberrim.* Caſeo ſecto veſcebatur, tritum ſine vomitu & ventriculi fluctuatione vix deguſtabat, uti de ipſo refert JOH. RHODIUS *Centur.* 2. *Obſerv.* 54. Plurimi è contrario Homines *Caſeum* penitus averſantur, ut ne odorem quidem ejus tolerare valeant. Rarum verò exemplum eſt, quod refert JOH. FABER *in Notis ad Hiſtor. Mexic. f.* 541. de Fœminâ Romanâ, quæ adeo à Caſei odore primùm abhorruit, ut ſi cultro, quo ſectus antea Caſeus erat, panem inſcia diviſiſſet, in Lipothymiam ferè inciderit; poſtquam autem bis aut ter gravida facta fuerit, tantopere Caſei odore oblectabatur, ut abſentem etiam, velut præſens eſſet, ſemper odoraretur, &, quod magis mirum, avidiſſimè ſemel atque iterum eundem comederet. 'E quo exemplo manifeſtè patet, idioſyncraſiam illam, ac peculiarem fibrarum ſtructuram, à quâ ejusmodi Antipathiæ dependent, cum tempore mutabilem eſſe.

VIII. Ad *Antipathiæ* ſpeciem quandam ſive *Idioſyncraſiam* viſcerum referimus heic, quando quis ex cibis cum appetitu devoratis

ratis varia corporis pathemata incurrit, veluti plurima habentur exempla, ſparſim heic narrata. Sunt dein, qui teſte BARTHOLINO *Cent 3. Hiſt. 21. Butyrum frigidum* ac *ſolidum*, quod *Helmontius* alicubi Florum omnium Magiſterium curioſè appellat, faſtidiant, & *liquatum* nihilominùs in cibis appetant. Reperies & inter Ægrotantes, quibus vel naturaliter adverſa ſunt plurima ſi non omnia Medicamina. Apud MARANTHAM enim v. gr. *De Simplic. cognoſc. Lib. III. Cap. 13.* legitur exemplum Illuſtriſſ. cujusdam Mulieris, quæ ab uſu Mannæ tormina, nauſeam, laſſitudinem, atque invitos ſudores paſſa fuerit, cùm tamen à vehementioribus purgantibus aſſumtis nullum tale incommodum perſentiſceret. *Mediolani* præterea Familiam quandam extitiſſe, quæ hauſtu ſolutionis Caſſiæ fiſtularis interiret, teſtis eſt JUL. CÆSAR SCALIGER, *Exercit. CLIII. §. 10.* Averſionem à *Tormentillæ* & *Roſarum* odore refert DOERINGIUS *de Medic. Lib. II. pag. 242.* Novimus Conſulis alicujus Uxorem, quæ tanto Medicaminum faſtidio prædita erat, ut cùm aliquando laxandi gratiâ *Syrupus flor. Perſicor.* in Julepo deglutiendus offerretur, tanto horrore correpta fuit, ut etiam in Spasmos univerſales inciderit, aliquandiu durantes, donec oborto vomitu iterum ceſſarent. Ita HORATIUS AUGE-

Butyrum liquatum.

Antipathia & Faſtidium Remediorum.

AUGENIUS obſervavit, Nobilem quendam Romanum, Febri Tertianâ minimè periculosâ laborantem ab aſſumto *Syrupo Roſarum ſolut.* quem naturaliter horrebat, planè extinctum fuiſſe. PANAROLUS *Pentec. V. Obſerv. 23. Monialem* quandam allegat, quæ ob uſum *Ligni Saſſafras*, cujus odore aliâs lædi ſolebat, ab imperioſo Medico præſcriptum, frigido ſudore correpta, totaque livida derepente facta fuerit, ac morti proxima. Scimus exempla quoque eorum, qui modò *Cinamomi*, modò *Aurantiorum*, *Menthæ*, *Croci*, aut aliorum etiam Remediorum, ſive ſaporem, ſive odorem non niſi cum gravibus ſubſequentibus moleſtiis, aut ſymptomatibus morboſis admittere nôrunt. *Faſtidium* hoc eſt *Remediorum*, cujus naturam & curam Inaugurali ſuâ Diſputatione ante biennium expoſuit in Academiâ hâc Nobiliſſ. *Dn. JOH. HENR. HOTTINGERUS Medicus Tigurin.* De Faſtidio *Vini*, quo hanc ob cauſam dicti *Abſtemii* tenentur, res lippis eſt tonſoribusque nota. Inter hos quoque mihi quidam amiciſſimus *Jatrophiloſophus* tanto Vini horrore pollet, ut non ſemel mihi candidè profeſſus ſit, ſe vel ab unius guttæ Vini deguſtatione in Lipothymiam, aut alia ſymptomata gravia facilè delapſurum; poterat tamen hic Vini odorem ferre, & ita Bacchi fratrum conſortiis hilaris intereſſe. Abſtemii verò hi

Faſtidium Vini.

ſunt

ſunt vel per totam vitam, vel per tempus
ſaltem aliquod, ac poſtea non rarò helluo-
nes & amphoræ Bacchi redduntur.

IX. Nonnulli autem quorundam Ani- *Averſatio Anima-*
malium *conſpectum* haud facilè ferunt, imò *lium.*
non mediocriter perturbantur, ſi in eodem
loco cum illis, etiam non viſis, manere
coguntur: hoc fit autem per effluvia ex
Animalibus ejusmodi adverſis prodeuntia,
ac in aëre circumvolitando Hominis Orga-
na ſenſoria moleſtè admodum titillantia,
mò ulterius penetrando, ipſos quoque Spi-
itus nunc aliquatenus figentia, nunc ad
motum quendam inordinatum concitantia,
propter quem tales poſtea Homines utplu-
imum variis ſymptomatibus corripiuntur.
Exemplum habet MATHIOL. in *Dioſcorid.*
ibr. VI. cap. 25. cujusdam hominis, qui præ-
ente *Cato* ſeu *Fele*, quem horruit, in Lipo- *Felium.*
hymiam incidebat. De *Nobili Dano* refert
TH. BARTHOL. *Centur. VI. Hiſtor.* 58. quòd
ùm aliquando inter fercula Felis in paropſide
lausâ includeretur, nauſeante ſtomacho ac ſudo-
e diffluens Felim adeſſe divinaverit, & apertâ
aropſide, viſoq; Felis capite, alapâ mortiferâ
Hoſpitis jocum compenſaverit. De Patre ſuo
eſtatur BARTH. MARANTHA, *Method.*
ogn. Simpl. Lib. III. cap. 13. quòd ab eſu car-
is Leporum, & cujuscunque generis vola-
lium alieniſſimus fuerit. Sic *Vir Conſu-*

 laris

laris in Urbe Friſiorum *Groningâ* non ſuſtinuit conſpectum *Capitis ſuilli* menſæ illati ſine animi deliquio, niſi aure reſectâ, quo facto liberaliter ex illo ipſo capite comedere non detrectavit, cujus rei teſtis eſt DEUSINGIUS *in Examine Pulv. Sympath. Sect.3. p.*123. Ubi etiam de quodam *Militum Tribuno* refert, quod nec picturam *Capitis ſuilli* in tabellâ videre, nec ædes prætergredi potuerit, in quibus tale ſignum compareret ſuſpenſum. Fuit apud nos, inquit JAC. FARNERUS *Eph. N. C. Dec. I. Ann. VI. & VII. p.* 294. Paſtor primarius, qui Porcelli aſſati caput videre non ſuſtinuit, carne licèt ejus veſci, modò hoc neſciverit, potuerit. BRUYERINUS aliûs meminit, qui adſpectum *Galli gallinacei* tolerare ſine gravi incommodo non valuerit. ANTON. le GRAND in ſuâ *Hiſtor. Natur.* obſervationem habet notabilem *Advocati* cujusdam *Londinenſis*, qui cum aliquando in ſorbili ovo *Pullum* penè *formatum* imprudentiùs deglutiiſſet, Ova inpoſterum ita averſatus ſit, ut ad illa denuò ſumenda nec Medicorum etiam hortatu unquam adigi potuerit. Ab *Ovis* filio Comitis cujusdam, ſi comedenda exhibita fuerint, ſtatim labia intumuiſſe, & faciem maculis nigris purpureisque adſperſam, cum ſpumâ ex ore prodeunte, ac ſi venenum comediſſet, CAMERARIUS refert *Syllog. Memorab. Cent. XII. partic.* 63.

Capitis ſuilli.

Ovorum.

X. Circa

X. Circa *Viſûs* Antipathiam curioſa quo-
que occurrit hiſtoria de averſatione *Murium* *Murium.*
in SCIPIONIS AMMIRATI libello *de vi-
â Johannæ Neapolitanorum Reginæ*, ubi dici-
ur, *Johannem Caracciolum, Reginæ iſtius Pro-
um, naturali horrore Mures valdè averſatum
ſſe, cùm itaq; Regina ipſius amori inſidias ſtrue-
et, & ipſe aliquando in conclavi, quod Regio
roximum erat cubiculo, verſaretur, ex compo-
ito Ancillarum aliqua murem plicis veſtium ejus
ıſinuavit, quem cùm ille excutere tentaret, dein
ıgere, & omnes portas, præter eam, quæ ad
eginam ducebat, clauſas deprehendiſſet, turba-
ıs in Reginæ cubiculum intrans, in ejus caſſes
ıcidit.* HENRICUS ab HEER Fœmi-
am novit, quæ viſâ *Ranâ*, vel coaxatu *Ranarum.*
olùm ejus audito, confeſtim in animi deli-
uium inciderit, *Obſerv. 29. p. 245.* WEIN-
ICHIUS *Comment. de Ortu Monſtror. c. 8.*
65. inquit: *Novimus, qui* Anguillarum *Anguillarum.*
*on modò odorem, adſpectum, & eſum pati non
ſſet, ſed nec eſſet quidem in ædibus absq; inſi-
ıi anxietate, ubi occultabatur vivus.* Et pe-
tiſſimus ille PARÆUS *Introduct. ad Chi-
rg. cap 22.* adducit inter Galliæ Nobiles
rimarios quendam Procerem, *qui appoſitâ*
nguillâ *medias inter epulas atque ſodalium
nicorum greges ſic conſternebatur, ut repente in
æcipitem virium omnium lapſum incideret.*
ngulare magis exemplum eſt, quod Joſ.
anzonus, *Eph. Curioſar. Dec. II. Ann. IX.*

§. 379. adducit de Muliere quadam, quæ quoties gravida eſſet, *Anguillas* nec edere, nec videre potuerit, ac ad earum præſentiam ſtatim vomuerit, poſt partum verò earum cibum in deliciis habuerit. Inſtitori cuidam Veneto ad *Vituli boatum*, imò *vitulinæ carnis* in menſâ adſpectum ſanguinem è naribus erupiſſe, RHODIUS teſtatur *Cent.* I. *Obſ.* 89. De *Jacobo I. Britanniarum Rege* narrat DYGBÆUS *Theatr. Sympath. p. m.* 139. quòd per totos vitæ dies *ſtrictum Enſem* eo uſque averſatus fuerit, ut ejusdem conſpectu tantùm non obſtupeſceret, ac, licet aliâ quavis occaſione nulli animi magnitudine ceſſerit, in hoc tamen ſeipſum vincere non poſſet. Non pauci ſunt, qui *Glirium*, *Araneorum*, *Bufonum*, *Erucarum*, & ſimilium Animalculorum præſentiam vel conſpectum non ſine horrore inſigni averſantur. Et quis neſcit tandem Antipathiam Hominis & Serpentis? *Nulli amicus Serpens*, ait SPERLINGIUS *Synopſ. Phyſ. Lib.VIII. c.8. Ax.1. cum Homine bella gerit aſſidua, & vel ſolo adſpectu terret fortiſſimum quemque.* Quod de *Baſiliſco* vulgariter perhibetur, eum ſolo ſibilo, vel halitu, aut adſpectu homines necare, anilis eſt fabula; non ſecus atque illud de *Lupo* apud ARISTOT. PLINIUM, & alios extans, quòd ſi quem ille Hominem prior viderit, ſuo fortè halitu, ſuisque radiis viſivis ita afficere poſſit, ut homo inde ſubi-

Stricti Enſis.

Glirium, Aranearum, Bufonum, Erucarum.

Serpentum.

tò

iò conſternetur, & vocis uſuram amittat. Quod CAMERARIUS proin *Horar. ſuccif. Cent. I. c. 23.* contrariâ experientiâ adductâ ſolidè refutavit.

XI. Si iterum Averſationem naturalem Ciborum Regni vegetabilis conſideremus, *Vladislaus Jagello*, Polonorum Rex à Pomorum Fructu adeo abhorrebat, ut neque odorem illorum tolerare ſciret, referente CROMERO *Libr.* 20. Joh. Benedictus Gründelius *Ephem. Nat. Cur. Dec. II. Ann.* 5. *pag.* 436. refert exemplum Miniſtri alicujus Magnatis, qui, quoties comediſſet *Fraga*, ſequentia ſymptomata expertus fuerit: *Nimirum exoriebantur ipſi anxietates pectoris, leves calores, & univerſum corpus rubedine valdè intenſâ tingebatur, ac ſi Eryſipelate univerſali laboraret; ſuperveniente tamen levi ſudore omnia ſymptomata ſponte evaneſcebant, ita ut poſt bihorium nihil amplius ſentiret, ſolummodo debilitate quadam remanente.* Similiter Andreas Libavius *De Antipathiâ pag.* 157. & *ſeqq.* cujusdam ſui commilitonis mentionem facit, qui quoties *Fraga* comediſſet, *ſubito tumore, rubore, prurituq; totius cutis, perinde ac ſi Scabie ſiccâ laboraret, correptus eſt, quæ tamen Cutis defœdatio paucis pòſt diebus ruſus evanuit.* Ita quoque Sachſius *Gammarologiæ Lib. II. Sect.* 1. *Cap.* 4. Fœminam ſe noviſſe teſtatur, quæ poſt comeſta Fraga rubris ſtatim in Facie macu-

Pomorum.

Antipathia Fragorum.

lis erumpentibus defœdabatur. Atque Hermannus Grabe *De Simpl. Medic. Facult. pag.* 113. Studioſum addücit, à comeſtis Fragis Tumorem Brachii cum maculis purpureis, aliisque ſymptomatibus adquirentem, ac poſtmodum ſudore prolecto iterum convaleſcentem. Præfectus Eslingenſis Noſocomii ex ſolo Fragorum odore in animi Deliquium incidit; & Virgo quædam ex eorum eſu Epileptica facta eſt, recenſente *Joh. Ulrico Rumlero, Obſervat. 69.* Petrus Rommelius, *Ephemerid Natur. Curioſ. Dec. II. Ann. IV. Pag. 65.* Idioſyncraſias contra *Gammaros* mentionem facit, in Fœminâ quadam, quæ ſtatim à comeſtis Cancris fluviatilibus immodicâ & ſat diuturnâ corripiebatur Sternutatione, non ſolùm gravem Cephalalgiam poſt ſe trahente, ſed & vires corporis ad aliquod tempus haud parum labefactante. De ſeipſo teſtatus eſt JUL. CÆS. SCALIGER *Exercitat.* 274. quòd licèt intrepidus *non ænea ſolùm, ſed vera quoque fulmina contemneret*, ad *Creſſonum tamen* (Siſymbrium eſt vel Naſturtium aquaticum, Brunnkreſſe) *conſpectum tremat, adeo ut horrore quaſſatus abire cogatur.* Nec minùs curioſum eſt illud exemplum, quod refert GEORG. SEBAST. JUNG. *Obſervat.* 135. *Ephemerid. Curioſar. German. Ann.* 1. *Dec.* I. de quâdam *Puellâ, quæ nec Braſſicam capitatam integram coctam, neque vitulinum Caput intueri pote-*

Gammarorum.

Naſturtii aquatici.

Braſſicæ capitatæ, capitis vitulini.

poterat, ita quidem ut, ſi ad id vi cogeretur, (coquam enim agebat) in Animi deliquium ſive Syncopen incideret. Cujus rei cauſa vel origo cùm accuratiùs inquireretur, Puella hæc in Hypochondriorum regione Nævos maternos oſtendit binos, quorum dexter Caput vitulinum, ſiniſter vero Braſſicam capitatam unà cum foliorum venulis exactè referebat. GOTHOFR. SAMUEL. POLISIUS *Miſcell. Nat. Cur. Ann. VIII. & IX. Dec. I. Obſ.* 106. hæreditariam adducit Antipathiam in quodam Homine, qui ſibi pluries retulerit, *ſe vel ad primum Acetariorum & Halecum conſpectum adeo turbari, tantâq; affici anxietate, ut cum periculo Lipothymiæ ſudor frigidus in facie & manibus prorumpat, quibus ſymptomatibus per aliquam temporis moram diſſipatis, ſe dein magno cum appetitu præfatos comedere cibos: accidens hocce utut rarum, ipſi tamen fuit hæreditarium, cùm parens ejus eodem modo horruerit prænominata edulia.* *Acetariorum, Halecum.*

XII. In *Odorum* objecto diverſas quoque reperies Antipathias. *Ambram, Moſchum, Zibethum, Roſarum, Citri, Jasmini, Hyacinthi tuberoſi, Aurantiorum, Tunicarum flores* odorem ſpirare fragrantem atque ſubtilem quis neſcit? Attamen non rarò Viri æquè ac Fœminæ reperiuntur, quibus idem ille ſuavis odor uſque adeo adverſus eſt, ut ad illorum occurſum ſtatim in Animi deliquia, aut Paſſionem etiam hyſtericam *Averſatio Odorum.*

 dela-

Roſarum. delabantur. De *Roſis* verò inprimis ſuaviſſimè profectò olentibus, notabile exemplum adducit AMAT. LUSITAN. *Cent. II. Curat. 63.* his verbis: *Monachus quidam Venetus ex Dominicanorum Ordine, cùm Roſæ odorem perciperet, aut è longinquo tantùm Roſam videret, illico in Animi deliquium & Syncopen incidebat, & tanquam mortuus humi proſtratus jacebat, ideoque ex Medicorum conſilio domi ſe continebat, Roſis florentibus.* Novimus & heic Baſileæ *Pharmacopæum* peritiſſimum *Dn. Jacobum Frey*, qui toto illo tempore, quo florentes *Roſæ* in ſuâ officinâ ad varios uſus præparantur, ex illarum odore continuâ ferè Coryzâ, non ſine crebrâ ſternutatione aut Capitis etiam dolore, laborare ſolet. Imò Roſarum odore planè extinctum fuiſſe Laurentium, Epiſcopum Uratislavienſem, Auctor eſt Cromerus *Libr. VIII. de Rebus Polon.* Idem Odor quoque morti tradidit *Franciſcum Venerium*, Ducem Venetum, nec non Filiam *Illuſtriſſ. Nicolai Comitis Solmenſis*, quemadmodum refert Carol. Roſenbergius, *Rhodolog. Part. II. Cap. 13. pag. 216.* Proſocrus Joh. Ludovici Hannemanni, Medici, odorem Menthæ ſine animi Deliquio ferre neſcivit, uti ipſemet teſtatus eſt, *Ephem. N. C. Dec. II. Ann. IV. pag. 121.* BRUYERINUS *de Re Cibar.* memoriæ quoque prodit, *Joannem à Querceto Pariſienſem, Secretarium Gallorum Regis Franciſci I.* ſolo

ſolo *Malorum* odore atque aſpectu adeo turbatum fuiſſe, ut ſtatim à convivio diſcederet, quando *Poma* apponi cerneret; imò ſi naribus ejus talia nonnihil propius admovebantur, repentè illi copioſum è naribus ſanguinem erupiſſe. Refert mihi quidam meorum Amicorum, idemque filius Apollinis ac Symmyſta Aſclepiadeus, ſe Antipathiâ contra *Liliorum alborum flores* teneri, eorumque odorem tolerare neſcire, imò, quod mirum cui videatur, neque caulem à cortice liberatum absque nauſeâ videre poſſe. Simile quid narrat J. C. SCALIG. *Exercitat.* 142. §. 2. de Affine ſuâ, Virgine nobiliſſ. & pulcherrimâ per ſolum *Lilii* conſpectum penè vecordi redditâ, imò perriturâ, ſi naribus odorem hauſerit. Militis cujusdam *Pœoniæ floris* odorem adſpectumque absque Syncope ferre neſcientis meminit Joſ. Lanzonus *Eph. N. Cur. Dec. II. Ann. IX. pag.* 77. *Obſervatio* denique 118. *Miſcell. Nat. Cur. Ann.* II. *Dec.* I. D. JOH. PATERSON HAIN de Antipathiâ, quâ ipſemet contra *Mercurium* laboret, notatu digna eſt: *Ante annos* (inquit ille) *duodecim tractare Mercurium potui pro lubitu, nunc ſi inferatur in conclave, vel ſi veniam eò, ubi mihi propè eſſe poteſt, vel quod magis, ſi tracto illum, ſtatim inter digitorum ſpatia pruritus, rubedo & tumor, ut & in facie & maximè in Ulna à parte domeſtica, cum aliqua mutatione in corpore & tædio,*

Malorum.

Liliorum alborum.

Hydrargyri.

dio, ſeſe exerunt. Annus eſt, ex quo Dn. Capitaneus Czorſtinenſis *litteras ad me miſerat; Ruſticus, qui eas ferebat in ſinu, geſtabat interim induſium, quod Unguento mercuriali propter pediculos inunxerat. Vix productis litteris, ſtatim mihi intumuit manus, ut Ovum gallinaceum ſuperaret, facies rubebat, pruriebat, intumeſcebat. Aliquando inter digitos epidermis recedit. Fermentari igitur ſanguinem, & ebullire oportet à Mercurialibus effluviis tam per Os intromiſſis, quàm per poros, nam longè me vehementius invadit & citiùs, ſi eundem tangam. Jam credo ſi diutius in manu tenerem, vel intra corpus ſumerem, me vitæ periculum incurſurum. Virginis* alicujus odium in *Cynosbati Baccas* inextinguibile adducitur à Georg. Hannæo, *Ephem. Nat. Curioſ. Dec. II. Ann. VII. pag.* 292. ubi refert, Virginem hanc ad præſentiam *Baccarum* iſtarum in Cubiculo, in quo pernoctare tenebatur, *noctem transegiſſe inſomnem, Animi interſtinctam Deliquiis, ſudantem, frigentem, horrentem, ac penè moribundam.* Joh. Danj. Geyerus, *Eph. Cur. Dec. II. Ann. V. pag.* 458. mentionem facit Ancillæ cujusdam *Chriſtinæ Rœſelin, quæ, ſtatim ac colorem rubrum conſpiciebat, graviſſimo animi Deliquio afficiebatur, ac in terram prona concidebat, omnibus ſenſibus orbata.*

Baccarum Cynosbatos.

Coloris rubri.

Averſatio & Horor Sonorum.

XIII. Mira etiam quandoque obſervatur Hominum adverſus *Sonos* varios *Antipathia;*

pathia; ita enim *GEORGIUS SEBASTIANUS JUNG* novit *illuſtrem* quendam *Dominum*, qui ad Lyræ, inſtrumenti illius Muſici vulgaris, ſonum quocumque tempore excitatum, ſtatim urinam reddere coactus fuerit, nec ullâ etiam vi illam retinere potuerit. Quoties non reperiuntur porrò, qui, cùm audiunt vel ore ſibilantem quendam, vel muſam tenui meditantem avenâ, non ſtatim malè habeant, irâ excandeſcant, Homineſque tibiis canentes injuriis, convitiis, imò verberibus impetant? Nec abſimili modo quidam ſibilum flagello percuſſi aëris ita horrent, ut, niſi promptè eum fugiant, aut flagellare alter ceſſet, in gravia ſymptomata incidant. HENRICUS ab HEER *Obſerv.* 29. *p.* 253. Puellæ cujusdam Nobilis mentionem facit, quæ quoties *Campanæ ſonum* audiverat, ſtatim animo linqui viſa fuit. Novi ego *Matronam honeſtiſſimam*, naturâ ſuâ ita meticuloſam, ut ſi leves etiam tonitruum fragores, aut campanarum ſonitus, incendia, diluvia aliave triſtia ſignificantes audiat, ſpasmodicis illico motibus exagitetur, indeque graviter admodum affligatur. LIBAVIUS *Part.* 2. *Singular. p.* 136. mentionem facit hominis *Anſeribus* adeo infenſi, ut clamantes non ſine ſummâ indignatione audiverit, lapidibus, laqueis, fuſtibus proſequutus ſit, & tamen poſtea aſſatos libenter comederit.

Ex

Ex KECKERMANNI teſtimonio *Lib.* I. *Syſt. Phyſ. c.* 8. quidam etiam *Porcorum* grunnitum ferre nequiverunt. Notabilis eſt præ aliis Obſervatio JOH. SCHMIDII, *Ephem. Nat. Cur. Dec. I. Ann. IX. & X. pag.* 122. ubi, Johannes, inquit, Pechmannus, *S. Theol. Studioſus, à primâ infantiâ ſcopis pavimentum verri nullâ audire poterat ratione: ſtatim enim anxius cum difficili reſpiratione altos trahebat ſpiritus, ſuffocationis metuens periculum; cùm preces inter ex improviſo in ædibus pavimentum vel ſcopis, vel ferulâ tantùm leviore verreretur, ſudore profluente largiſſimo anxius pallidus, feneſtram aperiebat, & cùm altiſſimis ronchis aërem hauriebat, ex quâ etiam non rarò proſiliebat, ſi Ancillam ſcopis ſe proſequi audiret. In plateis publicis ſi præter opinionem ferulâ terra verrebatur, quaſi amens aufugiebat; imò in loco publico Diſputationibus aſſidens, ſi vexæ gratiâ in longinquo, ita tamen ut ſtrepitus ad aures illius pervenire poſſet, terra levi ferulâ fucaretur, aufugere, vel proximâ quavis apertâ feneſtra aërem apricum haurire cogebatur.*

Averſatio aliorum Hominum.

XIV. Et quanta denique non eſt Hominum erga Homines, Nationum erga Nationes Antipathia? Sæpiùs quidem, ut habet illud *Cæciliani* apud SYMMACHUM, *Homo homini Deus, ſi ſuum officium ſciat:* ſed non rarò etiam juxta PLAUTUM *Homo homini lupus* eſſe notatur; atque, ut SENE-

CA

CA animadvertit, *Epiſt.* 103. *ab Homine Homini quotidianum periculum.* Quod quidem non odium duntaxat facit adventitium, ſed naturalis inſuper aliqua repugnantia & adverſitas, quæ tamen ſæpè radices ſumit à variis impreſſionibus, & conſuetudine faſtidiendi, abhorrendive diuturnâ, unde ſpiritus animales ſenſim ita diſponi ſolent, ut ad ſimplicem poſtea conſpectum hominum ſibi adverſorum ſtatim faſtidio, vel irâ, vel aliis etiam pathematibus corripiantur. Habet nimirum ſæpè homo quid vel in ſuo corpore comparens, quod alii homini ita adverſum eſt, ut illum amare, imò tolerare prope ſe neſciat, nec tamen veram hujus Antipathiæ rationem dare valeat. Unde apud MARTIALEM *Poëtam* jam olim ſonuit *Lib.* 1. *Epigr.* 32.

Non amo te, Sabidi, nec poſſum dicere quare:
Hoc tantùm poſſum dicere, non amo Te.

WEINRICHIUS etiam *Commentario de Ortu Monſtror. cap.* 15. *p.* 139. *Nobilem* adducit, *qui ne adſpectum quidem ferre potuerit intuentis ipſum vetulæ, ex eoq́ caſu aliquando è convivio mortuus ſublatus ſit, cùm vi ad intuendam pertractus eſſet.* Et FRACASTORIUS *de Sympath. & Antipath. cap.* 18. *Sunt*, ait, *qui neminem ferè amant: nam quemadmodum inter animalia quædam ſunt, quæ reliqua ferè omnia oderunt & perſequuntur, ut ſerpentum genus; ita & inter homines exiſtunt, qui reliquos*

odio

odio perſequuntur. ERASMUS ROTERODAMUS, ut refert *in Colloqu. Amicitia*, Puerum quendam ſuæ ætatis, prodigioſæ vanitatis, & ex tempore monſtroſa quædam confingentem, adeo horruit, ut Viperam minùs, arcano naturæ ſenſu; *& ſic hodie*, addit ille ibidem, *horreo naturâ vanos, ut conſpectis illis ſentiam totum corporis habitum commoveri. Hoc ingenio cùm natus ſim, tamen hoc contrà fato natus videor, ut per omnem vitam mihi cum impoſtoribus & mendacibus fuerit res.* Sequens in hanc rem hiſtoria, quam GEORGIUS MYLIUS *Theologus*, fide dignus, *Jenæ* olim narrabat, meretur quæ heic totidem verbis exprimatur, quemadmodum extat in ANDREÆ LIBAVII, *Singularium Part. II. pag.* 116. videlicet *Pater quidam ita averſatus eſt filium ex Conjuge legitimâ ſuum, ut aliqui ſolent feles, idq; tum à partu ſtatim, tum poſteriore ætate, etiam mutato temperamento qualitatum elementarium. Nam cùm juberetur recens natum amplecti, abhorruit, nec poſtea tulit ejus præſentiam in eodem conclavi absq; Lipothymia. Jam enim duodenarius duodecim aliis ſimiliter veſtitis non admonito Patre, cùm ſatis jam diu in convivio miniſtrâſſent reliqui, ipſe interim, tanquam qui prius quoque menſæ adſtitiſſet, intravit. Sed nondum conſpectus à patre, ipſeq; etiam ignorans, quinam eſſet inter convivas, intulit priſtinam affectionem, Lipothymiâ cum angore & ſu-*

& ſudore invadente. Itaque juſſus diſcedere filius, perpetuo poſtea divortio à Patre fuit ſejunctus. Et *pag.* 155, 156. ejusdem *Partis II. Singularium* ANDR. LIBAVII alia adducitur Hiſtoria, non minùs notabilis, ſi quidem Antipathia quædam intercurrit, ab eodem MYLIO memorata. *Quidam*, inquit, *Senex, juvenculæ & admodum formoſæ Uxoris maritus, cùm benè vellet ei, relictis à ſuo obitu bonis, & tamen id fieri non poſſet, non relicto hærede, permiſit ei negotium cum Nobili, quicunque placuiſſet (ſed promiſſo ſilentio) donec ex eo gravida fieret. Placuit Uxori contractus, quæ ideò elegit Germanum in eâ Academiâ ſtudiis operam dantem, neque ipſum deformem. Cùm hoc pacta lectum genitalem, interim peregrinante marito, votorum compos evaſit. Re compertâ Maritus domum reverſus, ſtatim procurat duorum divortium, ſimulans ex ſe Uxorem concepiſſe. Adeo autem perodit illum rivalem, ut per Uxorem juſſerit eum totâ illa regione exulare ſe vivo, id quod etiam juramenti religione promiſit, relinquens tamen amico* μνημόσυνον *amore communicato dignum, ex quo poſtea ille Pontifex factus filium agnovit, & Archiepiſcopum Javanienſem cum titulo Legati à Latere perpetui conſtituit. Videmus hîc inexplicabile odium excitatum eſſe; tantumq; hæſiſſe in perſonâ unâ, à quâ tamen conſilii erat origo. Galli ſanè & Itali* (olim, fortè & nunc Hiſpani, ſicut & Dani ac Sueci, Angli & Galli)

impla-

implacabiliter iraſcuntur, & totam ferè naturam mutant in adverſum hoſti. Admiratione tandem dignum, ſi quod ullum, eſt *Militis* cujusdam exemplum, qui à Sexu Fœmineo adeo abhorruit, ut ne quidem adſpectum ejus absque inſigni animi corporisque commotione ferre potuerit. Mentionem ejus injicit Joël Langelottus, *Ephem. Nat. Cur. Dec. I. Ann. VI. & VII. pag.* 24. ubi *viſum*, inquit, *ſibi talem eſſe Chiliarcha Beckmannus teſtabatur; hic enim invitatus à Præfecto Fortalitii, & Filiabus ejus, formæ morumq; elegantiæ eximiis, aſſidere juſſus, cùm humaniſſimum ſe præberet, nulloque non facetiarum genere cum iis certaret, converſus ad hunc Beckmannum Præfectus; quid, inquit, cùm video te adeo Virginum delectari conſuetudine, ſi tibi hominem oſtendam nobiliſſimâ ſatum gente, eumq; ſtrenuum militem, qui ne adſpectum quidem Mulierum ferre poteſt? Itaque Capitaneum illum vocari juſſerat mandata daturus: acceſſit, & in conclave admiſſus ad conſpectum formoſiſſimarum Virginum adeo commoveri viſus eſt, ut ſtatim exalbeſceret, fronteq; ſudorum rivi deſcenderent, jamq; animo defecturus eſſet, niſi miſſionem dediſſet Præfectus.*

Sexûs fœ- [illegible]

Horror ex conſpecto ſanguine Venæſectione aut aliis

XV. Porrò non pauci reperiuntur, qui quantumcunque audaces exiſtant, militiæ operam dent, ac præliis interſint ſine mentis perturbatione, *Venam* tamen ſibi neutiquam

quam *ſecari* neque *ſcarificari*, aut *Apoſtema* aperiri permittunt citra animi deliquium. Imò inter hos ſunt, qui ſanguinem humanum ejusve tantillam profuſionem prorſus videre nequeunt, niſi velint in eadem ſymptomata incidere; adeoque nec Venæſectionibus, aut Vulnerum, Ulcerum & Abſceſſuum deligationibus, quæ in aliis fiunt Hominibus, præſentes eſſe valent: quin ſubinde animo linquuntur, ſicubi tantùm diſcurſus ſermonesque miſceantur de talibus Chirurgorum operationibus. Reperies dein non raro μισανθρώπους, qui ita horrent cæteros juxta ſe Homines, ut eorum, quantum poſſibile, conſortia imò conſpectus fugiant, & veſtigia vitent. Inter hos tamen ſunt melancholici quidam, moribus ἀλλοπρόσαλλοι, quos videas hominum ſocietate neque gaudere poſſe, neque carere commodè. Alludit fortè ad hos MARTIALIS *Lib. V. Epigr.* 84. *Operationibus Chirurgicis.*

Inſequeris, fugio; fugis, inſequor: hæc mihi
mens eſt:
Velle tuum nolo, Dindyme, nolle volo.

Et CATULLUS *Lib. I. Epigram. Eleg.* 4. & 17.

Odi & amo: quare id faciam fortaſſe requiris?
Neſcio: ſed fieri ſentio & excrucior.

Quod Cadavera tandem attinet humana, quotusquisque eſt, qui non illorum conſpectum horreat, quique non aliquo velut

terrore naturali afficiatur, inprimis ſi jam ſceletis ſimilia fuerint reddita, quantumcunque viventes adhuc illos homines amicè coluerit.

Cruentatio Cadaveris ad præſentiam Homicidæ.

XVI. Et quid dicemus de *Cadaveribus hominum trucidatorum*, ſanguinem fundentium, cùm forſan Homicidæ ad illa acceſſerint, vel deducti fuerint? Equidem nonnulli ſunt, qui effectu tali atque phænomeno, vel viſo, vel audito, illud ſtatim Antipathiæ cuidam adſcribendum volunt, quæ inter Cadaver occiſi hominis, ipſumque Occiſorem intercedat, ita ut ex hujus præſentis corpore effluvia progrediantur atque exhalent, quæ in Cadaver occiſi penetrantia ſanguinem ibidem ſubſiſtentem, coagulatum ex parte, reſolutumve in priſtinum motum ſuſcitent, atque ſic eundem è vulneribus aliisve partibus corporis effluere faciant. Aliqui hunc effectum tum faciliùs contingere dicunt, quando præſumtivus Homicida Cadaver tangere, inprimis circa Vulnera, cogitur. Et reverà hoc phœnomenon aliquando, imò ſubinde, accidiſſe plures hiſtoriæ teſtantur; *Inter præcipua*, inquit LEVINUS LEMNIUS *Lib. II. de Occult. Natur. Miracul. c. 7. quæ nobis ſtuporem inferunt, illud eſt, quod ſanguis ex vulnere interemti profluat præſente illo, qui id inflixit, ejusq; facinoris eſt conſcius: id obſervatum eſt à*

Ma-

Magiſtratu & Præfecto totius Belgii. Et CORNELIUS GEMMA habet *Coſmocriticæ Lib. I. cap. 6. Videmus extincto cadavere uſque ad tertium diem interfectoris imaginem veluti in concreto ſanguine latuiſſe, cùm eodem ſemel præſente reſiduus ille ſpiritus propter ideas inhærentes in percuſſorem obvium concitetur, nec prius profluvium ſanguinis è vulnere ſupprimatur, quàm qui occiderit, longiùs à funere ſit ſemotus: quod ſtudiosè ad probandum facinus à Prætoribus obſervatur.* Imò ipſemet vidi Infantem quendam recens in lucem datum, ſtatimque poſt nativitatem à propriâ matre interfectum, qui, cùm poſtea publicè conſpiciendus exponeretur, atque ab ipſiſſimâ inter multos alios homines matre vel leviter tangeretur, plures ſtatim ſanguinis guttulas è contuſis aut lethaliter vulneratis capitis partibus effudit. Quæſtio hinc apud Jureconſultos eapropter nata fuit, an nimirum talis effluxio ſanguinis è corpore Occiſi in præſentiâ Homicidæ, indicium ſufficiens ad ejus captivitatem vel torturam præbeat? Neque pauci ſunt, qui pro affirmativâ ſententiâ militant, quemadmodum videntur eſſe FARINACIUS *Quæſtion. 53. num. 154. & ſeq.* MASCARD. *de Prob. Vol 2. concl. 868. num. 24.* ALTHUS *Lib. III. cap. 39. n. 50.* MENOCH. *Caſ. 290. n. 16. 17. Lib. II. cert. 3. arbitr. jud. quæſt.* & alii. Imò NICOLAUS FLORENTIN. *Sermon. V.*

Tract. I. *cap.* 6. refert, *quòd etiam ſuo tempore ſanguis emanaverit in præſentiâ Homicidæ è Cadavere mortui, quam ob cauſam prehenſus, tortus, confeſſus, & ad mortem condemnatus fuerit.* Verùm ſi rem accuratiori mentis trutinâ expendamus, minimè credimus, phœnomenon iſtud, ſi fortè contingat, Antipathiæ cuidam adſcribendum, indeque ſignum certum deſumendum eſſe, commiſſi ab hoc vel illo homicidii. Fallaces enim ſunt iſtæ qualescunque experientiæ; atque rationes, quibus ſuperſtruuntur, imbecilles debilesque exiſtunt. Negari certè haud poteſt, effectum illum per Criminalis Judicis decretum ſæpiùs fruſtra tentatum eſſe: atque ſi fortè ſucceſſit, examinandum adhuc eſt, annon à duriore vulnerum contactu, aliaque Cadaveris agitatione; vel ab æſtu forſan aëris poſt translatum commotumque illud, ſanguinem fluidiorem & ad effluxum aptiorem reddente; vel ab aliis etiam cauſis Hæmorrhagia illa provenerit. Quoties enim non accidit, ut Cadavera hominum, Apoplexiâ, Hydrope, aliisve morbis defunctorum, aliquot etiam poſt mortem diebus (laxiore nimirum redditâ ſui texturâ & ſubſtantiâ, ut benè monet SPERLINGIUS *Inſt. Phyſ. Lib* II. *cap.* 3. *quæſt.* 1.) ſanguinem è naribus fundant. Sæpè etiam Cadavera ſanguinem ſtillâſſe obſervata ſunt ad præſentiam amicorum & innocentium,

quæ

quæ adſtantibus Homicidis nullum ſanguinem dimiſerant; ſicut id memorabiliter notavit celeberr. Jureconſultorum Coryphæus, CARPZOVIUS *Part. III. Prax. Criminal. Quæſt.* 122. *n.* 31. ita ſcribens : *Hoc ſcimus, & ipſemet ex Actis inquiſitionalibus ad Collegium noſtrum transmiſſis compertum habeo, quosdam hoc judicio ſæpè falsò eſſe notatos, ut & illud, quod vero homicidii Reo præſente, interfectus homo ne guttulam quidem ſanguinis profuderit, cùm tamen Deus, qui juſtus eſt, nolit nocentem manere impunitum, aut inſontem damnari. Nos ipſi*, inquit LIBAVIUS, *de Cruentat. Cadaver. ex multis Judicibus & aliis, qui adhiberi ad talem cognitionem ſolent, quæſivimus, num unquam tale quid eveniſſet in cadavere, vitâ per latronum vim exuto, negârunt.* Conjecturare tamen liceat cum Theologis pluribus, aliisque Viris literatis magni nominis, interdum Dæmonem ipſum in hâc comœdia Davum eſſe, utpote mendacem illum & homicidam ab initio, humanum ſanguinem avidiſſimè ſitientem, cujus aſtu diabolico cadaver aliquando in præſentiâ innocentis ad ſanguinis profluvium induci queat, inſontique ſic illi nocere. Vide PAUL. ZACCHIÆ *Quæſtion. Medico-Legal. Lib. IV. tit.* 1. *quæſt.* 10. *num.* 33.

XVII. Quibus ita ſe habentibus, quid poterunt illæ rationes, ab effluviis ex Homicidæ *Examen rationum cruentationis.*

micidæ corpore, aut ipſo Cadavere prodeuntibus, pro demonſtrandâ rei veritate aut poſſibilitate petitæ? Concedimus quidem, vix dari corpora, niſi inſigniter dura, è quibus non ſubtiliſſimæ jugiter exhalent particulæ; novimus etiam, ſubinde talia corpuſcula, ſecum invicem commiſſa, in majorem vel rapidiorem motum ſuſcitari, imò velut aliquam inter illa pugnam exurgere: Vidimus denique Spiritus duos chymicos, quorum alter alcalinus eſt, acidusve volatilis, alter ſulphureus optimè dephlegmatus, ex duabus anguſtioris colli phialis apertis exhalantes, dum ſibi invicem occurrunt, viſibilem quendam fumum ſive vaporem in aërem emittere. Verùm ſimile quid in Cadavere occiſi hominis, cùm ſceleratus Homicida præſens ſiſtitur, ipſumve Cadaver tangere jubetur, per naturalem ejusmodi virtutem exhalationum ſpirituoſarum contingere poſſe, neutiquam credimus. Præter id enim, quod experientia multiplex reclamet, nullum in Cadavere agnoſcimus movens, aut mobile principium, quod ad præſentiam Occiſoris magis, quàm alius hominis innocentis, vel ſemetipſum agitare, vel ab effluviis Homicidæ moveri, ſanguinemque profundere queat. Si verò credas, imaginationem Occiſoris meticuloſi & conſcientiâ tacti, adeo fortem eſſe, adeo efficacem, ut ex præ-

Refutatio virtutis effluviorum.

præſente Interfecto quosdam halitus facilè in ipſius cadaveris vulnera emittere queat, indeque cruorem exprimere, graviter profectò hallucinaris. Etſi enim largiamur, Imaginationis vires eſſe potentes, eſſe admirandas, quemadmodum in generationis negotio id valdè patet, nondum tamen adeo magnas illas arbitramur eſſe, ut in alieno, æquè ac in proprio corpore, tam notabiles alterationes inſtituere aut producere valeat. Quòd ſi enim hoc eſſet, quis demum à ſuis tutus foret hoſtibus? Quæ formoſa in publicum procedere auderet Virgo? Quis non ſuâ ſibi imaginatione divitias & opes comparare ſtuderet? Porrò neque *S. Scripturæ* loca *Geneſ. IV.* 10. & *Apocal. VI.* 9. 10. quibus ſanguinem & animas Interfectorum de terrâ ad Deum clamitare, & vindictam expoſcere dicuntur, pro contrariâ ſententiâ militant; utpote quibus nihil aliud probatur, quàm Deum eſſe vindicem ſcelerum, atque inprimis humani ſanguinis innocenter profuſi. Quamobrem rectiſſimè omnes illi ſtatuerunt Juriſperiti, dum noluerunt, dictam Cadaverum cruentationem, utcunque forſan ex accidente quodam contingentem, ſufficiens indicium præbere poſſe, ſive ad captivitatem ſive ad torturam; utpote ad quam longè magis veriſimilia & probabilia, quàm quidem illa eſt cruentatio, requiruntur ſigna,

gna, *Leg. 8. §. oportet, Cod. de Quæſt.* Imò nec indicium eſſe poſſe, cum aliis ullo modo conjungendum, indeque nullam induci debere præſumtionem arbitramur, ob quam homo vel captivus jure aſſumi, vel quæſtioni aut torturæ ſubjici queat. Vid. ANT. GOMETS *var. Reſol. t. 3. cap. 1. n. 160. & alios.*

Probatio Sagarum per immerſionem in Aquam.

XVIII. Incidit adhuc Quæſtio circa *Probam Veneficarum* ſive *Sagarum* per immerſionem in aquam frigidam, utrum ſcilicet Antipathia quædam intercedat, ob quam aqua non patiatur Veneficas ſubmergi, ſed eas continuè in ſuperficie natantes ſuſtineat, ac velut exſpuere conetur. Res ita ſe habet: quando aliquæ Perſonæ, vel publicâ famâ, vel aliorum teſtium depoſitione pro veneficii reis aut ſuſpectis habebantur, tum eæ apud quasdam olim Nationes ſtatim absque ulteriore inquiſitione prehendebantur, captivæque extra urbem vel pagum deductæ in præterlabentem qualemcunque aquam frigidam ſupinè ita conjiciebantur, ut dextræ manus pollex ſiniſtri pedis magno digito, ſiniſtræ verò pollex dextri pedis digito eidem eſſet alligatus: has dein Fœminas, ſi fortè ſupernatarent, Judices confeſtim de crimine veneficii ſuſpectas cenſebant, ac eapropter duriori quæſtioni vel torturæ ſubjiciebant. Si verò eædem ſub-

ſubmergebantur, pro innocentibus declaratæ, ac libertati reſtitutæ fuerunt. Hunc modum Sagas explorandi diu credebant eſſe certiſſimum; atque ille idem forſitan adhuc quibusdam in locis obſervatur; uti videre licet apud HEINSIUM *in Diſſertat. de Prob. per aq. & ign. pag.* 16. BOCER. *in Tract. de Tort. & Quæſt. Reor. cap.* 3. *n.* 101. BESOLDUM *in Theſaur. Practic.* ſub voce Waſſerprob/ Waſſerurtheil/ & alios. Verùm hanc Probam *rationi* & *experientiæ* contrariam eſſe credimus: *Rationi* quidem, quoniam comprehendere neſcimus, cur Sagarum corpora ſimili cum aliarum Fœminarum corporibus pondere gaudentia, in aquarum tamen ſuperficie magis quàm hæc natare debeant; quin contingere poſſe haud difficulter nobis ferè perſuademus, ut, Deo ſic permittente, per machinationes & illuſiones Satanæ, tanquam hoſtis generi humano infenſiſſimi, innocentium corpora aliquando ſupernatent, nocentium verò ſubmergantur. *Experientiæ* verò adverſari ſimul firmiter credimus, eò quòd plurima exempla contrarium antiquis non minùs quàm hodiernis temporibus evicerint, veneficii nimirum ſuſpectiſſimorum hominum, æquè ac innocentium corpora aquis immiſſa fundum ſtatim petiiſſe. Quamobrem plerique Auctores tandem hunc Veneficas explorandi modum illici-

Contraria Rationi.

Experientiæ.

tum eſſe, atque maximopere improbandum jure optimo cenſuerunt; præſertim quod ſimul neque in *Sacro*, neque in *Cæſaris profano Codice* illum ſtabilitum, ſed legibus potiùs & Patrum ſancitis adverſantem notarent, ac præterea haud difficulter cernerent, ſpeciem Idololatriæ ac ſuperſtitionis magicæ eſſe, veritatem ab elemento àquæ exquirere: imò conſuetudinem eſſe putarent, mali potiùs quàm boni ſpiritus inſtinctu introductam, per quam innocens æquè ac nocens ad ſupplicia trahi poſſet. Vide de his LUDOVICUM Dundte *in Caſibus Conſcient. Tit.* vom Göttlichen Geſätz/ *Sect. I. quæſt. 40. pag. 260. & 261.* JURECONSULTOS MARBURGENS. *apud Dedekennum Volum. 2. Theſaur. Conſil. Sect. 19. Tit.* von Zauberey und derſelben Straff. BODINUM MELANDRUM *in Proceſſib. contr. Sagas, quæſt. 4. fin.* WIERUM, NEUWALDUM, & plures alios. Nec obſtat, quod nonnulli dicant, hanc explorationem diuturnâ conſuetudine fuiſſe approbatam, adeoque minimè contemnendam aut repudiandam; Etenim non fuit illa conſuetudo univerſalis, neque in omnibus obtinebat locis; non erat etiam approbata pro æquitate, ſed potiùs contra illam introducta. Ut adeò quod ab initio vitioſum fuit, & fortè per errorem quendam inſtitutum, longi temporis conſuetudine licitum fieri mini-

minimè poſſet; ceu optimè notârunt Au-ctores ſuprà allegati. Sed dices forſitan ex SCRIBONII *Phyſiologiâ fol.* 115. 130. & GOCLENII ſcriptis, Veneficas veri hominis proprietatem nonnihil exuere, levioremque texturam per diabolica commercia adipiſci, ob quam etiam faciliùs eadem per aërem ferri, atque Satanicis Conventibus intereſſe queant; imò SCRIBONIUM ulterius expreſſis verbis alicubi teſtari, ſe expertum eſſe, Sagas nullas ſubmerſas in Probâ unquam fuiſſe. Verùm ad hæc facilè reſpondere poſſumus, negando videlicet, Sagarum corpora etiam poſt fœdus cum Diabolo pactum, leviora reddi. Quod ſi verò contingat, ut Veneficæ corpus per aërem transportetur, illud certè non propriæ illius corporis levitati, ſed Dæmonis poteſtati unicè attribuendum eſſe, cum Viris doctis arbitramur. Dein falſum quoque eſt, Sagas ſubmergi nullas poſſe, etſi enim aliquando contigerit, hanc vel illam Veneficam aquis continuè ſupernatâſſe, id tamen non perpetuò, ſed rarò contingit; ejusque rei egregium occurrit exemplum apud GOEDELM. *in Reſponſ. ad N. Secretar. Civitat. Weſtphal. & in Tr. Lib. III. C. 5. n. 35. pag.* 45. his verbis: *Cum Anno* 1588. *ex Boruſſia in Livoniam proficiſcerer, invitavit me in via quidam prædives & opulentus Nobilis in ſuam Arcem: Hic cùm Veneficam*

neficam ſequente die propter enormia delicta, quæ ſuâ magicâ & diabolicâ arte commiſerat, jam ad ignem condemnâſſet; quæſivi, num illam quoque priùs in aquam, more ſolito, conjeciſſet, ad experiendum utrum rea eſſet, eo negante, monui, ut id tentaret, (volui enim eâ ratione inquirere, num hæc exploratio per aquam frigidam vera eſſet nec ne) ſed ecce poſtquam Venefica à carnifice in aquam gelidam colligatis artubus fuit projecta, ſtatim ſubmerſa eſt. Is poſtea ad me ſcripſit, ſe cum ſex Veneficis captivis idem tentâſſe, ſed omnes fuiſſe ſubmerſas; & in fine literarum ſcribit: Jam demum tibi credo, ſignum hoc falſum, diabolicum & furioſum eſſe, atque Magiſtratum incautum decipere poſſe. Quibus ita ſe habentibus, illam SCRIBONII obſervationem ſupradictam meritò in dubium vocamus, imò veritati adverſantem prorſus credimus.

Antipathiæ Cauſæ. XIX. Quod ſi verò jam *Cauſas* Antipathiæ genuinas inquiramus, notabimus ſtatim, priſci ævi Philoſophos tantùm non omnes ſua circa illas anxiè torſiſſe ingenia, quorum plerique, cùm impoſſibilem explicatu rem crederent, ad Qualitates confugerunt occultas, quibus, ſicut plures alios in naturâ contingentes effectus, ita inprimis Antipathiæ phœnomena adſcripſerunt. Alii tamen per certam Atomorum commotionem; nonnulli etiam per fermenta quæ-

quædam, eaque valdè activa produci exiſtimabant. Nec defuerunt, qui ſpiritum aliquem peculiarem in homine talia præſtantem agnoverint. Imo incertus ſum, annon ulterius extiterint, qui adhuc obſcuriore quodam modo rem explanare conati ſint. Quanquam autem his ratiociniis multi; iique etiam celebres olim Jatrophiloſophi acquieſcebant, nobis tamen, qui aliquanto curioſiùs & accuratiùs in rerum veritatem inquirendum eſſe cum Neotericis cenſemus, ſufficere neutiquam poſſunt. Ut igitur clarè ſatis, &, quantum fieri poteſt, diſtinctè phœnomeni noſtri Ætiologia pateat, præſcienda atque præſupponenda ſunt nonnulla, quorum cognitione exquiſitâ ſi quis careat, Antipathiæ cauſas neque concipere benè, neque perſpicuè ſatis explicare poterit. Præſupponimus autem, ſicut ex Phyſicis didicimus, 1. Hominem ſenſibus eſſe præditum, iisque tum internis, tum externis. 2. Senſus illos non contingere, niſi certus fiat, aut excitetur ſpirituum animalium motus. 3. Senſus illos ſua habere organa, in quæ nervea filamenta ſint diſſeminata. 4. Talia filamenta nervea in organis ita eſſe contexta & expanſa, ut aliqualem motum recipere queant. 5. Motum in ejuſmodi fibrillis nerveis diverſimode à diverſis objectis tangentibus & percellentibus contingere,

gere, & quidem nunc magis blandum, nunc magis vehementem & impetuoſum. 6. Fibrillas illas commotas, ſimul confeſtim percellere, & ad agitatiooem vel undulationem quandam plus minùs fortem ac inordinatam concitare ſpiritus animales, quibus illæ repletæ & in certo expanſionis termino ſive tono naturali conſtitutæ ſunt. 7. Spirituum motum inordinatum, uſque ad ſenſorium commune ſive medium cerebri propagatum, certas in anima cogitationes atque paſſiones excitare. 8. Tandem Spiritus illos non eodem modo in omnibus hominibus ſeſe habere, ſed in quibusdam peculiari quâdam componentium particularum mixturâ, proportione atque temperie ita præditos eſſe, ut ad occurrentia aliqua objecta, auditum, viſum aliosve ſenſus percellentia, ſtatim vel ad impetuoſos motus concitentur, vel ab influxu ſuo naturali nonnihil deſiſtant, & ita animo hominem linqui faciant. Auctores Idioſyncraſiam Spirituum appellare conſueverunt.

Cauſa proxima. XX. Quibus præſuppoſitis dicimus, *Cauſam proximam* Antipathiæ ſive Averſationis & Horroris eſſe peculiarem quendam, determinatum, ſed præter naturam contingentem, ſpirituum animalium motum atque influxum, quo vel muſculi largius inflati & ſpasmodicè contracti Anxie-

tates

ıtes pectoris, cordis palpitationem cum
ıbitaneo forſan terrore producunt; vel
ervi parciùs irradiati Lipothymias, imbe-
llitates, Syncopes, atque ſudores frigidos
xcitant. Spiritus autem illi ſic præter-
aturaliter commoti, aut etiam in ſuo mo-
ı & elaſticâ expanſione præpediti, ſingu-
res in Animâ perturbationes efficere poſ-
ınt, atque hinc denuo pro variâ cogita-
onum ſpecie ad inordinatum in diverſos
orporis muſculos influxum urgentur, di-
erſaque Cordis anxietatum, Convulſio-
um, Tremorum, Palpitationum ſympto-
ıata excitant, quibus quidem homines
fligi ſolent. Quando autem Spiritus con-
ario modo affliguntur ab objectis adver-
s, & in ſuâ irradiatione impediuntur, vel
: alii loqui amant, attoniti aut fixi red-
ıntur, tunc Mens velut ſtupida evadit,
que ejus ſimul & corporis vires ſubito
tiſcunt, imò Lipothymiæ cum ſimilibus
ccidentibus oboriuntur. *Cauſæ anteceden-* *Cauſæ antecedentes.*
s, quæ talem ſpiritibus animalibus mo-
ım imprimunt, ſunt fibrarum nervearum
iverſæ, ſed illæ inordinatæ atque præter-
aturales in ſenſuum organis factæ percul-
ones ſive commotiones, quæ nim. ſpiri-
bus intra ſui cavitates hoſpitantibus, ne-
eſſariò quendam irregularem, & plus mi-
ùs impetuoſè undulantem motum conci-
are debent. Irregularem autem & naturæ in-
con-

convenientem illarum fibrillarum percuſſionem objecta externa producunt; ſicut id obvio quiſcunque experimento diſcere poteſt, ſi modò ſuum probè animum attendere cupit ad paſſiones diverſas, in linguâ v. gr. aut naribus contingentes, quando acria, amara, acida, aliave guſtat, vel fœtentia objecta aut ſalino volatiles liquores olfacit. Ut credibile adeo ſit, in Antipathiæ ſingulis ſpeciebus ſimile quid contingere, atque certas aliquas res ob figuræ particularum ſuarum irregularitatem, incommodos etiam & inconſuetos nervorum ſenſoriorum, indeque ſimul ſpirituum animalium motus producere, tot ſymptomatum auctores.

Ratio diverſarum unius objecti impreſſionum in Hominibus diverſis.

XXI. Quod ſi hinc quæras, quînam contingat, ut v. gr. *Caſeus*, *Butyrum*, *Vinum*, & reliqua Antipathiæ objecta, in his quidem Hominibus averſationem, in aliis verò pleriſque nihil ſimile producant? *Reſpondere* facilè poſſumus, nullas alias ſubeſſe cauſas, quam vel peculiarem modificationem & ſtructuram plus minùs teneram, poroſam, mollem aut rigidam nervoſarum fibrillarum in organis ſenſoriis ſtabilitarum; vel Idioſyncraſiam ſive certam ac ſingularem craſin atque temperiem ſpirituum animalium: Ob quas cauſas ejuſmodi fibrillæ ac ſpiritus animales faciliùs, & cum percul- ſione

one ſtatim vehementiore pungantur, per-
ellantur aut commoveantur, quàm in ple-
isque aliis hominibus contingit. Hinc
ſt, quod v. gr. *Abſtemii*, quando guttam
ini deguſtant, plerumque dicant, ſuam
nde linguam, nervoſasque in hâc papillu-
us uſque adeo ſtatim affligi, ut ferè cre-
ant, illas exuri, ardentesque carbones ſe
n ore habere: quod quidem phœnomenon
nicè adſcribendum venit tartareis ſeu rigi-
o-ſalinis vini corpuſculis, ſimul efferve-
entiam cum ſalivâ, aliisve ſuccis ſpecificè
dverſis in linguâ aut palato excitantibus.
Quidquid verò in linguæ aut œſophagi ner-
eis papillulis contingere poteſt à cibis po-
ûque diverſis, illud idem in aliis ſenſuum
rganis non abſimili modo apud certos ho-
ines evenire ſolet. Hinc enim particulæ
uædam odorabiles narium papillulas:
magines certæ nervum opticum; ſoni
onnulli aures: denique alia objecta orga-
um tactûs vel guſtûs apud certos homines
noleſtiſſimè ferire ſolent, atque irregulari
notu, inſolitisque titillationibus aut velli-
ationibus percellere.

XXII. *Idioſyncraſia* autem illa Spiri- *Idioſyncraſia.*
uum, aut inſolita peculiarisque configu-
atio Fibrarum in Organis nerveis vel *nativa*
ſt, atque ſubinde velut per hæreditatem à
arentibus acquiſita; ubi Matrum imagi-

natio imprægnationis tempore non parùm contribuere poteſt, quando vid. cibum potumve hunc aut illum, urgente forſan appetitu irregulari, ad nauſeam & faſtidium uſq; aſſumpſerunt; vel terrore aut horrore quodam inopinato ex hujus vel illius rei viſione, auditione, aliâve ſenſatione correptæ fuerunt. MARTIN. SCHOOCK. *l. c.* peculiarem quoque cauſam averſationis Caſei exiſtimat eſſe, quando Infantes è prægnantium nutricum uberibus lac ſuxerunt, non rarò, propter conceptionem novi fœtus, coagulatum vel caſeoſum redditum. Addunt his vehementem Gravidarum paſſionem, dum fortè *Picâ* ſive appetitu depravato laborantes cibum habere non poſſunt, quem adeò avidè deſiderant. Aliquando autem Idioſyncraſia eſt *adventitia*, poſt nativitatem demum variis occaſionibus in Homine nata; quum ſcilicet vel nervoſæ fibrillæ hujus aut illius Organi, in morbo, aut inſolito rei alicujus uſu, aliter modificatæ, aut animales ſpiritus Idioſyncraſiam quandam adepti fuerunt, unde poſtmodum occurrentibus iisdem rebus percelli faciliùs poſſunt. Quòd ſi proin Infantes frequenter hâc aut illâ re terreantur, v. gr. Felibus, aliisve animalibus, à quibus fortè etiam offenduntur, tum facilè contingit, ut iidem poſtliminiò adultiores facti, imò per totam vitam, ejusmodi animantia horreant,

reant, abominentur, eorumque præſentiam etiam inviti tolerare neſciant. Contingit ſimul ſæpè, ſi in cibo aliàs grato Vermiculus, Muſca vel alia res ſordida à delicato Homine reperiatur, tantam in illius ſtomacho nauſeam excitari, ut poſtea diutiſſimè, ſi non per totum vitæ curriculum, eosdem cibos pertinaciſſimè averſetur: tanta nimirum heic imaginationis virtus intercedit, ſpiritibusque animalibus Idioſyncraſiam tali cibo maximè oppoſitam imprimit. Frequens etiam eſt in hanc rem obſervatio eorum, qui, cùm neceſſitate urgente, *purgantia* quædam valdè nauſeabunda non ſine faſtidio aſſumſerunt, in quibus fortè *Cinnamomi*, *Roſarum*, *Aniſi*, *Macis*, *Caſtorei*, *Abſynthii*, aliusve rei ſapor prævalebat, talem fibrarum ſtomachicarum aut ſpirituum animalium texturam atque craſin adipiſcebantur, ut poſtmodum diutiſſimè non ſaporem tantùm & odorem talium rerum averſati fuerint, ſed & interdum ad eorundem ſimplicem nominationem malè habuerint.

XXIII. Verùm enimverò audire mihi videor heic dicentem, totâ hâc Ætiologiâ non multo plus exprimi, quàm Veteres ſuis occultis explicuêre Qualitatibus, cùm nondum planum ſit, in quonam præcisè illa Idioſyncraſia ſpirituum, atque peculia- *Objectio.*

ris fibrarum ſenſoriarum textura conſiſtat; occultum hoc æquè eſſe, ac dictas qualitates. Sed *reſpondemus*, in hominibus Antipathiâ quâdam pollentibus, nervoſas ſive membraneas organi ſenſorii fibrillas ſitu, figurâ, laxitate aut ſtricturâ longè aliâ quàm in cœteris hominibus inſtructas, imò pororum quoque diverſam ſive amplitudinem ſive anguſtiam adeptas eſſe, ut hinc à particulis certarum rerum faciliùs ſubiri, atque inordinatos vel irregulares motus, criſpationesve recipere queant. Quin in aliquibus etiam papillulæ nervoſæ in tunicis organorum nimis patulæ exiſtunt & molles, ut hinc ab irregularibus adverſorum objectorum particulis citiùs offendi, faciliùs moveri, atque propter minorem reſiſtentiam gravius etiam percelli queant. Idque omne tantò faciliùs contingit etiam in ſpiritibus animalibus, quando à quibusdam irregularibus corpuſculis ſibi admixtis temperiem extraordinariam conſecuti, ſub commotione fibrarum, in quibus verſantur, inordinatâ, ita ſtatim vel impetuosè agitantur, vel etiam in ſuo motu impediuntur, ut hinc modo ſupra dicto ſymptomata differentia haud difficulter excitent. Figuram autem illam fibrarum irregularem atque dyſcraſiam animalium ſpirituum accuratiùs deſignare, & vel mechanicè ad oculum demonſtrare velle, ſubtilioris res eſt,

Ejus dilutio.

ſt, longeq́ue difficilioris indaginis, quàm
à me expectari velim, aut ab aliis etiam
rtè ſperari queat, quandoquidem certum
, humanos ſenſus nimis craſſos eſſe,
àm ut ad ſubtilitatem particularum tan-
m penetrare unquam valeant.

XXIV. Tandem addendum, *Antipa-*
as tales non ſemper eſſe negligendas,
æſertim quando frequens illarum exer-
ndarum occaſio datur, unde Homo in
mptomata graviſſima incidere, mortis-
e periculum facilè ſubire queat. Quæ-
ur ergo quid Remedii, quâve corrigi ra-
one illa Moleſtia debeat? Quanquam
im verendum ſit, ne ſi

Antipathiæ Curatio.

Naturam expellas furcâ, tamen uſque recur-
rat?

ntandum tamen eſt aliquid, & quidem
r contrariam quandam Conſuetudinem
ulatim inducendam, eamq́ue tamdiu
ntinuandam, donec vel ſpiritus anima-
s aliam acquiſiverint craſin, vel organo-
m ſenſoriorum nervi & filamenta mem-
anacea alium tonum, modificationem-
e adepta ſint, unde poſtmodum à rebus
verſantibus neutiquam ampliùs, vel ſal-
m non ita fortiter, percelli queant. Quo-
s enim non evenit, ut qui fumo Taba-
, potui Thée aut Caffée, eſui Naſturtii

aquatici, Taraxaconis, Apii ſelini, aliorumque ciborum nondum aſſueti exiſtunt, eos primùm faſtidiant, ſed tamen continuato poſtmodum uſu nullum inde ampliùs incommodum perſentiant, imò easdem res poſtliminiò in deliciis habeant. Quod ſi ergo Abſtemius ſis, ſi Caſeum, ſi Butyrum, ſi res quascunque alias faſtidias, & ab hoc qualicunque incommodo liberatus eſſe cupias, protinus Te ad hoc, quicquid eſt operis, accinge, tuamque, ut ita loquar, Naturam perferendis ejusmodi rebus ſenſim adſuefacito; atque eapropter guſta quotidie guttulam vini, guſta granulum caſei aliûsve cibi, ſed primò non ſtatim degluti, quin exſpue, novumque guſta, idque opus continua toties, uſque dum tua primùm lingua fuerit aſſuefacta. Poſtea incipe etiam portiunculas rerum talium aliis permiſtas deglutire, ac etiamſi hinc Vomitus ſubſequatur, degluti iterum; quod ſi diligenter continuabis, ſi ſtrenuè & audacter exercebis opus, id modò cave, ne, quod nonnullis eveniſſe meminimus, tandem non ſine ſanitatis diſpendio helluo vini, & caſei, vel ſimilium ciborum perditus amator evadas. Quod ſi anguillas, ſi ſerpentes, ſi mures, aliave animalia horreas, frequenter atque in conſortio alio-

rum

um hominum illa inſpice, de illis diſſe-
:, tracta etiam ſi poſſis, ſic enim tan-
em illorum occurſu fortuito non am-
lliùs terrefies. Quòd ſi autem tua ne-
ciat duci, cogique Natura, ſi gravibus
atim Symptomatibus affligaris, nullum
ertum remedium tibi ſupereſſe crede,
uàm ut cane pejus & angue fugias,
quorum tanto faſtidio, tanto hor-
rore & averſatione
laboras.

FINIS.

DISSERTATIO MEDICA SECUNDA

De

SOMNAMBULIS.

I.

Occaſio ſcripti.

QUanquam non Epimenides hucuſque fuerim, *Somno*q́ue, cujus imaginem priſci Gentiles propter utilem ſui, & vires animi corporisq́ue refocillantem ſuavitatem, divino cultu adorârunt, prolixo & diuturno rariùs indulſerim, accidit tamen nuper præter conſuetudinem, ut profundiùs obdormiſcentis altoq́ue ſomno ſopiti mens variis, nec dum benè ſcio, quibus qualibusq́ue inſomniis multipliciter agitaretur, protinusq́ue loquentem me, altâ voce clamantem, objurgantem, membra etiam variè commoventem in viciniâ conſtituti, & adhuc vigilantes Amici audirent. Expergefactus autem cùm reſciſcerem, quid in tam profundo egerim locutusq́ue fuerim ſomno,

cujus

ujus tamen nullam mihi ſupereſſe cognitionem vel ideam videbam, miratus valde em inſolitam, mihique antea, quod ſciam, nullatenus familiarem, animum ſtatim induxi, penitius in phœnomeni inſoliti naturam atque cauſas inquirendi, imò hoc pſum argumentum ſub *Noctambulonum* vel *Somnabulorum* ſpecioſâ tractatione exponendi, atque publicam in lucem mittendi. In quo quidem propoſito difficili, ſi veritatem ubique attigero, erit, de quo magnopere gaudere potero, ſi verò ab eadem multoties aberravero, Hominem me, uti ſemper, ita & in his eſſe, errandique peritiſſimum meminero.

II. Quando igitur tecum, *Somnambu-le*, mihi nunc res eſt, exploranda primùm erit tui nominis origo, antequam, quæ qualisve ſit tua affectio, ſpecialiùs explicetur. Compoſitá autem, è nomine *Somnus* & verbo *ambulo*, voce *Somnambulus* vel *Somnambulo* nuncupatus es, quia in ſomno ſive dormiens è lecto ſurgis, & hinc inde obambulare videris. Cumque hanc ambulationem noctu præcipuè inſtituere ſolitus fueris, *Noctambulus* vel *Noctambulo*, à LIBAVIO etiam *Singular. Part.* . *p.* 250. juxta Græcum *Nychobata*, vel potiùs *Nyctobata* vocari meruiſti. Græcis enim audis Νυκτοβάτης vel Ὑπνοβάτης, vocabulis

Etymologia Vocis.

Synonymia.

compoſitis è nominibus νύξ, νυκτὸς, *nox*, vel ὕπνος, *ſomnus*, & βατέω *vado gradior, ambulo*. *Noctambulonis* autem notio cùm ſit *homonyma*, operæ pretium erit, eandem ab omni ambiguitate liberare, & quo heîc ſenſu à nobis accipiatur, indigitare. *In genere* enim ſi ſumas, comprehendes ſub eâ facilè non tantùm illos, qui dormientes obambulant, ſed etiam, qui quocunque modo noctu vigilantes ſurgunt, & vel turpi conſuetudine per plateas multum vagantur otioſi; vel ſub prætextu promovendæ chylificationis, aut amabilis qualiscunque rei inſectandæ gratiâ oberrant; vel ad perſcrutandas Divitum ædes, eorumque expilandos, ſi Dîs placet, theſauros ſcelerato auſu exſpatiantur; vel denique, qui nocturno tempore frequenter peregrinantur, ac fortè inter eundum ſomno indulgent, quemadmodum Dictator olim noſter Cl. GALENUS id ſibi contigiſſe teſtatur *Lib. 2. de Motu Muſculorum cap. 4.* Cùm enim, ait, *aliquando per totam mihi noctem iter neceſſariò faciendum eſſet, rem hanc ipſâ experientiâ credere didici, ſedentes vel deambulantes etiam nos dormire nihilominus poſſe. Fermè enim integrum dormiendo ſtadium peregi, & ſomnia videns non priùs evigilavi, quàm in lapidem impingerem.* Hâc autem generali ſignificatione neque à Medicis, neque heîc à nobis vocabulum *Noctambuli* accipitur. Verùm

Homonymia.

m *ſpecialius* aut *ſtrictius* capitur, quatenus
s ſolùm denotat, qui noctu maximè,
um ſomno exiſtunt ſopiti, è lecto ſur-
unt, obambulant, & vigilantium opera
pè peragunt. Affectionem hinc ipſam,
uâ tales laborare homines dicuntur, *No-
mbulationem*, *Noctiſurgium*, Græcè Νυκλεγερ-
εν, *Somnambulationem* Græco idiomate
τνοβάτησιν appellârunt.

III. *Somnambulus* itaque is tantùm eſt, *Qui Somnambulones?*
ui vel noctu, vel etiam quandoque inter-
u dormiens, occaſione fortis cujusdam
naginationis è lecto ſurgit, obambulat,
gilantium quædam opera peragit, lectum
iam plerunque repetit, ac tandem citiùs
rdiùsve evigilans actorum in ſomno ut-
urimum ignarus eſt. Vehemens hinc
Noctambulis ſomnium exiſtit, imò *ſom-
us* verè *vigilans* aut *vigilia ſomnians*. *Som-
ambulationem* hinc definies haud difficulter
er *eam corporis humani Affectionem, quâ Mu-
uli, totam illius machinam moventes, ab in-
uxu ſpirituum animalium ſufficienter inflati,
pitis adhuc manentibus ſenſibus, ad ſuas, diri-
ente ſic Animæ forti imaginatione, actiones in-
tantur, & corpus non tantùm è lecto ſurgere
rogrediq́; , ſed illa quoq́; vigilantium aliâs ope-
a expedire faciunt, quæcunq́; mens in ſomno
rofundiore faciendа præcipit.* Atqui hæc di-
es fortè, tractatio ad *Phyſicam* non ad *Me-
dicinam*,

Quo eorum tractatio pertineat? *dicinam*, ſpectat, cùm nullum genus Morbi ſit, ad quod facilè referri *Somnambulatio*, nec alio quoque ſcopo in medendi Scientiâ eadem tractari queat: Hominibus quippe ſanis contingens, minimeque ægrotantibus. Equidem fatemur, poſſe in Phyſicis quoque de *Somnambulis* tractari, ſed longè tamen aliter hoc fit, quàm in Medicina: in Phyſica non niſi contemplamur Somnambulorum naturam, cauſas, differentias, &c. In Medicina autem ulteriùs docetur, *Somnambulationem* eſſe Affectionem præternaturalem, ſuis è cauſis provenientem, explicaturque hinc ſimul, quomodo curari Homo, & à malâ hac ſomnambulandi conſuetudine feliciter liberari poſſit.

An dentur Somnambuli? IV. Sed quo, inquies porrò, fine de non ente tractatio, cum *Somnambuli* dentur nulli, omneſque ſub hoc titulo hactenus deſcripti reverâ vigilaverint, ſi non perfectè, ſaltem imperfectè, imò ad illos referendi ſint, qui vigilantes opus incipiunt, ſed in illo obdormiunt, & nihilominus in ſomno proſequi pergunt. Aſt ipſæ à nobis ſuperiùs allatæ definitiones longè aliud dicunt, tales nimirum *Somnambulos* appellari, qui primùm obdormiſcunt, & hinc profundo indulgentes ſomno, è lecto ſurgere, circumſpatiari nudi, operaque Vigilantium peragere ſolent. Unde ſequitur, ad Affectionem

-tionem Somnambulorum requiri præce-
-entem ſomnum, atque decubitum; non
-utem ut illi inepto cuidam inter vigilias
-bori indormiſcant. Et tales *Somnambu-
-s* ſubinde dari quotidiana ferè docet ex-
-erientia, teſtanturque exempla & obſer-
-ationes quamplurimæ, quarum aliquas
-ctu non indignas hîc adducere placuit.
-rancofordiæ, inquit JOH. SCHENCKIUS,
*-b. I. Obſerv. 127. de Noctambulis, ad Oderam
-I. Martinum Gutenbergerum medicum id tem-
-ris ſtudioſum novi, qui pòſt promotus in Docto-
-m, multos annos Medicum Reipublicæ Roten-
-ergenſis ad Tuberim egit, & ante biennium
-ortuus eſt, juvenem perſpicacis ingenii, parvæ
-aturæ hominem, calidum & ſiccum toto corpo-
-, niſi quod cerebrum humidius haberet, con-
-bernalem meum, cùm ambo in eadem habita-
-one ſuperioris tabulati Collegii dormiremus, ego
-pergefactus eum in cubiculo nudum ambulantem,
- ſimul dormientem, mox âſcendentem clauſis
-ulis, & palpitando ad feneſtram permagnam
-rorſus apertam, ut jam in illâ ſtaret, adven-
-ntem cum admiratione & ſtupore ſpectavi;
-d quia, ne feneſtrâ egreſſus caderet & periret,
-etuebam, ſequor, ſtantem meis manibus à ter-
- amplector, & è feneſtrâ ad cubiculum retra-
-o, appellatione propriâ aliiſq; commotionibus ex-
-tans, ac quærens, quid agat, reſpondet, nihil:
-lterius interrogatus, cur nudus ambulâſſet, &
-eneſtram aſcendiſſet, ſe nihil horum ſcire pro-
feſſus*

Dari Somnambulos experientia docet.

Noctam-bulonum exempla.

feſſus eſt. Apud JACOBUM HORSTIUM *in Obſervat.* occurrit caſus notatu digniſſimus; ubi, *tres*, ait, *Nobiles in arce Bernſteinenſi Juvenes, & ſat bellicoſi fratres, in eodem cubiculo dormiunt, quorum unus nudus è ſomno ſurgit, induſium manibus ſecum aufert, è lecto ſeſe ſubducit, ſilens pergit ad feneſtram, corripit funem è trochleâ pendentem, & in domûs faſtigium prorepens incidit in nidum picarum, quem diripit ac diſſipat, pullos induſio involvit, iterum deſcendit, ambulat & ad lectum ſe confert, pullos cum induſio ibi abſcondit & benè dormit. Mane expergefactus narrat fratribus, per ſomnium ſibi viſum eſſe, quaſi è lecto ſurgeret, ambularet, penetraret ad domûs faſtigium nidum picarum diſturbaret, pullos auferret. Quo enarrato è lecto ſurgit, & induſium in eodem lecto hærens pullis iisq; vivis circumdatum invenit, omnes poſtea ad Turrim accedunt, & nidum fractum expugnatumq; conſpiciunt.* LAUDENSIS *Juriſconſultus* quoque refert apud *Majol. Colloqu.* 4. ſe Pariſiis uſum fuiſſe converſatione Angli cujusdam, cui in more erat poſitum, ut inter dormiendum ædibus ſuis egrederetur, & ad templa etiam procul remota proficiſceretur. Apud eundem MARIANUS *Senenſis J.C.* memorat, ſe in viciniâ noviſſe Puellam, quæ è lecto ſomno oppreſſa egredi, piſtoriamque exercere nunquam expergefacta conſueverat. GUIL. FABRICIUS HIL-

DANUS

ANUS porrò in ſuis *Obſervation.* memo-
æ prodit, in ditione Epiſcopi Baſilienſis
uſticam quandam ſæpiùs noctu ſurrexiſſe,
: dormiendo rem familiarem adminiſtrâſ-
, imò & quandoque in campos ad ope-
rios fuiſſe exſpatiatam. TEXTOR ha-
et *in Officinâ, Theonem Stoicum* dormientem
ſſim ambulâſſe, eodemque morbo ſer-
m *Periclis* laborâſſe, adeo ut dormiens in
mma tecta reperet. Extat adhuc apud
HORSTIUM *Commentar. de Noctambulo-
bus* hiſtoria memorabilis: *noſtis*, inquit, *in
hâc viciniâ aliquem Noctambulonem fuiſſe,
i cùm è lecto ſurrexiſſet, de ſcalâ deſcendiſſet,
r magnum per aream ædium feciſſet, in culi-
m venit palpitando, puteum ingreſſus eſt, &
rietibus digitis manuum pedumq; adhæſit, nu-
s, induſio tamen indutus, nec aquam in puteo
i fimbriâ induſii palmæ quantitate tetigit, ſpon-
experge factus, fortè gelidæ aquæ contactu cla-
at:* O mein Bein / mein Bein / helffet
ir. *Domeſtici auditâ & agnitâ voce, illum
ærunt, putei parieti manibus pedibusq; affixum
veniunt, ſcalam cum lucernâ illi porrigunt,
hâc ratione redire non poteſt, urnam igitur
demittunt, monentes, ut illum dextro pede
grediatur, dextraq; manu catenam prehendat,
e ita extractum iri, quod feliciter factum eſt,
l valdè refrigeratus in puteo, & in lectulum
portatus obmuteſcit, & vix palpebras, eaſq;
riùs, nec niſi valdè excitatus aperit. Ad quem
curan-*

Noctambulus in Puteum deſcendit.

curandum ego vocatus eâ die in remediis ad Apoplexiam porrigendis multum laboris temporisq; inſumpſi, vix quædam, & pauciſſima eâ die loqui cœpit, commotusq; corpore parumper ſtatim vomuit cum ſingultu quodam, mente autem totâ die privatus fuit. Sequenti mane ego iterum iſtum viſitavi, ſed omnia loquentem, & mentis benè compotem inveni, dixit, ſibi quaſi per ſomnium videri, quod ambulâſſet, & cadere voluiſſet, ignem ſupra ſe conſpexiſſe quoque, & ſub aquâ fuiſſe, &c. Rara quin & Somnambuli hiſtoria à GABRIELE CLAUDERO *Ephemerid. Nat. Curioſ.* communicata fuit *Dec. II. Ann. 5. pag. 380.* quæ ita habet : *Scholæ Alumno, gnavo Palladis militi, à Præceptore aliquot vicibus exhibetur argumentum (quod vocant Scholæ) Germanice ſcriptum, latinâ donandum civitate, vel latinitatis exercendæ ſpecimen. Diſcipulus lucubrationes aliis impendens ſtudiis, dicti ſpeciminis verſionem in latinum ſemper auroræ reſervat : è lecto autem ſurgens manum ac mentem operi admoturus, hoc à ſe infectum jamjam factum invenit. Re inſolitâ redditus attonitus diabolicas ſuſpicatur illuſiones; proinde Rectori omnia detegit; hic jubet binos ejusdem commilitones adcuratam dormientis curam gerere. Dictum factum, ſanus ille Æger unâ alteraq; horâ ſomno uſus ſurgit, muſæum ingreditur, latinitatis ſpecimina dormiens ac inſcius conficit, lectoq; hinc ſeſe reddit, pro ulteriori ſomno capeſſendo.* Curioſum eſt, quod PETR. SALIUS DI-

Adoleſcens in ſomno argumentum componens.

IVERSUS adducit de *Affect. particular.* .. 18. his verbis: *Juvenem novi, qui ſom-* *ins, ſe propter negotia ſua equitaturum eſſe,* *ecto ſurgens, indutus veſtimentis propriis, co-* *rnisq; & calcaribus appoſitis ſuper feneſtram* *am in tabulato degebat) conſcendit, & hinc* *'eq; divaricatis cruribus parietem perinde ac ſi* *'us eſſet, & voce & calcaribus ad curſum in-* *bat; his ex ſomno experg factus tanto hor-* *correptus eſt, cogitans ſe per ſomnium mor-* *ferè ſibi ex præcipitio conſciviſſe, ut me die* *ienti conſuluerit, ad prohibenda hæc inſomnia,* *ipſum ad obeunda vigilantium munia dedu-* *unt.* Plura alia idem *Salius Diverſus* empla non minùs notabilia eodem loco moriæ prodit.

V. Si verò quæratur, qualisnam ſit *Af-* *io morboſa*, qualisnam ægritudo, quam i utcunque Homines experiuntur? Fa- s reſponſio eſt, vocari debere *Symptoma* *onis animalis*, ſive *motûs muſculorum læſi*, penè *depravati*; dum talis actio non eâ ione contingit, quâ quidem exerceri eret; ſed in ſomno evenit, animâ ſcil. ra ſe cogitante, & ad objectorum ex- norum motus, organa ſenſoria ferientes, attendente; unde illas dormientium ones modo extraordinario, citra ratio- vigilantis, & ad omnia circumſpectæ m produci certum eſt. Videntur au- *Somnambulatio qualis ſit affectio morboſa?*

tem in hoc negotio quidam *Voluntatem* excludere velle, & ſolam admittere *Phantaſiam*, ſive *Imaginationis actum percipientem*; quaſi verò in ſomno non exerceri queat Animæ voluntas, cùm hæc certè efficaciter ſomni æquè ac vigiliarum tempore judicare & imperare ſoleat. Ut falſum adeo ſit, quod nonnullis heic placuit, ſcilicet, non moveri Homines in ſomno, niſi imperante validâ imaginatione, Brutorum phantaſiæ ſimillimâ.

Somniloqui. VI. Referre huc liceat aliquo modo eos, qui quantumcunque in ſomno non obambulent atque è lecto ſurgant, nihilominus tamen altâ voce clamant, garriunt, rident, plorant, ejulant, imò ſubinde clarâ & diſtinctâ voce eloquuntur, quorum cogitatio eſt per inſomnia: ὑπνολόγοι, *Somniloqui* nuncupari poſſent; quos inter numerant quoque eos, qui in ſomno ad interrogata reſpondent modò rectè, modò etiam perversè. Aliis dein hoc evenit, ut inter dormiendum pedibus calcitrent, manus excutiant, atque verberibus inſcii ſubinde excipiant Homines, quos per inſomnia ſibi præſentes eſſe, atque adverſari, vel etiam ſibi injurias afferre credunt; quod quidem non rarò Amici, in eodem cum talibus lecto decumbentes, non ſine dolore experiuntur. Nimirum actiones varias ſæpiſſi-

ſſimè committunt dormientes, ut charta
nitus deficeret, ſi exempla atque hiſto-
is, vel apud Auctores deſcriptas, vel no-
iâ memoriâ obſervatas, fuſiùs enarrare
llemus.

VII. Præterire heic non poſſumus, *Noctambulatio periodica.*
ctambulationem quandoque *periodicam* eſſe,
emadmodum id teſtatur JOSEPHUS
ANZONUS *Ephemerid. Natur. Curioſ.*
. III. Ann. 5. & 6. p. 246. Eſt hic, inquit,
variæ Studioſus quidam annorum ætatis 18.
quovis menſe, tempore plenilunii Somnam-
ationem patitur, mediâ enim ſub nocte, ele-
s palpebris domûs ſupremas conſcendit partes,
tales pertingit ſitus, ad quos ſanè non per-
iſſet, ſi planè vigilâſſet, præterquam enim,
d maximum portendunt periculum, etiam
culter, & magno conatu ac virium jacturâ
nduntur.

VIII. Cùm itaque in *Somnambulis* & *Cauſa proxima.*
imaginativa fortiter admodum exercea-
, & corpus ipſum totum de loco in lo-
n promoveatur, credibile eſt, *proximam*
us Affectionis *Cauſam* eſſe ſpirituum ani-
lium ſufficientem, etiam in ſomno con-
gentem, influxum in nervos artuum
ſculoſos; adeoque in muſculos omnes,
ſuâ contractione motuque voluntario
tribuunt ad Machinam corpoream huc

 illuc

illuc promovendam. Sed cùm interea talis Homo obambulans ſenſationem plerunque obtineat nullam, palam eſt, nervos omnes ſenſorios hoc tempore flaccidos exiſtere, atque neceſſariâ ad efficiendam ſenſationem quantitate ſpirituum animalium deſtitui. Ut adeò rectè dicant CRAANENIUS & alii, hominem Somnambulum in ipſo Somnambulationis actu non perfectè dormire, ſed imperfectè; eo quòd in perfecto Somno nervi omnes tam motorii quàm ſenſorii juſtâ ſpirituum copiâ non inflentur, in Somnambulatione autem nervi motorii ſint aperti atque ſpiritibus turgidi. Sicut autem tale quid in nervis artuum evenit, ita pariter his clauſis nervi Linguæ, Laryngis atque aſperæ Arteriæ, ſpiritibus inflari poſſunt, atque hinc loquela Hominum produci. Quin etiam haud rarò fieri ſolet, ut nervi muſculorum in Palpebris aperti inflentur, ipſasque Palpebras diducant, nervo interea optico adhuc laxo exiſtente, adeoque ſenſu Viſûs, apertis licèt Oculis, non contingente: dicunt hoc apertis Oculis dormire, ſicut faciunt Lepores. Minùs tamen frequens eſt, ſenſorios quoque nervos apud Somnambulos aperiri, Senſationisque hujus aut illius actionem producere, ſicut id contigiſſe notavit HENRICUS ab HEERS, quando *Obſervat. Med. 2. p. m. 32.* ſequentem narravit hiſto-

Homo in actu Somnambulationis non perfectè dormit.

Quomodo ſomnus apertis oculis fiat.

ſtoriam: *Novi*, inquit, *Senem Somnambu-*
nem mihi à primis cunis ſocium fidum: Hic
ira in ſomno fecit obſervatione digna & paſſus
. Cùm admodum Juvenis in celebri Acade-
â Poëſin profiteretur, atque interdiu mentem
omnia verſâſſet, ut verſum ad incudem ſæpiùs
vocatum melius tornaret, quod vigil nequiverat,
ctu ſurgens pluteum aperuit, ſcripſit, ſæpiùs *Carmen componens in Somno.*
â voce, quod ſcripſerat, relegit; demum cum
ũ & cachinno ſibi ipſi adplauſit; atque contu-
nalem, ut ſecum plauderet, hortatus eſt, po-
ſq; ſandaliis & veſte, clauſo pluteo, chartisq;,
veſperi fecerat, repoſitis lectum repetiit, ſom-
mq;, dum excitaretur, protraxit, omnium,
æ noctu geſta eſſent, ignariſſimus. Mane poſt
ntiunculam ad ſtudia rediens, nondum viſis
rtis pridianâ ſollicitudine adhuc laborans, quo-
do hiatus verſuum impleret, cùm chartam
vens eas impletas ad ſuum libitum, idq; ſuâ
nu videret, ſiderato ſimilis, ſerioq; ſollicitus,
ni ne an mali genii hoc opus eſſet, Socios cachin-
ntes cum lachrymis rogabat, ſi quâ poſſent viâ,
nc ſibi moleſtiam eriperent. Illis, quod ge-
m erat, (viderant enim vigiles) narrantibus,
n fidem Noctambulo nullam adhiberet, ſequen-
eum nocte poſt ambulationem in alienum le-
m deducunt, caputq; cervicali, quod ad pe-
n locum aptaverant, componunt, atque in
ari veſte, quam caſu ſervaverat, ſopitum di-
ttunt, nonniſi adultâ luce ſponte expergeſacto,
iſtunt, omniaq; & maximè ſurrexiſſe ſe ne-

 gantem,

gantem, taliaq́; legiſſe & ſcripſiſſe, facilè tot circumſtantiis convincunt. Miror illum, feliciſſimæ alioquin memoriæ, tam longi in ſomno ſtudii & ſcriptionis (obſervavi enim aliquando tres quatuorve horas durâſſe) nullam reminiſcentiam habuiſſe. Sed hoc admiratione majore dignum, quòd ambulatio ipſius nocturna, lectio, ſcriptio, pronunciatio, nec hilum à diurnâ differrent, cùm in aliis plerunq; hæc omnia imperfectè, ſicut in Ebriis fiant. Illud tandem maximè mirum, meoq́; captu altius, cùm multo pòſt relictis Scholis, Uxorem duxiſſet, eâm tamen, ut fert Conjugum conditio, quædam celaret, quoties noctu infantulum cunis ereptum utplurimum geſtans, domum perambulabat, comitante ubique Uxore, ſecretiſſimos ipſi cordis ſinus rogatus patefaciebat, ad omnia Uxoris quæſita veriſſimè reſpondebat, ita ut à dormiente, quæ à vigili nullis extorſiſſet illecebris, ſimplici interrogatiunculâ, quicquid vellet, ſincerè & ſine fuco intelligeret, mirante ſæpiùs Noctambulone, quomodo, quæ ſuo unius ſinui credita putabat, in Uxoris cor linguamq́; veniſſent. Hic ſub annum ætatis 45. cum ſcil. & ſomni breviores ipſi fierent, & ſomniis minùs perturbaretur, noctambulare deſiit. Qui ambulantem & legentem viderant, oculis eum apertiſſimis fuiſſe aſſeverabant, ipſe tamen ne hilum ſe vidiſſe ſanctè affirmabat. Huc pertinet & ſuperiùs jam allegatum exemplum à CLAUDERO deſcriptum.

IX. *Cau-*

IX. *Cauſa* quoque heic adduci poteſt *ecedens*, quæ ſpiritus animales in hos t illos nervos muſculosque propellit, & os interea quaſi vacuos relinquit, eaq; non a videtur eſſe, quàm ipſa *Anima* certas in dormiendum ideas ſive cogitationes ſibi rtinaciter & fortiter ſiſtens, indeque facto dicio, ratiocinationeque inſtitutâ Volunis actus validè exercens, quos dein actus ſequuntur ſtatim ſpirituum animalium preſſiones elaſticæ in certos corporis uſculos, adeoque & horum aut illorum embrorum motus determinati. Quæri- r ergò, *Quidnam ſit, quod adeo fortes in Anii impreſſiones & cogitationes excitare queat?* int qui dicant, imaginationem ſive phanſiam, communem illum ſenſum, vires as in hoc phœnomeno magnopere exerre, imò hanc ipſam imaginationem cum nimæ cogitatis confundunt. Addunt ii, Vapores è corporis variis partibus in rebrum elatos talem Phantaſiam excitare; d hæc obſcura nimis ſunt, quàm ut cla- atque diſtinctè concipi queant. Vapoim certè aſcenſum in cerebrum minimè pimus; imaginationem verò non comrehendimus aliam, quàm perceptionem lentis, beneficio motûs oſcillatorii fibraim Cerebri medullarium, atque ſpirituum tra iſtas defluentium certi contingentem, uæ inſufficiens eſt ad motum his aut illis

Somnambulationis Cauſa antecedens.

Quidnam adeo validas impreſſiones in Animâ excitet?

membris imprimendum ſive conciliandum, niſi voluntes efficax ſuperaccedat.

X. Arbitramur autem, Somnambulos habere fibras cerebri medullares tali tono præditas, ſub quo non ſolùm oſcillatoriam vibrationem ſemel ſuſceptam diu eodem modo continuare, ſed & in ipſo quoque ſomno ita repetere valeant, ut hinc Anima ad profundas de certis objectis cogitationes, easque fixas ac firmas invitata, valideque commota, ſpirituoſum nervorum fluidum ad eos corporis muſculos confertim urgeat, quorum actione deinceps ea opera exactè peraguntur, de quibus perficiendis ipſa Mens inter dormiendum magnâ cum attentione cogitavit. Quando igitur objecta quædam vigilans Homo adcuratè perſpexit, vel de iisdem diu multumque diſſerentes alios audivit, & ita ſuæ fortiter imaginationi impreſſit, non mirum, ſi fibræ medullares cum ſpirituoſis ſuis incolis tali modo aſſuetæ, easdem deinceps, aut variatas nonnihil, motuum directiones in ſomno proſequantur, Animamque ad efficaces adeo cogitationes ſupra dicto modo rurſus incitent. Denique quidquid Inſomnia fortiora excitare poteſt, illud omne ſimul ad tales dormientium actiones contribuit; unde facilè patet, diurna opera & vigilantium cogitationes ſæpiùs magnam ſibi partem

m ſumere in producendâ Somnambulaone; quandoquidem Memoria illas inter rmiendum Animæ tanquam præſentes rum ſiſtit & objicit, juxta illud LU-RETII ita canentis:

In ſomnis eadem pleroſq; videmus obire,
Cauſidicos cauſas agere & componere leges,
Induperatores pugnare & prælia obire,
Nautas contractum cum ventis degere bellum.
Et quo quiſq; ferè ſtudio defunctus adhæret,
Aut quibus in rebus multum ſumus ante morati,
Aut in qua ratione fuit contenta magis mens.

um autem ſanguis fervens in ſomno nerſas fibrillas validiùs commoveat, non irum, ſi Ebrietas, vel Exæſtuatio corpo- ab aëre fervente aut exercitiis variis ducta, ad ejuſmodi commotionem ac innia fortia quoque contribuat. *Paraſum* hinc *ebrium* notat *Oporinus*, Profeſſor m Baſilienſis, Typographusque celebris, ud THOM. ERASTUM *in Diſputat.* *ra Paracelſ.* ſæpiùs noctu ſurrexiſſe, arotoque gladio per totum cubile ita ſæſſe, ut ſibi aliquoties periculum immire timuerit; poſt intemperies verò illas ni iterum quieviſſe, inque lecto compoum placidè dormiviſſe.

XI. An *phaſes Lunæ* aliquid ad Somnamlationis actum contribuant, meritò heic æritur? Videtur enim Lunæ mutuati-

tium Lumen nullam in corpora hæc terreſtria vim habere aut exercere poſſe; debile eſt illud, & non niſi ex reflexis à diſco Lunari ſolaribus radiis obortum, neque alium à Conditore Sapientiſſimo in finem creatum, quàm ut noctium tenebras minuere debeat. Quando autem exemplum *periodicæ Noctambulationis*, ſuperiùs §. 6. adductum, non ſecus atque alia Naturæ phœnomena in Regno tam vegetabili quàm animali occurrentia, magnâ cum attentione examinamus & conſideramus, Lunæ quoque Phaſibus Noctambulationem auſcultare, indeque adeo hanc ſimul Actionem deduci quodammodo poſſe opinamur. Agit autem Luna non lumine qualicunque ſuo, ſed totâ potius corporis ſui mole, diverſis temporibus diverſimodè Athmoſphæram telluris premente, ſicque hujus pondus & facultatem elaſticam mutante; id quod præter ETMULLERUM alii quoque perſpicaciores Jatrophyſici adnotârunt. Dum enim Lunæ corpus nonnihil gravius Atmoſphæræ terreſtri incumbit, poterit illam magis premere, ejusque elaterem ſic augere, hincque in Hominibus ad Noctambulationem à naturâ diſpoſitis, majorem fortè ſanguinis agitationem, validioremque tubulorum nervoſorum Cerebri tenſionem aut vibrationem excitare, adeoq; etiam imaginationis vires & actiones in ſomno intendere.

XII. Quan-

XII. Quando autem non ita multi ob-rvantur hoc Affectu prehendi, haud im-erito quæri ſolet, *Quinam præ cæteris ei-n obnoxii ſint & expoſiti?* Dicimus ergo genere, Eos ad hunc morbum eſſe pro-ves, qui texturam fibrarum nervearum rebri ſatis firmam, ac Spirituum anima-m proventum & copiam magnam ha-nt, atque ſimul eos maximè elaſticos deque mobiles adepti ſunt, non ſine con-ıtione quadam & vi in muſculos irruen-, vibrativumque motum in fibris ſatis lidum ac pertinacem exercentes. Unde venes, Adoleſcentesve, quorum ſanguis irituoſo volatilibus particulis, atque oleo-ſalinis abundat, huic Affectui præ om-bus aliis obnoxios eſſe obſervamus. Eos quam, qui facilè propter magnam Spiri-um in medullaribus Cerebri tubulis con-tionem ſomniant, & attentis maximè gitationibus indulgent. Hinc JACO-US HORSTIUS in tractatu *de Som-nbulis Cap. 6. Cholericos* ſive calidâ ſicca-e temperie præditos; LEVINUS au-m LEMNIUS æſtuoſis atque fervidis iritibus gaudentes ad Somnambulationem agis inclinare ſtatuerunt. PETRUS nc SALIUS DIVERSUS *loc. cit.* ſo-s Hypochondriacos, aut Melancholicos, ibus rerum imagines fortius ac vehemen-s imprimuntur, vel quibus fortior ac

Quinam Somnambulationi obnoxii?

per-

pertinacior eſt vis imaginativa, Somnambulos exiſtere arbitratus fuit. Cui etiam adſtipulatur ſententiæ BARTH. KECKERMANNUS, *Syſt. Phyſ. Lib. 3. Cap. 29.* ita ſcribens: *Quibus temperamentum eſt melancholicum, & præterea cerebrum ſiccum; ac deniq; ſpiritus ſubtiles, ferventes & impetuoſi, illi facilè in turbulentum illud ſomniorum genus incidunt, quod nocturnas deambulationes ac oberrationes cauſatur.* Juxta ANDR. LIBAVIUM tamen *Singul. Part. II. pag.* 251. quidam Somnambuli *judicantur eſſe* χολερικώτεροι, *quidam* φλεγματικώτεροι ἢ μελαγχολικοὶ: *Sanguinei verò rariùs ita affici creduntur.* Illud mirum eſt in Somnambulis, quòd longè majores muſculorum vires, roburque vehementiùs oſtendant, & nullum periculum metuant, quemadmodum ipſimet vigilantes faciunt. Sed non difficulter quis hoc comprehendet, ſi modò in animum revocet, in Somnambulatione Spiritus animales omnes ad Muſculos artuum dirigi, nullos verò, aut certè paucos ad ſenſuum horum illorumve Organa profluere; hoc enim ſi contingeret, tum ab objectis ſenſuum Noctambuli haud difficulter evigilarent, & ita ab ejusmodi periculoſis obambulationibus abſterrerentur. Dum autem in Somnambulis Senſuum organa velut clauſa & quieta, Motûs autem inſtrumenta è contrario valdè patula, Spiritibusque repleta ſunt, fit ut illi ſine

Somnambuli dormientes plus roboris quàm vigilantes obtinent.

metu

etu periculi in ædium faſtigia prorepere, r tecta domuum oberrare, excelſas arbo-; conſcendere, aliaque mirabilia opera rficere queant, de quibus agendis vigilan-: ne quidem cogitare auderent.

XIII. Quòd hinc concernit *diagnoſtica* jus Affectionis *Signa*, quanquam illis us non ſit, cùm in oculos facilè incidat, nilominus tamen prætereundum non eſt, òd Somnambuli inter eundum ſubinde lut ebrii huc illucve nutent: quòd etiam rum, quæ in ſomno egerunt, vigilantes ſtea minimè recordentur, aut ſi remi-ſcantur, pro ſomniis habeant. Ita Famu-; ille, cujus hiſtoria à fide digniſſimo Vi-mihi ſubinde fuit narrata, cùm mediâ cte è lecto ſurgens per tecta domûs in cini hortum ſeſe receperat, atque con-nſâ ibidem arbore *Pyrorum*, quæ ob ſua-m dulcedinem *ſaccharina* nuncupantur, m probè maturorum quantitatem decer-am ſuo, quo indutus erat, induſio in-lutam domum reportâſſet, iisque retro lvinare abſconditis lectum repetiiſſet, ane ſequenti evigilans, pyraque egregia eriens, meminiſſe haud poterat, unde-m illi fructus provenerint, donec alia vi-in ſomno iterum obambulans, atque à ciis expergefactus ſibi demum imaginare-r, ſe fortè in ſomno pyra illa collegiſſe. *Diagnoſis Somnambulationis*

Non-

Nonnulli hinc, monente LIBAVIO, *loc. cit. ætate duntaxat juniore id patiuntur, quidam etiam virili.* Et *ab actionibus* quoque *mirificè differunt, dum alii culmina ædium perreptant, alii in puteos deſcendunt, alii ad officinam pergunt, nonnulli intemperies excitant clamantes, jurgantes, digladiantesq́ʒ, prout quemq́ʒ offendit τὸ φανταστιῶδες à curis diurnis, & affectione naturali in conſuetum tractâ inſtigatum; quomodo & fugiunt aliqui, veluti injuriam vitaturi: aliqui prædas perſequuntur, quibus ſollicitè inhiaverant: aliquos opus naturæ ſemiſopitos attollit, qui etiam ridiculè interdum aberrant ſandalia & calceos pro matulâ arripientes, & interdum per feneſtram vel gradus, quaſi lectum petituri & decubituri delabuntur: pars etiam ne invenire quidem denuo lectum poteſt, niſi eis acclametur. Nec ſolùm Viris id evenit, ſed etiam fœminis. Non omni dein ambulant nocte, ſed aliquando, idq́ʒ tunc potiùs, cùm ſollicitudo gravis preſſit, vel affectio eſt violentior, tanquam paroxyſmo ingruente, ut cùm forſan eſt ebrius quis, vel ebrii aut phrenetici conſtitutionem habet.*

Apertisne vel clauſis oculis Somnambuli quid agant?

Quæſtio autem hic movetur, *utrum Somnambuli apertis vel clauſis oculis ſua opera perficiant?* Obſervati profectò ſunt, qui clauſis, alii verò qui apertis oculis circumambularunt. Sed credimus tamen, Nyctobatas omnes dormientibus oculis, vel viſionem tantùm certam circa unum fortè objectum exercentibus, & reliquis ſenſibus vacantibus, opera

vigi-

gilantium præſtare. Quod ſi enim cir-
mſpicientibus undiquaque, & ad plura
jecta occurrentia attentis oculis talia fa-
rent, tum certè fieri haud poſſet, quin
ima à viſis his illisve objectis evigila-
, atque pericula fortè imminentia diſ-
rnendo, dijudicandoque evitare ſtuderet.

XIV. In *Prognoſi* dicendum eſt, Som- *Prognoſis.*
mbulationem per ſe quidem minimè pe-
ulofam exiſtere, ſed per accidens tamen
eſtam evadere poſſe: dum videlicet mul-
Somnambuli opera moliuntur & pera-
nt, à quibus vel ipſimet vitæ periculum
urrere, vel aliis noxam inferre, vel ha-
acula ſua, ſicubi fortè ignes excitaverint,
cendio delere poſſent. Novit LIBA-
US *loc. cit. p.* 259. famulam quandam,
*, cùm ſomno occupata in balneo totam pere-
t noctem, ſubiretq; phantaſia, bubulcum can-
expoſcere pecora, repentè ex labro pedibus jam
efactis & vix officium facientibus, nuda pro-
et, caputq; per feneſtram obviam, effractis
etuosè vitris, exerens tunc primùm penitus
ilaret.* Et *pag.* 266. dicit, ſe noviſſe
oque *Sartorem, qui ebrius de nocte ſurgebat,
naturæ poſtulatis ſatisfaciendum, neq; tamen
atis vigilanter: cùm ergo redire ad thalamum
et, præteriens feneſtram in cavædium ſpectan-
nec clauſam, manuq; quaſi ſpondæ latus ad-
ſentiens, errore deceptus, cùm ſe injicere lecto*

vellet,

vellet, in vacuum decidit, & tunc demum in lithoſtroto areæ inferioris ſublatus, vix longo tempore à quaſſatione membrorum convaluit. Sed & aliis quoque damno eſſe poſſunt Somnambulones, quod vel illud à *Laudenſi Juriſconſulto* apud MAJOL. *Colloqu.* 4. adductum probat exemplum Angli cujusdam Juvenis, qui Pariſiis juxta Sequanam fluvium, ſomno adhuc oppreſſus, ambulans puerum quendam interfecerit, hinc rurſus in lectum ſe receperit, neque in totâ illâ actione expergefactus fuerit. Interim apud Somnambulos nulla eſt periculi cujuscunque ex actionibus ſuis æſtimatio, nulla quin etiam conſternatio; eo quòd anima in res peragendas unicè intenta de periculis nullatenus cogitet, quemadmodum vigilans facere ſolet, utpote in actionibus ſuis propter objecta quamplurima circumſtantia ſenſusque moventia, circumſpectior atque meticuloſior. Adde quòd hoc in paſſu tribuendum quoque ſit, maximeque deferendum ineffabili Dei providentiæ, quæ ſæpiùs miraculoſo modo Hominem è periculis moriendi præſentiſſimis eripit, & ad ſui nominis gloriam aliosque fines conſervat.

Somnambuli nihil metuunt.

Curatio Somnambulationis in paroxyſmo.

XV. Dum igitur *Somnambulus* adeo facilè vel ſibi, vel aliis noxam inferre haud contemnendam poteſt, non immeritò ab hâc

noctambulandi conſuetudine immunis
, eaquepropter conſilia & auxilia Me-
rorum experiri cupit. Quæritur ergo,
ı tandem *Curandı Method*: ab iſtâ Affectio-
quis liberari queat? Reſpondemus, quæ-
n eſſe facienda in ipſo Paroxyſmo ſive
nnambulatione præſenti; quædam eâ
ente. *In Paroxyſmo* autem obſervandum,
o in loco Somnambuli conſtiterint, ete-
n ſi in periculoſo, verb. gr. in tecto, in
ſtrâ, vel in fune aliquo altè ſuſpenſi
æſerint, unde ex improviſo experge-
i facilè delabi, cervicemque frangere
ſent, tunc, ut rectè monet SENNER-
US *Lib I. Med. Pract. cap.* 18. minimè
excitandi, ſed linquendi, donec in tu-
em locum devenerint. Quòd ſi enim
periculoſo loco conſtitutos vel claman-
vel proprio tantùm nomine compel-
lo, vel alio etiam modo expergefeceris,
certè terrorem incuties, à quo ſpiritus
nteriora è muſculis, quos inflatos tene-
t, revocati Hominem periculoſiſſimè
m labi ſinent. Cujus rei teſtis eſſe
ſt BODINUS referens, quendam
mientem noctu in profluentem iviſſe
am, ulterius verò non proceſſiſſe, ſed,
poſtea à Socio illum vidente ac me-
te, ne ulterius procedendo ſuffocatio-
periculum ſubiret, proprio nomine in-
ando compellatus eſſet, miſerum illum

Non ſemper expergefaciendi Noctambuli.

F in

in aquam repentè corruiſſe & ſubmerſum fuiſſe. Ejusmodi certè compellatione vel aliâ ratione excitati Somnambuli periculum, quod antea in ſomno ignorabant, jam vigiles ſubitò redditi atque circumſpicientes maximè æſtimare ſolent, unde vehementi ſtatim exortâ conſternatione, Spiritus animales, ut antea diximus, in cerebrum retracti, & ad ſenſuum organa ſimul quadantenus diſtributi, id præſtant, ut muſculi artuum flaccidiores ac debiliores redditi corpus non amplius in poſitu priſtino ſervare queant, ſed ſuo pondere humi cadere permittant. Qui verò credunt, præcisè illam proprii nominis acclamationem magis, quàm quemvis alium clamorem & ſonitum vehementiorem in culpâ periculoſi prolapſûs exiſtere, illi nobis videntur ſuperſtitioni cuidam Phyſicæ non parum tribuere: *Neq; enim*, inquit KEKKERMANNUS, *Lib.3. Syſt. Phyſ. cap. 29. Syllabarum iſta eſt efficacia, ſed ſoni & clamoris, quo excitantur ſpiritus, ut à membris exterioribus refugiant verſus cerebrum & cor, atq; ita nervi, muſculi & lacerti, ſuo, quod antea habebant, robore privantur.*

Vario modo excitandi Somnambuli.

XVI. Quòd ſi autem è contrario *Somnambuli* jam in tuto verſentur, tum verò ſine omni hæſitatione eos ſive clamore, ſive alia qualicunque re excitare, imò virgis etiam

nam cædere poterimus, hocque opus tam-
ı i. e. bis vel ter continuare, donec à
riculosâ ejusmodi conſuetudine penitus
iſtant, quietique in poſterum ſuis in le-
: maneant. Solent etiam nonnulli ta-
us Hominibus jam dormientibus ad-o-
e inſciis feneſtrarum peſſulas obſtringe-
foresque probè claudere, quò hinc ſur-
ntes è cubiculo ſeſe abducere nequeant,
ab inventis undique clauſis portis fortè
gilantes & conſternati poſtliminiò in le-
permaneant. Hiſce enim modis fit,
Spiritus animales inter obambulandum
ſomno aliter determinati, poſtea cùm
novo è lecto dormientes evadere cu-
nt, priſtina veſtigia repetentes Somnam-
onum cogitationes mutent.

X V I I. Remedia, quæ *Somnambulo ex-* *Curatio Somnambulationis extra Paroxysmum.*
Paroxyſmum conſtituto præſcribi poſſunt,
rituum ſubtilitatem & aciditatem vola-
m compeſcere, atque imaginationis vi-
nonnihil moderari debent. Quem in
em conſulimus primò, ut Corpus per
craſin purgetur *Vino* quodam *medicato*,
od quidem nullam in Sanguine turba-
nem excitet, ſed eandem potiùs, ſi quæ
it, tollere queat; itaque verno & au-
nnali tempore ſequens ordinare conve-
t:

℞. *Rad. Acetoſ.*
Urticæ,
Gramin. ana ℥ß.
Herbar. Card. ben.
Brunell.
Agrimon.
Succiſæ ana Mj.
Semin. Dauc.
Fœnicul. ana ʒj.
Salis polychreſt. ʒij.
Folior. Sen. opt. mund. ℥j.
Rhabarb. elect. ℥ß.
Rad. Helleb. nig. ʒij.
Spicæ Indic. ʒj.
Inciſis, contuſis & nodulo illigatis affunde
Vin. alb. vet. Mj.
Aquæ Lactuc. Mß.

Stent per primam noctem in loco tepido, poſtmodum in cellam reponantur, & quotidie mane jejuno ſtomacho ℥v. *vel* vj. *hauriantur.*

Finito hoc medicamine *Vena brachii* tundatur, octoque præter propter Unciæ ſanguinis extrahantur. Dein Noctambulo frequenter circa horam ſomni cyathum *Aquâ Lactuc. Nymph. Succiſ. Cichor. Borrag. Portulac. aut Endiv.* repletum ebibat. Acido volatili reſiſtentia & antihypochondriaca dein commendentur; quemadmodum ſunt *Tinctura Martis Helleborata Wedel. Tinctura antiphthiſic. Tinct. è Sale Tartar. & Vitriol. Mart. Eſſentia Martis*

artis cum ſucco Acetoſellæ & Sale Tartar. parat.
uibus adde *Diaph. Mart. Specif. ſtomach.*
ter. Bezoard. Jovial. Lunar. Coral. alb. ppt.
cin. alb. ppt. Arcan. dupl. Mynſ. Salia eſſen-
. Acetoſ. Card. bened. Succi Citr. Rubi id. &c.
ve in *pulvere*, ſive cum *Conſerv. Nymph.*
lar. Roſar. rubr. Plantag. Borrag. præſcripta,
aliquandiu ſumpta. Æſtivis autem
nſibus *Acidulas* cum debito regimine
ætæ in uſum vocare, ac denique *Pedi-*
ia ex decoctione *Foliorum Salic. Querc.*
lv. Lactuc. Capit. Papav. alb. Furfuris atque
erum ſubinde uſurpare Patiens jubebitur.
æterea commendant aliqui *Embrochas* &
iones Capitis, vel ex *Aquâ dulci ſimplici calen-*
vel ex incoctione *Betonic. Roſar. Endiv. La-*
dul. Portulac. Malv. Cichor. &c. inſtitutæ.
ibus alii addunt *Inunctiones ex Oleis Amygd.*
. Violar. Roſar. Rut. &c. in Vertice capi-
Nuchâ & Temporibus factas.

XVIII. *Diætam* verò talem imperare *Diæta.*
ortet, in quâ Humores ad efferveſcen-
m minimè cieantur. In Animi paſſio-
ius omnis vehementia, in meditationi-
nimia attentio atque pertinax applica-
vitetur. Quin Homo à moleſtis ad-
dum negotiis abducatur, hilarem vitam
cat; jucunda conſortia ſectetur; curas
viores proſcribat. Denique *Balnea Aquæ*

 dulcis,

dulcis, ſed non adeo calida illa haud infrequenter adhibeantur; jactat enim profectò ZACUTUS LUSITANUS *Hiſtor. Princi pum Medic. Lib. I. Hiſtor.* 5. *Obſervat.* 14. ſe Juvenem quendam biliosum & gracilem ab iſto Noctambulationis Affectu *præter* ordinatum *incraſſantem victum*, & *retorridi humoris evacuationem*, diligenti *Balnei* uſu liberaſſe.

FINIS.

DIS-

DISSERTATIO MEDICA
TERTIA
De
POTHOPATRIDALGIA.
Vom
Heim=Wehe.

I.

DUm ego nuper poſt in- *Introitus.*
termixta, ut fieri par eſt, ſtu-
diis gaudia, ex hortatu &
conſilio magnorum Virorum
de exhibendo Specimine quo-
m publico ſollicitus, incomprehenſibi-
m rerum medicarum varietatem attento
nſiderarem animo, dubius omninò hæſi,
amnam diſſerendi materiam, quodve ar-
mentum in tam ſpatioſo medicæ Artis
mpo, tamq́ue divite omnigenorum ob-
ſtorum penu præ cœteris eligerem? Va-
enim ſeſe ſtatim obtulerunt, in qui-
s enodandis vires ingenii ſufficienter ex-
rare potuiſſem, Themata, de quibus
nc diu multum meditabar. Subinde

 etiam

etiam iſtas interrupit cogitationes tenuitatis meæ conſcientia, quæ quidem me ſtatim à tali propoſito abſterrere potuiſſet, debuiſſetque, niſi perſuaſus mihi fuiſſem, conatus hos qualescunque benevolo Lectori haud diſplicituros. Inter has verò curas oppidò in mentem venerunt hiſtoriæ quorundam peregrinas in Regiones emiſſorum Juvenum, tantâ animi triſtitiâ, ſubinde & Anorexiâ, Febri continuâ, Pectoriſque anxietate afflictorum, ut niſi in Patriam citò remiſſi fuiſſent, vel promtâ inter febrilis inſultûs anguſtias morte interiiſſent, vel paulatinâ tabe & melancholiâ conſumti ſupremum exteris in oris diem obiviſſent. *Morbum* hinc eſſe judicavi *ex anxio Patriam repetendi deſiderio* natum, qui quo minùs à Medicorum ullo hucuſque adnotatus & explicatus fuit, eo magis deſcribi & exponi mereretur: quod equidem *Diſſertatione* hâc à me utcunque præſtitum credo, non tamen ita, ut vel mihi promittere, vel Lectori benevolo perſuadere auſim, me narrationem Affectûs ſive adcuratam, ſive perſpicuam, ſive perfectam & erroribus planè vacuam exhibuiſſe; deficiunt certè plura ad hiſtoriam Morbi pertinentia, multa confusè tradita, neque pauca erronea; ſingulorum nihilominus veniam & peto & ſpero, modò Lectoris æquitas perpendere dignabitur, me primum de curioſo hoc

ac argumento diſſeruiſſe, illudque non
ſi obiter propter materiæ difficultatem
rſtringere potuiſſe.

II. Negotium itaque hoc ut decenti
odo & ordine aggrediar, *Nomen* ipſum
te omnia ſeſe conſiderandum offert, quod
idem Helvetii vernaculâ linguâ huic Af-
ctui dudum impoſuerunt, ex dolore amiſ-
dulcedinis Patriæ deſumptum, dum ap-
llârunt das Heim-weh; quaſi doleant
c Morbo decumbentes, non niſi, quia
râ patriæ jucundâ deſtituti ſunt, aut ſe
nunquam amplius fructuros ſibi imagi-
ntur. Cumque iidem Helvetii in Gal-
s Affectu hoc ſæpè prehendantur, apud
am quoque Gallorum Nationem appel-
i meruit *La Maladie du Païs*. Caruit au-
m hucuſque peculiari nomine in Medici-
, quod à nullo, quantum quidem ego
vi, Medico hactenus vel probè obſerva-
, vel ſtudiosè deſcriptus ſit; adeo ut
eodem primus ego prolixiùs ſcriptu-
ns, primus ſimul nomen indere neceſſe
buerim, quale quid ante me quoque fe-
ſe novi omnes, quibus res quædam no-
exponenda incubuit. Neque verò de
mine deliberanti convenientius occurrit,
nque explicandam præcisè magis expri-
ens aut deſignans, quàm *Pothopatridalgiæ*
cabulum, origine græcum, & quidem

Onomatologia.

 decom-

decompoſitum è nominibus tribus ſubſtantivis, videlicet πόθος, *deſiderium*, *cupiditas*; πατρὶς, πατρίδος, *patria*, & ἄλγος, *dolor*, *triſtitia*: ut adeo Ποθοπατριδαλγία vi vocis indigitare poſſit triſtem Animum ex reditûs in patriam ardenti deſiderio atque difficultate oriundum. Si cui verò magis arrideat Νοστομανίας, Φιλοπατριδομανίας, Νοσταλγίας, Νοστοπατριδομανίας, Νοστοπατριδαλγίας, vel Ποθοπατριδομανίας appellatio, triſtem aut perturbatum animum ob impeditum in Patriam à qualicunque causâ reditum denotans, per me id omninò licebit.

Pothopatridalgiæ deſcriptio. III. *Pothopatridalgia* autem quantum quidem in rei obſcuritate percipere licet, eſt *Symptoma Imaginationis læſæ, à ſpiritibus animalibus vias propemodum continuè easdem motu ſuo per albos ſtriatorum Cerebri corporum tractus, centriq; in ipſo ovalis tubulos proſequentibus; vel à vibratione ac tenſione ferè ſemper eâdem fibrarum ejusdem centri medullarium, unicam potiſſimùm eamq; perpetuam repetendæ patriæ ideam in anima excitante, oriundum, variisq; ſimul aliis nunc vehementioribus, nunc mitioribus accedentibus ſtipatum.* In hâc deſcriptione Affectum inter *Symptomata Imaginationis læſæ* colloco, neque enim exiſtimo, quenquam adcuratè attendentem aliò melius illum relegare poſſe. *Imaginationem* autem

lædi

lædi facilè patet ex eo, quòd Homines hoc malo laborantes à paucis objectis externis moveantur, nihilq; fortiorem in ipſis impreſſionem efficiat, quàm Patriæ repetendæ deſiderium. Cùm enim illa rationalis Animæ vis ſive facultas imaginativa in naturali ſtatu indifferens ſit, ad quævis occurrentia objecta excitari, moveri, ideasque formare, ſequitur omnino, eandem imminui, ſi ad pauca excitetur, ſique fluidum Nervorum ſive Spiritus animales unos duntaxat eosdemque Cerebri tractus continuè permeando, ſolùm quoque unius objecti ideæ formandæ occaſionem præbeant. Neque litigabo multum, ſi quis hic Delirii melancholici & quidem fixi aliquid admiſceri contendat, dum enim ſpiritus fibræque medullares diu multumque circa unam tantùm ideam in mente ſuſcitandam ſunt occupatæ, vix aliter fieri poteſt, quin tandem iidem ſpiritus aut fatigati, aut ex parte exhauſti perturbentur, inconcinnè moveantur, phantasmataque varia ſive circa unum, ſive circa diverſa objecta excitent.

Delirium melancholicum fixum.

IV. Explicatâ morbi Eſſentiâ, proximum eſt, ut ejusdem ſic deſcripti exiſtentiam demonſtrem; ſed quomodo hoc melius, quam exemplis & hiſtoriis? quarum certè prolixum numerum audire poteſt, cui quidem cum *Coptarum* in Galliis *Helvetica-*

Exiſtentia hujus Mali probatur.

rum

rum Centurionibus pauliſper converſari datur. Nuper ex *Viro fide digniſſimo* percepi, in Baſilienſi hâc Civitate olim ſtudiorum causâ degiſſe *Juvenem* egregiæ indolis *Bernatem*, qui per aliquantillum tempus triſtem ſe præbens, tandem in morbum inciderit, continuâ, ſed non adeo ardente Febre ſtipatum, anxietatibus Cordis ſeſe miſcentibus, indiesque pejora ſymptomata poſt ſe trahentibus: è quibus domeſtici imminentem brevi mortem ſuſpicantes publicas jam pro Ægrotante preces fundi curabant; tandem verò Pharmacopœus accedens, ex præſcripto Medici *Clysma* infuſurus, quamprimùm Ægri ſtatum, dicta factaque cognoverat, conſuluit, ut lecticâ ſtatim conducendâ ipſemet, quantumcunque imbecillis & moribundus videatur, in Patriam remitteretur, morbum non eſſe alium, quàm *Pothopatridalgiam*, quæ nullum admittat remedium, præter reditum in patriam. Quo audito conſilio, obſervatâque ſimul eidem obediendi promptitudine in domeſticis, Æger jam ſemimortuus ſpiritum liberiùs ducere, ad quæſita commodiùs reſpondere, animique majorem tranquillitatem oſtendere cœpit. Vix autem milliaribus aliquot ab urbe noſtra fuit, cùm ſymptomata jam omnia tantùm non penitùs remitterent, quin imò diſparuerunt planè in totum, integræque ſanitati reſti-

Exemplo Juvenis Bernatis.

tutus

cutus fuit, antequam Bernam ingreſſus eſſet. Ante aliquot etiam annos *Ruſtica* quædam *agri Baſilienſis* ex alto delapſa, adeo graviter lædebatur, ut pro mortuâ ſublata, atque in Noſodochium deportata, per aliquot dies ſine ſenſu & motu jaceret: tandem autem uſu Remediorum tam pharmaceuticorum quàm Chirurgicorum ad ſe rediit paulatim, cumque videret, inter Aniculas ſe verſari rixoſas & querulas, *Noſtalgiâ* ſtatim correpta, cibos atque medicamenta ſingula, quibus ob virium magnum languorem maximè indigebat, reſpuit, frequenti ejulatu nihil aliud ingeminans, quàm Ich wil heim/ ich wil heim/ neque ad interrogationes quascunque aliud reſpondens, quàm idem illud Ich wil heim. Tandem ergo à parentibus licèt maximè imbecillis domum eſt delata, ubi intra paucos dies, nullius ferè medicamenti ope integerrimè convaluit. *Ruſticæ Baſilienſis.*

V. Necdum elabitur quinquennium, quo Adoleſcens honeſtiſſimæ Proſapiæ, vigeſimum ætatis annum propè conſequutus, Curiâ Rhætorum à Parentibus ſuis huc Baſileam miſſus eſt, addiſcendæ apud famigeratiſſimum Civem quendam Mercaturæ gratiâ: Fuerat hic Juvenis temperiei nonnihil melancholicæ, ingeniique tardi, ſollicitè admodum à Matre educatus, optimeque ſemper *Juvenis Curiâ-Rhæti.*

per habitus. Vix tridui ſpatium exegerat heic apud Mercatorem, Tyronum laboribus & operæ admotus, cùm jam inciperet dyſorexiâ, membrorum laſſitudine, agrypniâ, atq; pectoris anxietate laborare, inque mentis triſtitiam notabilem incidere, vix pauca eloqui verba, aut ad interrogata reſpondere potens. Febri tamen nullâ adhuc vexabatur, neque ſiti, aut aliis Symptomatibus febrilibus. Compatriotæ quidam Juvenem hunc viſitabant, expiſcaturi, quid eſſet rei, quod ipſum redderet ægrotantem? Nihil verò ipſe reſpondit diù; tandem verò urgentibus illis ac multipliciter inſtantibus ingeminatâ ſæpius voce in hæc, plorans, verba erupit: Was wird mis Mütterli ſagen/ was wird mis Mütterli jetz dencken? *Quid dicet, quid cogitabit Mater mea?* &c. Quartâ, quintâ, & ſequentibus diebus vix aliquid Cibi aſſumere vel voluit vel potuit, utcunque Remedium purgans, deinceps & alterans ſtomachico-cardiacum, à nobis ordinatum, deglutiit, ſine effectu ſubſequente ſperato; quamobrem concludebamus, Juvenem iſtum *Pothopatridalgiâ*, ſive *Noſtalgiâ* laborare, prædiximusque, moriturum, niſi ſpes domum redeundi ipſi fieret; ſed Ipſe ſpe tali non contentus ægrotare quotidie magis cœpit, donec ſuaſu noſtro à Domino ſuo dimiſſionem & licentiam repetendæ patriæ impetraret: quo indicato

ſicato nuncio intra bidui ſpatium ferè in
ntegrum reſtitutus Juvenis ſuum in Pa-
riam reditum paravit, ſanusque & inco-
umis ad chariſſimam ſuam Matrem re-
erſus eſt.

VI. Ex dictis haud difficulter conjici- *Subjectum.*
ur, Subjecta hujus Affectûs imprimis Ju-
enes eſſe, atque Adoleſcentes exteras in
egiones miſſos: neque tamen omnes &
ngulos, nec ita multos eorum eſſe notamus,
ed illos præprimis, qui domi ſibimet vive-
: tenebantur, omni in publicum prodeun-
i aut honeſta etiam ſodalitia frequentandi
bertate deſtituti, quique adeo benè lauté-
ue habiti fuerunt, ut externam auram pa-
um curaverint. Hoc enim educationis
ore fit, ut Liberi benè aliàs nati, ſed nul-
hominum conſortio aſſueti, cùm ad ex-
ras nationes emittuntur, peregrinis mo-
bus, ac vivendi rationibus adſueſcere,
aternique lactis oblivíſci neſciant, timidi
æterea exiſtant, atque unicè dulci Patriæ
emoriâ delectentur, donec tandem pere-
inæ auræ tædio capti, vel diverſis in-
mmodis afflicti, noctu diuque reditum
Patriam meditentur, & cùm ab eo prohi-
antur, ſenſim ac ſenſim in talem Affectum
cidant. Sunt qui hunc Morbum *Nationi*
lveticæ, inque eâ inprimis *Bernenſis Rei-*
blicæ Civibus & *Subditis* Endemium eſſe per-
hibent;

hibent; ſed enim falſum hoc eſſe, partim exempla ſuperius allata docuerunt, partim obſervationes aliorum commonſtrant. Quamvis non negârim, plures omninò ex hoc, quàm ex illo dictæ Nationis pago incommodum illud pati. Sed & in reliquis Europæ Gentibus taliter affectos dari crediderim, apud quos aliâs haud pauci, ut *Obſervatores Medici celeberrimi* adnotârunt, ex ſolâ mortis imaginatione conſtanti & pertinaci, vel in morbos periculoſos inciderunt, vel vitæ terminum prorſus accelerârunt. Si tamen *Helvetica progenies* omnium frequentiſſimè hoc Symptomate prehendatur, neſcio an Juſculi matutini in peregrinando defectus, aut Lactis gentilis, quâ ſaginata Natura ſubinde carere neſcit, penuria, aut qui his potius eſt prohibitus libertatis patriæ uſus, aut quid aliud magis accuſandum veniat?

Pars affecta. VII. *Partem* quod concernit *affectam*, eam non aliam eſſe cuivis patet, quàm ubi imaginativæ Animæ facultati in actus deducendæ occaſio datur. Cùm verò Mens nihil imaginari poſſit, niſi corporeum, ac imaginando ad corpus ſe convertat, objectique corporei imaginem contempletur, benè hinc conſequi arbitror, eam *Cerebri* partem, in quâ tales objectorum imagines per certam ſpirituum animalium undulationem,

aem, atque fibrarum medullarium oſcillaionem vibrativam repræſentantur, prinariò affici. Hæc verò pars Cerebri à quiusdam *Centrum ovale* vocatur, quod per ne quidem licet, ego verò hactenus dicee malui, intimiores illius receſſus, ex innitis fibrillis nerveis conſtantes, in quibus pirituoſum fluidum undulatorio motu coninuè agitatur, affligi.

VIII. In *Cauſis* hujus Morbi enodanis *proximæ* & *remotiorum* habenda ratio, ngulas enarrabo, prout unam ex alterâ uere ac derivari concipio. Et quidem *roximam* exiſtimo eſſe ſpirituum animaum, tubulorumque medullæ Cerebri nerroſorum, in quibus hoſpitantur, contiuam ferè vibrationem, & quidem iis in ocis Cerebri, ubi reminiſcentiæ anſa naſitur, in quibus proin veſtigia idearum 'atriæ infixa firmiter hærent. Hæc auem veſtigia adeo fortiter à frequenti Patriæ neditatione, ejusque repræſentatione imreſſa credo, ut ſpiritus animales dein æuè ac fibræ medullares ſponte eadem juiter ſequantur, ſicque Animam ad conemplandam Patriæ imaginem continuò uſcitent. Non ſecus atque obſervamus in omno frequenter ſuggeri ideas rerum, quæ 'igilantibus obvenerunt, impreſſionemque rofundiorem fecerunt. Spiritus nimirum *Geneſis Morbi.*

G anima-

animales, ſi vias quasdam cum aliqua contentione penetrârunt, easque tantillum dilatârunt, ſuæ relicti libertati, quod in ſomno contingit, easdem rurſus facilè inveniunt, priſtinos motus alacriter edunt, priſtinasque ſic ideas jugiter regerunt. Neque tamen in ſomno tantùm hoc contingit, quin & Vigilantes, ſi diu multumque circa idem objectum imaginativam animæ facultatem exercuerunt, & ſpiritus ad frequenter percurrendos eosdem tractus adſuefecerunt, porosque ac tubulos, in quibus ſpiritus iidem acceptum ab objectis motum determinatum exerunt, dilatârunt, idem planè objectum ſibi vel ultrò ſæpiſſimè obverſans deprehendent, ac ita cogitationes de repetendâ Patriæ aurâ jugiter ſuſcitabunt. Atque ubi hæc ita fiunt, ſpiritus ac fibræ Cerebri nerveæ ab aliis objectis vix amplius movebuntur, vel etiamſi moveantur, Anima tamen circa Patriæ repetendæ ideam unicè occupata, ad eos motus, vel nihil vel parum, aut obiter duntaxat attendit; planè ſicut illis accidere ſolet, qui ex profundâ meditatione in ecſtaſin rapti ſenſu ferè omni privantur, certè non vident adſtantes, nec audiunt eosdem obloquentes: etſi enim ab hiſce motibus externis forſitan ſenſoria vellicentur, Anima tamen alienis occupata ideis ad illos motus minimè attendit.

IX. Cau-

IX. Cauſæ *remotiores* ſive *antecedentes in- ernæ*, aliis *proegumenæ*, variæ omninò ſunt n corpore latentes, quæ Mentem ad repe- endas Patriæ ideas ſuſcitare valent. Præ- ipuè autem heic Morbus aliquis præce- lens, qualiscunque is ſit, modò vel peri- ulum vel diuturnitatem minitetur, occa- ionem Affectui noſtro præbet; inprimis ſi Patientes in tali morbo vel malè tractati, vel ommodo miniſterio deſtituti, hincque tri- tes redditi fuerint, Patriam continuò medi- antes, ac perpetuam illius repetendæ cu- idinem animo volventes. *Cauſæ antecedentes internæ.*

X. Cauſæ *antecedentes externæ*, ſive *pro- atarctica* ex mutatâ vivendi ratione deriva- i debent. Ita enim Aëris primùm varie- as haud parum ad diſpoſitionem ſanguinis c ſpirituum pervertendam contribuit. Helvetii elevatâ in regione Telluris, mon- ium altitudine maximè celebri, habitan- es ſubtilem admodum, neque craſſis adeo aporibus aut halitibus inquinatum, ab in- unte ſpirant aërem; aërem, inquam, levem, pondus cum aliarum Regionum aëris gra- itate conferre velis, purum, nitidum, ven- is undique perflatum. Ab Aëre tali obti- ent humores ſatis fluidos, vaſcula etiam ninima promtè in vitali ſuo circuitu trans- untes, ſpirituum porrò animalium co- iam ſemper uberem ſuggerentes, adeoque *Externæ.* *Aër.*

 firmam

firmam ſanitatem, roburque corporis excellens, tandem & animi conſtantiam conciliantes. Qui Barometrorum hodiernorum phænomena probè examinant, deprehendent facilè differentem Aëris gravitatem quoad mutatam altitudinem; dum ſublimis & in altitudine montium vel turrium exiſtens Aër minus gravitat ſuper Hydrargyrum Barometri, minoremque in hoc phænomeno elaſticitatem exercet, quàm depreſſior, aut inferior in jugis montium exiſtens Atmoſphæra, à quâ proin fortius compreſſum Hydrargyrum altius in Barometro aſſurgit, quàm in ſublimi fit. Unde *Celeberrimi Tigurinorum Scheuchzeri, Fratres Medici* montium quoque altitudines in *Itineribus* ſuis *Alpinis* curioſis, beneficio portatilium Barometrorum adcuratè examinare, & calculare ſategerunt. Quando igitur ſubtilis ejusmodi Aëris elateri blandiori adſueti Populi, tales in Regiones migrant, in quibus Atmoſphæra craſſior, compreſſior, atque majori elaſticitate prædita eſt, quid mirum, ſicubi alteratio quædam eorum ſanguinem prehendit, elaterque ſpirituum internus non ita validè aut feliciter amplius externi Aëris denſioris elateri reſiſtere potens, ſenſim laſſitudinem artuum, humores craſſiores, eorum circuitum difficiliorem, anxietates, Febres tandem producat, ſicque ardens repetendæ ac ſpiranda

læ auræ patriæ deſiderium accendat.

XI. Sed & huc quoque plurimum fa-
iunt peregrini mores, diverſiſſima victûs
atio, quibus varia inſuper obvenientia in-
ommoda, injurias illatas, & ſexcenta alia
ddere liceret. Juvenes enim ſi patrios
nores, ſi domeſticas apud benignos Pa-
entes delitias, aliasque vivendi conſuetu-
lines ſuaviter imbiberunt, deinceps in ex-
eras regiones miſſi, alienis moribus victui-
que adſueſcere ſtatim neſciunt: plures eo-
um, tametſi quandoque ſibi vim inferre
onentur, id tamen à ſe impetrare haud
alent, quin à levi malo aut incommodo
ccurrente non niſi Patriæ dulcedinem ſibi
ob oculos ponunt, eam perpetim ad ani-
num revocant, ac ita ob continuum in Pa-
riam revertendi deſiderio ad Affectum
nunc diſponuntur, imò eodem planè cor-
ipiuntur, niſi brevi reditus concedatur.

XII. Præterire heic nequeo ſingularem
quandam cauſam, quam Helveticæ in Gal-
liis & Belgio militiæ Centuriones obſervâ-
runt, non infrequentem apud ſuos Mi-
lites occaſionem Pothopatridalgiæ dediſſe:
illa verò eſt certa quædam Camœna, quam
Ruſtici in alpibus Helveticis Armenta paſ-
centes Tibiis ſuis canere ſolent. Hanc
itaque Muſicam tibialem, ſive cantilenam

 audien-

audientes, qui recenter è Patriâ advenerunt, Milites, refricatâ patriarum deliciarum memoriâ protinus hoc Morbo corripiuntur, præſertim ſi jam alteratum aliâs ſanguinem adepti, vel triſtitiæ cuidam naturaliter obnoxii fuerint. Cumque Tribuni Militum vidiſſent, plures hâc ratione ad repetendæ Patriæ deſiderium ſtimulari, aliquos etiam impetratâ hinc Febri ardente mortuos eſſe, ſeverâ lege prohibere coacti ſunt, ne quis amplius Cantilenam iſtam, quam vernaculâ linguâ **Den Kühe-Reyen** nuncupare conſueverunt, ſive Ore ſibilando, ſive Fiſtulam inflando canere ſuſtineret. Curioſis verò heic ſiſtere voluimus Lectoribus Cantilenam notis muſicis expreſſam, quò ipſimet de effectu ejus in Mentes Helvetiorum judicare, ſi velint, queant.

Cantilena Helvetica **der Kühe-Reyen** *dicta.*









Diagnoſis. XIII. *Signa diagnoſtica*, quæ imminentem Pothopatridalgiam indicant, ex ipsâ Juvenum conditione petenda: ſi enim triſtes frequenter obambulent, ſi peregrinos averſentur mores, ſi faſtidio exterarum converſationum capiantur, ſi naturâ ad melancholiam inclinent, ſi jocos aut leviſſimas injurias, vel exigua incommoda alia ægerrimo ferant animo, ſi avari ſint, ſi Patriæ delitias jactitent frequenter, atque omnibus peregrinis præferant, & quæ ſunt ſimilia: certè ii ad Affectum hunc maximè diſpoſiti ſunt judicandi, imò ſi injurias pati cogantur, ſi Morbo aliquo afficiantur, & inde triſtes ac meditabundi patriam auram anhelent, eum jam imminere probabile eſt. Quæ autem præſentem jam Morbum indigitant Signa, ſunt varia, inprimis triſtitia continua, Patriæ meditatio haud interrupta, ſomnus perturbatus, vel vigiliæ etiam perpetuæ, virium dejectiones, famis ſitisque ſenſus imminutus, anxietates, vel etiam Palpitationes cordis, ſuſpiria frequentia, ſtupiditas quoque Animi, ad nihil penè quàm Patriæ ideam attenti: quibus dein accedunt Morbi quoque varii, ſive Affectum præcedentes, ſive eundem conſequentes, prout inter alia ſunt Febres continuæ & intermittentes, contumaces ſatis, nî Ægri deſiderio ſatisfiat.

XIV. Ne-

XIV. Neque difficile eſt modum ex-
licare, quo *Symptomata* Noſtalgiam conſe-
uentia fiant; quantum n. ad Morbos an-
ecedentes ſpectat, eorum ætiologiam hîc
adere nihil attinet. Ad reliqua verò ex-
licanda præſupponimus, in Noſtalgia A-
mum unicè intentum eſſe reditui in Pa-
iam; hoc objectum dein continuè repræ-
ntatum, tandem Spiritus animales quaſi
xos atque fibras Cerebri nerveas non niſi
no modo tenſas reddit, aut potiùs ad
num ſemper motum, non niſi illius ob-
cti ideam excitantem, directas. Quo fit
ad occurſum aliorum objectorum debi-
in ſenſorio communi vibratio fibrilla-
m, Animæ actus ſuſcitatura, perfici ne-
eat. Quin & ob eandem rationem ſpi-
us in Cerebro nimis occupati, ſufficienti
piâ & juſto cum vigore per nervorum
viſibiles tubulos ad omnes partes influe-
, earumque actiones naturales juvare ne-
eunt. Adeo ut hinc ſenſatio appetitûs
on rectè procedat, aut, etiamſi Fami qua-
unque alimenti aſſumtione ſatisfiat, men-
uum tamen ſtomachicum, ob ſpirituum
imalium defectum, iners redditum cibos
nperfectè ſolvat, digerat, crudiorique chy-
anſam præbeat: qui crudior chylus poſt-
odum in ſanguinem intromiſſus, ſero
us viſciditatem conciliat; ex ſero autem
ſcido pauci ſpiritus animales gignuntur,

Symptomatum ætiologia.

ac lympha tenacior evadit. Spiritus vero animales ubi in paucâ copiâ regenerantur, ſimulq; ob continuantem Mentis quaſi Ecſtaſin in Cerebro conſumuntur, ſenſim ac ſenſim motiones voluntariæ partim, partim & naturales torpeſcunt, corporis totius languor oboritur, circulatio ſanguinis hebeſcit, atque hic, ob particularum inſufficientem volatilitatem, craſſior redditur, ſicque ad coagulationem recipiendam aptus, cor ſegniùs movendo, vaſaque diſtendendo, anxietates procreat. Febres etiam inprimis lentas, glandularum obſtructionibus (à ſero minus volatili, viſcido, crudo, &, ſi placet, acido oriundis) anſam dando, producit. Tandem & ſpiritus nimium conſumendo, actionibus omnibus hebetatis, mortem accelerat. Hæ certè vires ſolius imaginationis eſſe poſſunt, quas qui credere neſcit, legat diligenter eos, qui de Imaginationis Viribus ſcripſerunt, inprimis autem *Obſervationes* egregias *Henrici ab Heers.*

Prognoſis. XV. Ex dictis facile eſt colligere, qualisnam in hoc Affectu Prognoſis ſit inſtituenda. Sanabile malum erit, ſi remedium debitum adhiberi poteſt; inſanabile & lethale, vel ſaltem maximè periculoſum, ubi media deſunt, quibus Ægri deſiderio ſatisfieri poſſet. Symptomata comitantia augent ſæpè periculum, inprimis ſi Febris con-

ontinua, eaque ardens aut maligna ſimul
dſit. Si Æger ex pudore quodam pa-
ium recuſet iter, malum diuturnum pro-
unciandum, lentâ remediorum operatio-
e demum tollendum.

XVI. In *curandi methodo* ad *Indicationes* *Curatio.*
ſt attendendum, quarum duas præcipuè
ıcio, Imaginationem læſam corrigendam,
z Symptomata mitiganda. Quantum ad
maginationem læſam, ſi nondum radices egit
rofundas, ſi Malum in principio tantùm
t aut imminens, ſi vires adhuc conſtantes
ıerint, ſi Febris aberit, nihilque aliud im-
ediat, *purgans* ante omnia exhiberi pote-
t, quo ſaburra cruditatum in primis viis
ollectarum è corpore eliminetur, ſive dein
lud ſub formâ *Pilularum cephalicarum*, aut
ercurialium, ſive ſub formâ *Pulveris*, ſive
iam ſub formâ *Vini medicati* per vices ſu-
nendi, fiat, parum intereſt. Nauſeâ ta-
nen præſente, & ubi ventriculus animad-
ertitur viſcidâ blennâ onuſtus, præſtat
omitorium aliquod inprimis *antimoniatum*
xhibere. Poſthæc ſi Æger plethoricus
xiſtat, *venæ* brachialis majoris *ſectio* con-
ucit. Symptomatibus autem pro re nata
ccurrendum, ubi vires disjectæ, *Mixtura*
ardiaca ſola cum *Confect. Alkerm. complet.*
ut *Confect. Catechu* cochleatim haurienda
ræſcribatur; præſente autem Febre conti-
nuâ,

nuâ, *diaphoretica fixa* cum *cardiacis* mixta frequenter ſunt exhibenda; non omiſſis *volatilibus*, ubi ſanguinis ad coagulationem diſpoſitio, cum anxietate præcordiorum, cordisque palpitatione animadvertitur. Inquietudines perpetuæ, vigiliæ continuæ, *internis* quidem *Emulſionibus hypnoticis*, *externis* verò *Balſamis cephalicis*, *expreſſo Seminis Papav. albi* aut *Hyoſcyam. Oleo*, atque *Opio* alteratis, quibus tempora ac vertex illiniri poſſunt, ſiſtendæ. Si Febris ſit intermittens, ea ſuis remediis frangenda, tollenda. Inter hęc ſpes facienda reditûs in Patriam, quamprimum vires aliqualiter reſarcitæ peregrinationis moleſtiæ ferendæ pares videantur. Conſortia frequentia ſunt addenda, quibus imaginatio Ægri à pertinaci illa idea avellitur. His verò & pluribus aliis ad eundem ſcopum collimantibus, ſi phantasma repetendæ patriæ nihil minuatur, Æger ſive Rhedâ, ſive Lecticâ, ſive quacunque alia commoditate, quantumcunque imbecillis & debilis in patriam confeſtim mittatur. Certum enim & plurimis hactenus exemplis fuit comprobatum, omnes ſic dimiſſos, vel in ipſo itinere, vel ſtatim poſt reditum convaluiſſe, ac è contrario plures, quibus media in patriam redeundi defuerunt, ſenſim exhauſtis ſpiritibus, animam efflâſſe, alios etiam in Deliria, tandemque Maniam ipſam incidiſſe. Quin haud ita pri-

idem à Pariſienſi Mercatore mihi relatum
, ſe Famulum Nationis Helveticæ ha-
iſſe, qui aliquando triſtis & melancho-
us Anorexiâ laborare ceperit, tandem-
e ad ſe venerit, inſtantibus precibus di-
ſſionem, cujus ſpem ſibi nullam antea
ere poterat, flagitans; quam cùm Mer-
cor ſtatim concederet, Famulus ex ſubi-
eo gaudio multùm mutatus, phantasma
c intra aliquot dies animo excuſſit, at-
ue poſtmodum Pariſiis manſit, Potho-
patridalgiæ Affectu nunquam
amplius correptus.

FINIS.

DIS-

DISSERTATIO MEDICA QUARTA

De

AMYGDALARUM FRUCTU.

CAPUT I.

Inſtituti ratio, & Amygdalarum Onomatologia.

I.

Naturæ contemplatio pabulum eſt animorum.

NAturæ conſiderationem eſſe velut pabulum quoddam animorum ingeniorumque, Parens ille Eloquentiæ Romanæ CICERO veriſſimè pronunciabat *Lib. I. Tuſcul. quæſt.* Cujus Philoſophiam tanti æſtimavit MEGALANDER quidam, ut non dubitaret publicè illam omnibus ARISTOTELIS operibus præferre. Atque rem omnino ita ſe habere, quis quæſo eſt qui non clarè ſatis obſer-

obſervet, protinusque animadvertat, *Naturam* ad ſui accuratiorem perluſtrationem non modò limata Ingenia, ſed & otio quandoque torpentia, atque rubiginoſa quaſi invitare, eaque ſub tali opere non parùm exhilarare. Horum certè in numero & me hactenus exſtitiſſe fateor, tanto *Naturæ* accuratiùs indagandæ deſiderio flagrantem, ut dicere haud erubeſcam, me quoque ad ejus explorationem haud pœnitendam operam collocâſſe. Quamvis autem optimè ſciam, multarum rerum ſcientiâ & uſu, adò multiplici exercitatione illum inſtructum eſſe oportere, qui aliquid hujus farinæ, orbi communicaturus eſt literario: in-primis delicatulo hoc ſeculi ævo, quo omnes propemodum Artes atque Scientiæ verè ad ἀκμὴν perductæ creduntur, quippe monumentis quamplurium doctiſſimorum virorum exaratæ, poſteritatique conſecratæ. Ego autem fortè *Anſer* audiar inter iſce magni nominis *Olores*, ſicut in proverbio eſt. Attamen cùm ſæpe ſæpiùs Anſeres ſuo ſtrepitu Olores ad ſuaviſſimam cantationem invitent, placuit & hoc qualicunque labore periculum facere, anſamque præbere, num fortè aſſurgat quidam unâ non incelebris Olor, qui amœniſſimo ſuo cantu offenſas ſtrepente Anſeris gingritu animas rurſus demulcere valeat. *Amygdalogiam* autem, propitio Divino Numine

Invitat ingenia etiam torpida ad ſui perluſtrationem.

Inſtituti ratio.

H exhi-

exhibere conſtitui, ad quod argumentum ex unâ quidem parte *Fructûs* hujus frequentiſſimus & ſaluberrimus in Arte noſtrâ, non minùs quàm in Culinis uſus, & ſupra modum æſtimata dignitas invitavit; ex alterâ verò aliorum exempla inſtigârunt, qui ſimiliter è *Materiâ Medicâ*, & in ſpecie è *Vegetabilium* ampliſſimâ familiâ deprompta *Simplicia*, luci publicæ & Eruditorum examini ſubjecerunt, uti de *Helleboro*, *Rhabarbaro*, *Cochleariâ*, *Chamomillâ*, *Nuce Moſchatâ*, *Veronicâ*, *Scorzonerâ*, *Trifolio fibrino*, *China China*, *Radice Ginſem ſeu Niſi*, *Chryſanthemo Bidente Zeylanico*, *Acmellâ dicto*, aliisque pluribus exarata extant. Lectorem verò benevolum officiosâ mente precamur, ut pro hac vice tenues haſce ariſtas guſtare, ſecuturis autem, ſi Deus vitam, vires atque otium gratiosè dederit, annis largiorem meſſem exſpectare à nobis dignetur.

Amygdalarum Etymon.

II. Ut ergò methodo hactenus receptâ procedamus, de *Vocis Etymo* quædam ſunt præmittenda, ne Philologiæ elegantias inſuper habere videamur. Quandoquidem rectè monente SCALIGERO *Exercit.* L. Vocis ipſius uſum priùs cognoſcere oportet, à quo ſæpenumero in rei provehamur perceptionem. Et juxta effatum PLATONIS Ὄνομα καὶ λόγος primi ſunt comparandæ ſcientiæ gradus. *Amygdalarum* itaque

ue *Etymon* quod concernit, Græcanicum illud eſſe quisque facilè animadvertit, qui el primis tantùm labris politam Græciæ teraturam deguſtavit. Fructus enim iſte ræcis Ἀμυγδάλη vel Ἀμυγδαλὸν, Latinis *nygdala* & *Amygdalum* audit, ſicut Arbor uctum hunc ferens, *Amygdalus*, Græcè μυγδαλέα & per contractionem Ἀμυγδαλῆ uncupatur. Tale autem Nomen ipſis xta HERODIANUM ideo fuit impoſitum, quoniam ſub integmine, quod ctus viridiuſculum comparet, nucleos ſcaificatos, quos teſte ATHENÆO Ἀμυχὰς, *arificationes* olim vocârunt, habeat; vel uoniam cortex Amygdaliferi arboris in mulas dehiſcat, & velut inciſus raſusve xiſtat. Plures aliæ Linguæ Arborem ructumque hunc nominibus quoque ſuis ſigniunt, à Græco ſimiliter vocabulo deuctis, ita enim apud *Italos* Arbor audit *mandolo*, *Mandolo*, Fructus verò *Amandola*, *Mandola*, *Mandaria*; apud *Gallos* Arbor *Aandier*, Fructus *Amande*; apud *Hiſpanos* rbor *Almendero*, Fructus *Almendra*; apud *nglos* Arbor *Almontree*, Fructus *Almond*; pud *Danos* Arbor *Mandeltroe*, Fructus *Amanel*; apud *Belgas* Arbor Amandelboom/ ructus Amandel. Denique vernaculo noro ſermone Arborem quidem Mandelaum/ Fructum verò Mandeln/ vel Manelkernen ſalutare & appellare conſuevimus.

Græcanicum.

Ratio Etymologiæ.

Nomina aliarum linguarum.

Synonyma Amygdalarum.

III. Neque *Synonymis* hunc Fructum carere quis exiſtimet, nuncupatur enim à variis variè. Quòd ſi Libros Poëtarum evolvamus, deprehendimus ſubinde illos Fructum hunc appellâſſe *Phyllidem*, à Phyllide, Lycurgi Thracum Regis filiâ, quæ in *Amygdalum* arborem, foliis nudam, converſa fingitur. Hiſtoriam autem, vel ſi mâvis Fabulam ſic tradunt: Phyllis Demophoontem, Theſei filium, amore proſequebatur: hic verò Trojam cum proficiſceretur, promiſit Phyllidi, brevi ſe rediturum, quod cùm non conſtitutâ die, ſed ſeriùs quàm promiſerat, præſtaret, ſpretam ſe ſuſpicabatur Phyllis: quare ob amoris impatientiam, dolorisque impulſum, cæco planè impetu atque veſano conatu vitam laqueo finivit, transmutata hinc in Amygdalum foliis deſtitutam. Poſtea reverſus Demophoon, re cognitâ, arborem illam amplexus ita eſt, ut hæc velut Amaſii ſentiens adventum folia emiſerit. Vocabatur interea & *Nux Thaſia*, vel *Nux Græca*, *Naxia*, uti in Libris GALENI ac apud PLINIUM, aliosque videre licet.

Poëtæ Phyllidem appellàrunt.

Vocabatur etiam Nux Thaſia, Græca.

Homonymia.

IV. Sed porrò ſimul notandum, *Amygdalæ* vocabulum eſſe πολύσημον, neque enim fructum duntaxat Arboris, ſed & apud Anatomicos ob ſimilitudinem quandam figuræ cum eodem Fructu, *Glandulas* ſignificat

cat illas binas *conglomeratas*, quæ in Fau-
ium rictu ad Uvulæ ſeu Columellæ late-
ſitæ reperiuntur, quæque aliàs *Tonſillæ*
diunt, & vernaculâ quoque linguâ die
Mandeln ſalutantur.

CAPUT II.

mygdalarum deſcriptio generalis. Differentiæ earundem, tum inter ſe, tum ab aliis fructibus. Arbores Amygdaliferæ ad quod Plantarum genus pertineant.

Amygdala, ut rem nunc ipſam perſcrutemur, Fructus eſt arboris A- *Amygdalini Fructûs deſcriptio.*
ygdali oblongus, Perſico pomo nonnihil
nilis, longior tamen, è latâ velut baſi in
ſcurum acumen tendens, fere cordifor-
s, compreſſus ſeu pulvinatus, quaſi in
ûs curvaturam ſeſe flectens, fiſſuram ab
â parte rimæ inſtar monſtrans, exteriori
e molli, araneosâque velut lanugine, ſeu
ereis pilis (qui tamen in aliquâ hujus
uctûs ſpecie non obſervantur) tectus;
quâ Caro exigua ſive Pulpa, *Pericar-*
n à JOH. RAJO appellata, minùs ſpiſ-
ſed duriuſcula & cartilaginoſa hæret,
æ adulta non editur, utpote ſuccum pau-

cum eumque pinguem gerens, verùm in ſuâ adhuc teneritudine ſucculentâ, antequam oſſiculum induruit, nihilominus edulis, acidiuſculoque grato ſapore prædita. JOH. BAUHINUS *Hiſtor. Plantar. Lib.* 11. *cap.* 7. *Callum pulvinatum* nuncupat, qui tendente ad ſummam maturitatem fructu ſponte ſiccatus dehiſcat, & oſſiculum exhibeat, longius quàm in Perſico, nec ita aſperum, ſed læve magis, ſuperficialibus ſcrobiculis pervium: cujus putamen nunc fragile admodum & tenuius, nunc durum ſatis, atque craſſiuſculum exiſtens, *Nucleum* continet, ſemiunciam latum, magis longum, certè Perſici nucleo longiorem, ſaporis dulcis, quandoque amari, pelliculâ tenui, in fructu adhuc recenti, ſubrufâ, molliuſculâ, & poſtquam temporis intervallo nonnihil exaruit, flaveſcente, pulviſculo quaſi reſpersâ, & hinc aſperiuſculâ veſtitum, atque ſubſtantiâ intus albâ conſtantem, in uſum tam culinarem ſive alimentarem, quàm officinali-pharmaceuticum ſeu medicinalem faceſſentem.

Ad quodnã Plantæ genus Amygdalus pertineat?

II. An ad *Prunorum*, vel *Perſicorum* vel *Nucum* ſpeciem referri debeat *Amygdala* diſquiri poſſet. Apud *Atticos*, alioſque Scriptores antiquos, teſte ATHENÆO, Fructus omnes duro operimento veſtiti appellabantur *Carya*, id eſt, *Nuces.* Unde HE-

RA-

ACLIUS EPHESIUS ſcribit, tam *Amyg-*
las quàm *Caſtaneas Nuces* fuiſſe vocatas.
nò EPICHARMUS per excellentiam A-
ygdalas nuncupavit καπυροτρώγονα κάρυα,
oc eſt, *Nuces, quæ pro bellariis toſtæ menſis*
ponebantur. Quin commune fuiſſe nota-
us apud Veteres, Amygdalas *Nucum* ap-
ellatione veniſſe, hinc enim illa ſynony-
a *Nucis Thaſiæ, Græcæ, Naxiæ* proculdubio
odierunt; forſan quòd, uti aptè notavit
ÆSALPINUS *de Plantis Lib.* II. *c.* 24. *oſſeo*
rtice conſtat, medullâ internâ ad cibos utili.
ed ne quis tamen eapropter ad Nucum *Non ad Nuces juglandes.*
iglandium vel Avellanarum ſpeciem no-
as referat *Amygdalas*; obſtant enim quam-
urima, Arborum ſcilicet tales fructus pro-
ucentium maxima diverſitas, Fructuum-
ue ipſorum diſſimilitudo inſignis. Aptiùs *Sed magis ad Arbores pruniferas.*
erò illas retulerimus ad genera *Prunorum*
el *Perſicorum*, cum quibus longè majorem
onvenientiam adeptæ ſunt. Hinc enim
ræfatus RAJUS *Hiſt. Plant. Lib. XXVII.* in-
er *Arbores Pruniferas* Amygdaliferam no-
ram recenſet; ipſeque JOSEPHUS PIT-
ON TOURNEFORT, *Botanices in Horto*
egio Pariſienſi Profeſſor, dum viveret, *me-*
itiſſimus, Amygdalos, Prunos, Perſicos,
rmeniacas, &c. ſub eodem genere Arbo-
um & Fruticum *flore roſaceo, cujus piſtillum*
bit in fructum oſſiculo fœtum recenſere con-
uevit. Structuram verò exactiorem totius

Fructûs quod attinet, haud meliùs accuratiusque illam deſcriptam legimus, quàm apud MARCELLUM MALPIGHIUM, *Anatom. Plantar. Part. 1. Cap. de Uterorum augmento, &c. pag. m.82. Edit. Lugduno-Batavæ: Pericarpii*, inquit, *ſtructura fibrarum reticulari opere pervaditur, à quo utriculorum pariter ordines pendent, verſus interiora, eâ ſcilicet parte, quâ oſſeum nucleum ambit & contangit: Appendices habet, quæ nuclei oſſei foramina ſubintrant. In hoc pericarpio illud mirabile eſt, quod circa tracheas & ligneas fibras ducuntur vaſa ſeu ductus terebinthinæ: unde ſecta copiosè fundunt hujusmodi humorem. Pericarpii exterior ſuperficies cinereis pilis tota cooperitur. Oſſeus nucleus horizontaliter hîc ſectus geminâ laminâ, interiori ſcilicet ſemini proximâ, & exteriori, quæ pericarpio continua eſt, excitatur. Hæ à primordiis ſolideſcere incipiunt; ipſarum enim utriculi, qui olim pericarpii naturam redolebant, concreſcente tartaro petrificati, in hanc deſinunt naturam. Interiùs appendices promuntur, quibus invicem laminæ nectuntur. Ex præcipitato perpetuo tartaro coërcita pericarpii portio neceſſariò concreſcit. Et quoniam inter utramq; laminam vaſorum faſciculi cum terebinthinæ ductu excurrunt, ideo vacuitates ſuperſunt, molles pericarpii utriculos continentes, qui vaſorum faſciculis hærentes poſtremò petrificati reliquorum naturam acquirunt.* Et pag.87.88. Amygdalarum *ſemen ultra nucleum oſſeum ſecundinâ circumdatur, quæ exteriùs*

utri-

triculos cæcales promit, interiùs verò per longum bris ligneis, reticulariter implicitis pervaditur, uibus utriculorum ordines appenduntur.

III. Licèt autem ad idem ſic genus Amygdalæ cum aliis fructibus reduci mereantur, differre tamen inter ſe ſpecificè olent, ita ut alia ſpecies ejusdem generis t *Prunum*, alia *Armeniacum*, alia *Perſicum*, *mygdalarum*, *&c.* Fructus enim Prunorum, rmeniacorum, Perſicorum uberiorem, aviorem, magisque ſucculentam habent ulpam, vel carnem, quàm Amygdalæ: gurâ inſuper, colore & aliis accidentibus ter ſe differunt. *Mos eſt Naturæ*, inquit IALPIGHIUS, *Anat. Pl. Part. 1. pag. 82. neecto interdum Pericarpii augmento, oſſeum nuum augere, quo ſemen tutatur: Ita quamplurimis idit fructibus, præcipuè in Amygdalis; ipſarum mpè Pericarpium à principio mollius, non, ut l: quorum mos eſt, in majorem excreſcit molem, tandem maturatur; ſed factâ comparatione graius redditum tandem contabeſcit, oſſeo relicto cleo.* In hoc autem illi Fructus conveunt, quòd ipſorum Arbores gerant florem ſaceum, quòd flos baſi, ſeu imò fructui cumbat & adhæreſcat, quodque floris ſtillum abeat in *fructum* oſſiculo fœtum.

Amygdalæ non genericè, ſed ſpecificè differunt à Prunis, Perſicis, Armeniacis, &c.

Pulpa Amygdalarum tabeſcit, fructu matureſcente.

In quo Amygdalus cum aliis conveniat.

IV. Sed & ipſæ quoque *Amygdalæ* ſuas bent inter ſe differentias, easque plures,

Amygdalarum differentiæ inter ſe.

 à ſa-

à ſapore nimirum, magnitudine, figurâ, loco natali, aliisque circumſtantiis petitas. Inter quas notabilis maximè eſt, quæ à *Sapore* petitur, diſcrepantia: dum aliæ deprehenduntur *dulces*, aliæ *amaræ*, quas externo quis intuitu vix à ſe invicem dignoſcet, niſi quòd *amararum* nuclei corticem forſitan ſubinde rugoſiorem obtineant; cæterùm ſolo id obſervare guſtu debemus, qui quidem omnium certiſſimè hanc differentiam prodere poteſt. Arborum verò has Amygdalas differentes producentium ſtructura per omnia eadem notatur, ut hinc Arbor ſi non *numero*, ſaltem *ſpecie* eadem, nihilominus ſpecifico ſapore differentes Amygdalarum nucleos producere ſoleat. Quin forſan ſoli ſive terræ, culturæque varietas ad Saporis diverſitatem contribuit; notârunt enim dudum Hortulani, & alias quoque Arbores, ſpecie numeroque easdem, v. gr. Pomiferas, Pyriferas, mutato ſolo differentes quoad ſaporem Fructus exhibuiſſe; ut adeo ſimile quid in Amygdalo contingere poſſe, nulli dubitemus. *Ex amaris*, inquit JOH. BAUHINUS, *loco ſuperiùs citato pag.* 179. *dulces fient, ſi circumfoſſo ſtipite tribus digitis à radice, fiat caverna, per quam noxium deſudet humorem: Vel medius truncus terebretur, & cuneus ligni melle oblitus imprimatur; vel ſi circa radices ſuillum ſtercus, vel urinam affundas.* Contrà amareſcere creduntur, ſi à

Amygdalæ dulces & amaræ.

Inter ſe non niſi ſapore dignoſcuntur.

Ex amaris dulces, & vicissim reddi poſſe.

ſi à Pecore rodantur; vel magis, ſi è fertili ſolo in macilentum, magisque ſylveſtre ac ſterile transplantentur.

V. *Magnitudinis* reſpectu Amygdalæ, *dulces* inprimis, inter ſe non parum diſcrepant; BAUHINUS *loc. allег.* diſtinguit in *maximas*, *mediocres* & *minimas*. *Maximæ* juxta ipſum duas uncias longæ, & unâ unciâ latiores ſunt, proportionaliter compreſſæ, extrinſecùs teſtâ alicubi ſtriatâ, criſtâque per ambitum eminenti & acutâ præditæ, quæ nucleos continent ſimiliter longos & compreſſos. *Mediocres* unciâ ſæpè longiores exiſtunt, latitudine unciam non attingunt, putamine læviore, criſtâ minore & obtuſiore, imò frequentibus punctis notatâ præditæ, craſſiores interim ſive ventricoſiores præcedentibus; quarum Nuclei paſſim in officinis venales proſtant. *Minimæ* tandem præ reliquis nimis compreſſæ, ſed propemodum rotundæ ac triplo longiores, quàm latæ deprehenduntur, putamine etiam ſatis lævi præditæ, ac Nucleum pulchellum ferè oblongo-rotundum complectentes. Inter has *maximæ* ſic dictæ plerumque *dulces* ſunt, reliquæ modò *amaræ* modò *dulces* obſervantur.

Amygdalarum differentiæ reſpectu magnitudinis.

VI. *Locus natalis* diverſus quoque Amygdalis obtingit; felicius quidem uberiusque

Diverſitas Amygdalarum à Loco natali.

que proveniunt & maturantur in ſolo calidiore; ſed & in aliis terris germinare ac adoleſcere ſolent, non æquè tamen fructificant. In *Germaniâ* certè inferiore, *Belgio*, *Angliâ* & Regionibus frigidioribus, vel nullos planè Fructus proferunt, vel eos ratò aut nunquam perficiunt ac maturant. In *Italiâ* verò *Galliâq; meridionali* abundans talium Fructuum proventus eſt: Imò in Galliæ *Provinciâ*, *Delphinatuq;* Amygdalis conſitæ cernuntur planities ampliſſimæ. In *Candiâ* vix hortus reperitur ſine Amygdalis; nec reliquæ *Maris Mediterranei & Ægæi* quoque Inſulæ tali Fructu carent. Taceo *Africanas* & *Aſiaticas* Provincias, quæ cum ſolum producendis ubertim Amygdalis aptiſſimum poſſideant, non dubitandum quin & inibi in magnâ creſcant abundantiâ. Reperiuntur & in Rheni tractu, ubi primæ olim tributæ partes fuerunt in *Spirenſi* agro cultis natisque. Circa *Landavium*, *Argentinam*, & in variis *Alſatiæ* locis Amygdalos Arbores non infeliciter adoleviſſe, Fructusque maturos dediſſe, ſi benè fuerint cultæ, Botanici teſtantur. *Baſileæ* quoque in uno alterove horto cultam fuiſſe Arborem, Fructusque eam maturos protuliſſe, teſtes nobiſcum ſunt Viri fide digniſſimi. Sed rugoſiores Provincialibus vel Italicis deprehenduntur, quæ in dictis Germaniæ locis proveniunt.

VII. Me-

VII. Meminerunt etiam HIER. TRAGUS, PETRUS ANDR. MATTHIOLUS, CASP. BAUHINUS & alii plerique, differentiæ Amygdalarum reſpectu *Putaminis* ſeu *Oſſiculi*, quod quidem in pluribus faciunt duriſſimum, vix mallei vi fragile: in aliis verò molliuſculum, & levi digitorum preſſu, vel à decenni Puero fragile, *nullis etiam foraminulis punctatum aut rariſicatum*, ſed uti JOH. BAUHINUS memorat, *quodammodo ſulcatum potius, cui extrinſecus venæ albæ, ex carne ſeparatâ reſiduæ hærent; nihilominus pulchros & verè ſucculentos intus continens nucleos, neſcio quid in ipſo etiam guſtu, ſi rectè judicamus, à vulgaribus diſcriminis habentes.* *Differentiæ reſpectu Putaminis.*

VIII. *Pericarpii* ſive *Pulpæ carnoſæ* in hoc fructu externa facies porrò differens, & quidem in plerisque *lanuginoſa*, in aliis verò *nuda* & *lanugine carens* deprehenditur, cujus præter ANDR. CÆSALPINUM etiam ambo Fratres BAUHINI mentionem fecerunt. *Pericarpium differens.*

IX. Denique reſpectu *Figuræ* aliqualis, licet illa non adeo notabilis, obſervata fuit in Amygdalis varietas. Equidem pleræque majores oblongæ ſunt, compreſſæ utrinque, è latâ rotundaque baſi in acumen tendentes: aliæ verò minores, magis rotundæ, *Diverſitas reſpectu figuræ.*

tundæ, quarum CONRAD. GESNERUS meminit: aliæ tandem, ATHENÆO teſte, in *Cypri* Inſulâ naſcentes, oblongæ, ac in ſummo reflexæ obſervantur.

Amygdalarum ſelectus.

X. Non parum intereſt, quales ad uſum ſeligas Amygdalarum *Nucleos*, *dulces* vel *amaros*. Utrosque autem cum Auctoribus probamus, ſi pleni ſunt, ſi flavi multum exiſtunt, non eroſi vel confracti, ſi læves tamen, ſicci, ac duri fuerint, ſubſtantiâ intus albâ, coloris lactei, præditi; ſi denique lapillis aut pulvere caruerint. Præſtantiores hinc inter *dulces Amygdalas Germanicis* æſtimantur *Gallo-Provinciales*, *Narbonenſes*, nec non *Italicæ*, *Sicilicæ*, aliarumq; Regionum & Inſularum calidarum. Monachi apud MESUEN reliquis prætulerunt *Apulienſes*, à ſaporis forſan jucunditate *Ambroſinas* cognominatas. Ex *Amaris* celebrantur, quæ magnæ exiſtunt, ſucculentæ, ſatis integræ, recentes, minimè carnoſæ, parum vel nihil pulverulentæ, ex *Italiâ*, *Siciliâ*, *Calabriâ*, *Apuliâ* mitti ſolitæ.

CAPUT III.

Amygdalarum origo. Arbores Amygdaliferæ, harumq; differentes ſpecies.

De-

Deſcriptio brevis partium in his Arboribus conſpicuarum.

Quod ſi ad *Ortum* Amygdalarum nunc reflectamus, proximè illas ːis ex Arboribus provenire ſtatuendum ːit. Ad *Fructuum* enim ſpecies illas referː quis cunctabitur? Sed Fructuum certè ː Arbore, non aliunde propiùs habendoːːm. *Arbor* verò ipſa *amygdalifera* cùm diːrſas ſpecies admittat, ſingularum deſcriːiones forent tradendæ; verùm brevitati ːdentes eas ſolùm perſcrutabimur, quaːm Fructum hîc examinandum propoſuiːus. Inter ſpecies autem Amygdalarum non ſi illas hactenus admittimus, quàm quas ːOURNEFORTIUS ſuis in *Elementis Boːnicis, auro cedroq; dignis pag.* 627. recenːit, videl. 1. Amygdalus ſativa fructu ːajori, *Caſpari* & *Johannis Bauhinor.* 2. Aːygdalus ſativa, fructu minore *C. B.* 3. Aːygdalus dulcis, putamine molliore *C. B.* ː. Amygdalus amara, *C. B. J. B.* Quas ːecies quatuor, BAUHINI ambo cum *Matːiolo, Trago, Dodonæo, Camerario, Tabernæːontano*, pluribusque aliis celebribus *Botaːcis*, ſub unâ ſpecie comprehendere maːerunt. 5. Amygdalus Indica, nana, *Hort. ːg. Pariſ.* Amygdalus pumila, *Mor. Hort. ːg. Bleſenſ.* Amygdalus nana, *Munting. ːiſt.* 34. In hortis culta. Hiſce ſpeciebus

Ortus Amygdalarum.

Arboris Amygdali ſpecies diverſæ.

Quæ à Tournefortio admiſſæ.

CAS-

CASPARUS quidem BAUHINUS *in Pinace* præter Amygdalum ſylveſtrem *Rauvvolfii*, adhuc quinque alias adjicit. JOH. RAJUS autem, *Botanicus & Naturaliſta perſpicaciſſimus* quatuor adjungit. Sed cum hæ ſingulæ, quoad Florum maximè ac Fructuum ſtructuram, ab Amygdalis multùm diſcrepent, meritò ex hâc claſſe in aliam rejiciendas eſſe arbitramur.

Amygdali communis deſcriptio.

II. *Amygdalus* itaque *communis* & *ſativa* fructu ſive dulci ſive amaro, majore, minoreve, Arbor eſt ſatis altè aſſurgens, vel mediocris, Truncum mediocriter craſſum, ſulcoſo & aſpero Cortice veſtitum acquirens, in ramos ſurculosque plures ſeſe expandens; Radice utplurimum unicâ, eaque ſatis craſſâ, ſurculis paucis tenuibus lateralibus præditâ, in terram rectâ è medio trunco lineâ profundè demittitur, atque ſolum adepta conveniens citò germinat, promtè, feliciterque creſcit. Quia verò radicem hæc Arbor ſæpè unicam tantùm nanciſcitur, ideo à ventorum impetu facilè humi ſternitur, niſi à vicinis aliis Arboribus quodammodo munita procellarum vim eludere valeat.

Amygdali Folia.

III. Quoad *Folia* Amygdali, *tam arcta*, inquit JOH. BAUHINUS, *eorundem eſt cum Perſici foliis ſimilitudo, ut difficulter diſtingui*

posſint. *Oblonga* enim ſunt *illa*, *anguſta*, itudine nimirum digitali, vel unciali, *minata*, *crenata*, *valdè obſcuro amarore*, *jore autem lentore*, *prædita*; tardiùs, imò num poſt Flores apparentia, hinc & ſæ-us quoque abſcedentia.

IV. *Florem* gerit pulchrum in ſummo ctu, præcocem, Perſici vel Mali etiam ori non abſimilem, nonnihil tamen ex ndido magis purpuraſcentem, vel rubi-ndum; alràs è quinque foliis latiuſculis orbem ſitis compoſitum, ſive pentape-um, TOURNEFORTIO *Roſaceum* di-m; odoris exigui; cujus medium oc-pant *Stamina* plura, longiuſcula, purpu-tia aut alba, globuliſque luteolis dona- E *Calice* autem ſeu *Perianthio*, cui Flos idet, quinquepartito *Stylus* ſive *Piſtillum* urgit, quod in *Fructum* poſtea faceſſit u-um, tenui eoque breviſſimo *Pediculo* ex porum ramuſculis pendentem, quem ecedenti jam capite fuſiùs deſcriptum dimus. *Flores* hi ante *Folia* erumpunt, quidem in calidis Regionibus Januario nſe jam prodeunt, poſteaque Fructus a finem Martii aut initium Aprilis ma-eſcit, eſui videlicet aptus. In noſtro em climate *Flos* demum Martio aut A-li, ſed inter primos tamen prodit, *Fru-*que æſtivo vix tempore ad maturitatem

Floris Amygdalarum deſcriptio.

pervenit. Tener interim *Flos* eſt, quoniam adeo maturè prodit, facilè etiam à frigido nimis aëre ſpirante, vel à pruinis ita deſtruitur, ut nullos hinc eodem anno Fructus proferre queat.

Amygdalus qualenam ſolum amet?

V. Quod reliqua hujus Arboris momenta attinet, etſi noſtri inſtituti non ſit de iis ſingulis fuſius agere; obiter nihilominus heic, & vel in tranſitu monere licebit, *Amygdalorum* Arbores cœlum & loca amare calidiora, ſolumque nonnihil durum, ſiccum & ſabuloſum, in ſolo autem culto ac pingui ob nimii pabuli proventum laſcivientes ſterileſcere. Ulterius notandum, fructificare etiam illas abundè ſatis ex annotinis ſurculis; ac eapropter citò ſeneſcere, ætate tamen grandiore fœcundiores reddi, ita ut interdum plures ferè fructus quàm folia gerant, hæcque ex parte ob fructuum multitudinem abſcondantur. Amittunt tamen ſæpè fructus, antequam matureſcant: nec plagas tantùm, ſed & ſciſſiones ferunt; cultûs porrò diligentiâ miteſcunt, neglectuque ſterileſcunt, aut ſylveſtres redduntur, & hinc ex amaris dulces, & viciſſim ex his amaræ evadunt.

Quomodo feliciter plantetur & fertilis evadat?

Plantari poſſunt avulſione: fructum meliùs retinentes, ſi lachrymam adacto paxillo diutiùs effluere permiſerimus. Ex Amygdalis bonis, per plures horas in aquâ mulſâ mace-

naceratis, pediſque hinc profunditate ter-
æ, Februario menſe, immiſſis feliciter
erminant, Fructusque jucundioris ſaporis
roducunt; ſed melius tamen per inſitio-
em vel inoculationem è ſurculis gemmis-
medii arboris, oculos nondum haben-
bus, creſcunt & adoleſcunt. Et cùm ni-
l æquè degeneret, quàm Amygdalus,
eo aut Arborem ſæpius transplantari, aut
lultam inſeri debere tradunt. Inſeruntur
tem vel in ſemet ipſis, vel in Perſicis
t Prunis.

VI. *Cortex* denique, vel Trunci, vel Ra- *Cortex Arboris.*
orum hujus Arboris, *ſucco pingui*, velut
OH. RUELLIUS *de Natur. ſtirpium Lib.* 1.
. 51. notavit, *turget*, *lachrymamq́ rimoſus*
rat, *quæ ſtatim concreſcit in Gummi*; quod *Gummi Amygdalorum.*
OACH. CAMERARIUS in *Horto Medic.*
Philoſoph. ad imminuendos Renum &
eſicæ Calculos commendatum eſſe tradit.
dem huicce rei minùs difficilem adhibe-
us, quando certum eſt, & in aliis ſimi-
us Arborum Lachrymis gummoſis ean-
m virtutem reſidere, quam vix aliunde,
ſi à ſpiritu acido occulto, oleoſis parti-
llis lubricantibus ſociato, incidente & de-
rgente, deducere licebit.

VII. An alicubi ſponte proveniant *A-* *An Amygdali ſponte proveniant?*
gdaliferæ Arbores, non adeo, nobis ſaltem,

conſtat. Credimus tamen facilè, id omnino contingere. Ita enim RAUWOLFIUS perhibet, circa *Tripolim* in ſepibus *ſylveſtres* provenire *Amygdalas*, quarum fructus copiosè circumferantur, pauperibus divendendi.

Arbor hæc apud vetuſtiſſimos populos in pretio fuit.

VIII. Antequam verò ulterius progrediamur, notabimus adhuc, apud remotiſſimæ antiquitatis Gentes hanc inter alias Arborem in pretio fuiſſe; tanti profectò æſtimatam, etiam in Populo Iſraëlis, ut Summus rerum naturalium Creator voluerit, *Virgam Aaronis ſiccam*, unius noctis ſpatio, & germinare, & frondes floresque producere, & Nuces ſive Amygdalas proferre; metamorphoſi ineffabili, miraculoque ingenti, quo Conditor Sapientiſſimus demonſtrare voluit, atque indicare, ſe Aaronem præ omnibus reliquis in Sacerdotium elegiſſe *Numer.* 17. *v.* 8. Unde factum, ut Judaicus Populus Virgam illam Aaronis floridam poſtea ſuis in nummis, quos *Siclas* vocant, deſignari atque exprimi curaverit. Creditur etiam ab aliquibus, dulcium Amygdalarum commeatu *Jacobum Patriarcham* filios ſuos inſtruxiſſe; imò eundem Virgas amygdalinas poſuiſſe ante Ovium oculos.

CA-

CAPUT IV.

rincipia conſtitutiva, ſive particulæ elementares, è quibus Amygdalæ conſtant. Examen & Reſolutio illarum Chymico-pharmaceutica. Qualitates & Virtutes earundem generales.

Cùm *Nuclei Amygdalarum* præcipuum Diſſertationis noſtræ argumentum :iſtant, utpote in uſum humanum cedentes; on multum ſolliciti erimus in inveſtigandis ruendisque ſive Pericarpii illorum ſucculenti, ſive Oſſiculi aridi particulis: conenti, ſi, quicquid in Nucleis hæret, adratiùs detegere, atque in apricum proıcere potuimus. Hoc verò opus hic laor, moleculas velle eruere, nominare, eaımque numerum, figuram, atque proporonem inter ſe exactiùs determinare, quæ exilitatem ſuam noſtrorum effugiunt ıalemcunque ſenſuum aciem. Pars cer- hæc eſt imbecillitatis humanæ non contnnenda, quâ nobis adhuc profundius abondita manent, occultaque ſubtilia Naræ momenta. Sed tentandum nihiloinus, ac eo uſque progrediendum, quoque licebit. Neque verò & heic *natura*, eaque ſubtiliſſima Amygdalarum *Ele-*

Examen particularum elementalium Amygdalas componentium difficile.

menta perſequemur, ſed duntaxat *chymico-medica*, multumque ſenſibilia enodabimus, à quibus talium Fructuum qualitates proximè deduci ſolent.

In Amygdalis multæ ſunt oleoſæ particulæ.

II. In utrisque igitur, tam *amaris* quàm *dulcibus Amygdalarum Nucleis* multas deprehendimus oleoſo-quaſi lacteas, non paucis aquoſis temperatas, terreſtribusque ſufficientibus fulcitas particulas; quibus in *Amygdalis* quidem *dulcibus* ſal quoddam blandum volatile, occultum, temperatum, acidiuſculum, flavam earundem cutim ſive corticem (ubi amiſſis particulis aquoſis diluentibus ſiccatus, & rugoſus fuerit redditus) magis exaſperans, & hac ipſa ratione fauces hominum, nucleos comedentium, ſimiliter aſperas, hincque Vocem raucam producens. In *Amygdalis* verò *amaris*, earumque præcipuè cortice ſal hæret occultum, acrius, volatile, acidulum vel nitroſum, quod ob ſuam acredinem in Homine quidem nullum malignum effectum edit, in Brutis autem quibusdam, inprimis volatilibus, mortem virtute adſtrictivâ ac ſpasmodicâ producit.

In Amygdalis amaris ſal eſt acrius.

Volatilia necans.

Deſtillatio Amygdalarum per Retortam quid exhibuerit?

III. Ut autem magis certi eſſemus de harum illarumve molecularum præſentià in Amygdalis, *deſtillavimus* non ita pridem utriuſque ſpeciei Fructus non excorticatos *per*

r Retortam; ubi comperimus, *quatuor* il-
:rum *uncias* exhibuiſſe nobis præterpropter
;quiunciam *Olei empyreumatici*, ac tantun-
m *Phlegmatis*, reliquumque in Retortâ
:rens Caput mortuum *fixi* quid *Salis* in
ſe continuiſſe. *Olea* verò illa *empyreuma-
a* ambo quidem empyreuma redoluerunt,
l acrius tamen amararum, quàm verò
lcium Amygdalarum. Guſtu quoque
:prehendimus in utroque Oleo acrem bal-
nicum vel pinguem ſaporem, ſed longè
nen acriorem & linguæ fibrillas fortiùs,
èt ſubtiliter, mordicantem in amararum,
àm in dulcium Oleo. Unde facilè con-
:debamus, Olea hæcce non ſolas in ſeſe
ntinuiſſe ſulphureas & pingues, ſed etiam
ino-volatiles, blandè acidulas particulas,
od vel exinde ſimul ulterius probari
ſſe credebamus, quòd ejusmodi Olea
:enſa non cœruleam minusque ſplendi-
m, ſicuti Spiritus Vini, ſed rutilam ad-
odum, valdeque ſplendentem flammam
nibeant. *Phlegma* quod aderat, non pla-
:inſipidum notavimus, ſed leniter acriuſ-
um & ſalſulum, argumento, ſalinas
d volatilesque in ſeſe particulas conti-
iſſe. Ejus verò *ſalis volatilis* aliquid pro-
dubio habere potuiſſemus, ſi Phlegmatis
ti rectificationem inſtituere placuiſſet.

IV. Nucleorum autem amygdalinorum

non excorticatorum *deſtillatio per Veſicam*, in quâ eorum ℔j. dimidiam Aquæ fontanæ menſuram affundebamus, parum quidem nobis ſatisfecit; teſtabatur tamen de ſalis volatilis atque particularum oleoſarum præſentiâ, quoniam fragrantem utraque *Aqua* de ſeſe odorem ſpirabat; & *dulcium* quidem ferè odorem Aquæ flor. Acaciarum referebat; *amararum* verò nonnihil æmulabatur odorem Aquæ Nucleorum Perſicorum. Quales profectò odores excitari nequeunt, niſi ab emigrantibus & in auras evolantibus particulis ſalino-volatilibus blandis atque ſulphureis. Quoad *Colorem* *Aqua Amygdalarum dulcium* limpidiſſima ac ſplendidiſſima, *amararum* verò nonnihil ſpiſſior, alienisque particulis ſaturatior videbatur. *Saporis* denique reſpectu *Aqua Amygdalarum dulcium* aliquantillum pinguem, gratum & blandum, *amararum* verò acriuſculum pinguem obtinere notabatur.

Amygdalæ expreſſæ multum dant Olei. V. Sed & per ſolam expreſſionem multum *Olei* Amygdalas exhibere ſatis conſtat; hinc v. gr. ſi Amygdalas qualescunque cum aut ſine igne exprimere geſtias, ex unciis quatuor earundem obtinebis unciam plus minus unam *Olei*. *Diſcrimen leve inter Oleum Amygdalar. dulcium & amarar.* Inter hæc autem Olea ſingula magnam admodum differentiam deprehendere haud licuit; niſi quòd *Oleum Amygdalarum amarum* odorem tan-

ıntillo penetrantiorem ſpirare, ſaporemue magis ſubacrem habere videbatur, uàm quod è *dulcibus* quomodocunque exreſſum eſt. Etſi enim Amygdalæ *amaræ* ıtegræ maſticatæ ſuum Linguæ amaroːm offerant, ſimilis tamen in expreſſo Ꝺleo ſapor minimè deprehenditur, quin lia, ſi quæ adfuerint, amaricantia ſub ːlo particularum ramoſo-pinguium occulntur; imò tales particulæ amaræ potiùs ı expreſſo magmate hærere poſſunt. De- que hoc non prætereundum, quòd exeſſum Amygdalarum *Oleum* flammam in apyro ei intincto tardius quidem capiat, d ſemel arreptam potenter rutilam, granːm & largam ſine ullo fœtore, ſtrepitu ːl ſibilo edat; *Oleo* autem Amygdalarum *ſtillato* empyreumatico immerſum chartæ uſtum, flammam illico prehendere, eamue ſimiliter rutilam, amplam, fortemque ne ſibilo vel ſtrepitu, ſed non ſine acri etore emittere viſum ſit.

Oleum Amygdalar. deſtillatum ciciorem flammam capit, quàm expreſſum.

VI. Deniq; *Tincturas* quoque ex amygdanis cum Vini ſpiritu Nucleis extrahere onati fuimus; ubi albicans quidem Nueorum ſubſtantia *Tincturæ* parum vel nil; Cortices autem ſive pelliculæ eorunem intra 30. horarum ſpatium ſub digeionis blandioris igne *Tincturam* ſatis egreiam rubeſcentem exhibuerunt, quarum,

Tinctura Amygdalarum.

quæ ex *dulcium* cortice eliciebatur, ſaturatioris nonnihil coloris, cæterà odoris ſaporisque blandioris ac dulcioris extitit; è corticibus *Amararum* verò extractam *Tincturam* minùs ſaturato colore, ac præterea odore amygdalino, ſaporeque in receſſu amaricante, tantillum nauſeabundo præditam deprehendimus. Penitiùs verò examinatæ hæ omnes *Tincturæ* parum in receſſu habere videbantur, proin haud ſine causâ à Medicis neglectæ.

Oleoſæ particulæ in Amygdalis prædominium tenent.

VII. Plura circa hunc *Fructum* experimenta inſtituere, & potuiſſemus & voluiſſemus, ſi temporis conceſſi brevitas id permiſiſſet. Sufficere tamen hactenus deſcripta credimus ad demonſtrandum, in Nucleis Amygdalarum *oleoſas* particulas reliquis ferè omnibus præponderare, ſed & ſufficientes quoque *aquoſas*, non adeo multas *terreſtres*, & paucas *ſalinas*, blandè *acidulas*, vel *ſalſas*, *plus minus volatiles* inexiſtere, ob quas certè fit, ut *Emulſiones Amygdalarum* diutius aſſervatæ, corruptæque acidulum rancorem acquirant. Quibus denique addimus particulas aëreo-elaſticas, harum enim portionem non contemnendam in poris Amygdalarum compreſſam hærere, extra converſiam eſt, probante hoc quoque ſatis experientiâ, quâ quidem conſtat, eas, præcipuè dulces, largiter comeſtas in Ven-

Cur Emulſiones Amygdalinæ tandem acidum rancorem acquirant?

Ventriculo & Inteſtinis flatuum copiam ſubinde producere.

VIII. Non prætereundum quoque & hoc, quòd in *corticibus* Amygdalarum proportionaliter plus ſalis ac terreſtreitatis, quàm in albâ earundem ſubſtantia deprehendere liceat, unde & ſapor Corticum aſperiuſculus magis, quàm internæ ſubſtantiæ exiſtit.

In Corticibus Amygdalarum plus Salis hæret, ac terreſtreitatis.

IX. Ex dictis facilè concludere licebit, *dulces* quidem *Amygdalas*, excorticatas minimeque rancidas exiſtentes, copioſum habere *ſuccum oleoſo-aquoſum, blandum, temperatum, quaſi lacteum*; eaquepropter vim & efficaciam inſigniter nutriendi, chylumque temperatum lacteo-balſamicum copioſum exhibendi; dein & emolliendi, vias aſperas lubricandi, dolores leniendi, acrimoniam humorum, inprimis ſalſam mitigandi, corrigendi, edulcorandi, fibrasque irritatas demulcendi; denique per accidens etiam Fluxiones qualescunque, ab acrimoniâ humorum profectas, Diarrhæas, Dyſenterias, Hæmorrhagias, nec non Vigilias moderandi, & blandè ſiſtendi. Veteres hinc temperatas, vel temperatè humidas & calidas pronunciàrunt.

Dulces Amygdalæ ſuccum habent Oleoſo-aquoſum temperatum, valdè nutritivum.

Vires Amygdalarum dulcium.

X. *Amygdalæ* verò *amaræ* ob acriuſculum copio-

Amygdalæ amaræ Sal habent acriuſculũ nitroſum. Eorum Virtutes.

copioſumque magis ſal, quod ETTMULLERUS *Collegio Pharmac. in Schrœderum pag. m.* 512. *nitroſæ* credit eſſe *proſapiæ*, vim & qualitatem adeptæ ſunt, volatilia quidem Animantia veneni inſtar necandi, in Homine autem blandè attenuandi, incidendi, abſtergendi, urinam ciendi, Obſtructiones Hepatis, Meſenterii, aliorumque Viſcerum internorum aperiendi, reſerandi, tandem & Flatus aliquantillum diſcutiendi. Veteres dixerunt eapropter, Amygdalas *ſecundo gradu calidas & ſiccas* exiſtere, Ebrietatemque arcere.

In Corticibus Amygdalarum ſiccis Salino-terreſtres particulæ quid noceant?

In Cortice verò utrarumque Amygdalarum, præprimis ſiccato, particulæ hærent craſſiores, terreſtriores, ſalinæ, quæ, dum Nuclei multum comeduntur, Palati ſeu Faucium tunicæ adhæreſcendo Aſperitatem, Raucedinem, ac Tuſſim conciliant.

CAPUT V.

Uſus Amygdalarum dulcium Medicus. Medicamina inde parari ſolita. In quibusnam corporis ægritudinibus conveniant. Formulæ Remediorum diverſæ. Cui bono & uſui inſervire queant?

I. *Uti-*

UTilitatem proin Amygdalæ habent minimè contemnendam, majorem erò *dulces* impetrâ unt, quàm *amaræ*, ut deo harum uſus non ita ſit frequens. *Dulſ* verò Amygdalæ, cùm alimentum præeant medicamentoſum, frequentem in *Re edicâ*, & in *Culinis* ſive domeſticis ſive *Cudinariorum* uſum habere conſueverunt.

Amygdalarum Utilitas.

II. In *Foro medico Remedia è dulcibus Aygdalarum Nucleis* varia præp rare comonereque ſolemus. Hæc inter frequens ccurrit *Emulſio*, ſ. *Lac Amygdalarum* ſic dium, quod ita paratur: *Amygdalæ dulces, inimè antiquæ nec rancidæ, aquæ calenti imerguntur aliquamdiu, donec pellicula fuerit nollita, quâ hinc detractâ, nuclei ſic excorticati bi in mortario probè contunduntur, hiſce verò ntuſis expetitus in rem præſentem liquor aquos affunditur, ita quidem ut ad unciam Amygularum unam octuplum pondus liquoris adſit: in probè invicem commiſcentur & per linteum m expreſſione Lac ita factum transmittitur. mulſio* hæc in genere vim habet egregiam emulcendi, abſorbendi, edulcorandi, nuriendi, fluxiones quaſcunque ſiſtendi; uſitiſſima proin in *Diarhœis*, *Dyſenteriis*, *Hæorrhagiis* qualibuſcunque, *Diabete*, *Stranria*, *Sudore nimio*, ſimilibuſque corporis ffectibus, pro quorum varietate, diverſi liàs liquores etiam aſſumi, imò & alia quo-

Remedia à dulcibus Amygdalis parata.

Emulſio ſive Lac Amygdalarum.

Ejus Vires.

In Diarrhœâ, Hypercatharſi. quoque ſemina vel medicamina ſimul permiſceri ſolent, v. gr. in *Diarrhœâ nimiâ*, & *Hypercatharſi* ſequens concedi poteſt.

℞. *Amygdalar. dulc. rec. excort.* ℥iij.
Aquæ Plantag. vel
Burſ. paſtor. vel etiam
Fontan. cum immerſione Panis
toſti ℔ij. *pond. medic.*
F. l. a. Emulſio d. ad Vitrum, atque ſingulis trihoriis ℥iij. *ejus hauriantur, Saccharo roſato pro lubitu edulcoranda.*

Vel ſequens ad tres ſolùm doſes parabitur.

℞. *Amygd. dulc. rec. excort.* ℥j.
Aqu. Burſ. paſtor.
Cichor. aa. ℥iijß.
Cinam cydon. ℥j.
M. f. l. a. Emulſio cui adde
Unicorn. foſſil.
C. C. uſt. ppt. aa. ʒß.
Sacchar. roſat. vel perlat. ʒiij.
Miſc. detur ad Vitrum.

In Dyſenteriâ, Fluxu Hepatico, Menſium, Hæmorrhoidum. III. In *Dyſenteria*, *Fluxu hepatico*, aut *Menſium* vel *Hæmorrhoidum nimio* aſſumi pro liquore poterit *Decoctum Radicis Tormentillæ*, quod tamen *Emulſionem rubicundam* reddit, vel *Decoctum Saniculæ*, *Pyrolæ*, *Alchymillæ*, *Cruſtæ panis.* *In Vigiliis nimiis.* Quòd ſi vel ſomnum in *Vigiliis nimiis* blandum conciliare, vel acrimoniam Urinæ in *Stranguriâ* & *Dyſuriâ* corrigere atque

ue demulcere cupias, tum verò *Amygdalis* *ulcibus excorticatis Semina frigida majora*, nec on *Papaveris albi*, *Lactucæ*, *Portulacæ*, *Cannabis*, & ſimilia addere licebit, indeque *mulſiones* conficere, ex. gr. in *Vigiliis* à fer- *à fervore ſanguinis oriundis.* ore ſanguinis oriundis:

℞. *Amygd. dulc. rec. excort. ℥ij.*
Semin. 4. frig. maj.
Lactuc. aa. ℥j.
Papav. alb. ʒiß.
Aqu. Lactuc. ℥iiij.
Endiv. ℥iij.
Portulac. ℥j.
M. F. l. a. Emulſio, cui adde
Syrup. de Nymph. ℥ij.
.. *ad Vitr. ſingulis trihoriis tertia pars propinetur.*

In Stranguriâ, Dyſuriâ, Gonorrhœâ virulentâ.

ı *Stranguriâ, Dyſuriâ, virulentaq; Gonorrhœâ* quenti ratione præſcribi ſolet & conducere:

℞. *Amygd. dulc. rec. excort. ℥j.*
Semin. 4. frigid. maj. aa. ℥ß.
Cannabis. ℥j.
Portulac. ʒiij.
Aqu. Portulac. ℔j.
Decoct. Hord. ℔iij. pond. med.
l. a. Emulſio; cui adde Syrup. Capill. Ven. ℥iv.
D. ad Vitr. aſſervetur loco frigido, ſingulis tri- *riis cyathus ℥iv. exhauriatur.*

IV. Denique ſi Infantes, ubera Matrum lhuc ſugentes, *Diarrhœâ* vel *Aphthis* & *Ex-anthe-*

In Aphthis & Exanthematibus ſalſis cutaneis. *anthematibus* aliis *ſalſis* laboraverint, non ipſis tantùm, ſed & Nutricibus quoque *Lac amygdalinum* per aliquot dies pro ordinario potu eſt concedendum, paratum ſive cum *Decocto Hordei*, & *Raſura C. C.* ſive cum *Aquâ Panis.* In *Febribus* ubi nutriendum, roborandum, fluxusque aliqui moderandi, *Emulſiones* ſimiliter *amygdalinas* præſcribere cum fructu ſolent, ſequenti aut ſimili modo:

℞. Amygd. dulc. rec. excort. ℥jß.
Semin. Cucum.
Melon. aa. ʒiij.
Aqu. Plantag.
Borragin.
Ceraſ. nigr.
Flor. Acac. aa. ℥ij.
Decoct. Raſur. C. C. ℥x.
F. l. a. Emulſio, cui adde
Rot. Man. Chriſt. perlat. ℥j.
D. ad Vitr. & pro potu ordinario uſurpetur.

Oleum Amygdalarũ dulcium. V. *Oleum Amygdalarum dulcium recenter expreſſum*, (*vetuſtum* enim rancorem ingratum, fortè & noxium adipiſcitur) frequentiſſimi etiam uſûs eſt, utpote egregiis *Ejus Vires.* viribus *leniendi, demulcendi, emolliendi, lubricandi, laxandi, expectorationem promovendi, &c.* donatum. Etenim *internè* quidem illud v. gr. Puerperis ſemel vel bis doſi aliquot *In doloribus poſt Partum.* unciarum, ad *Dolores poſt partum* demulcendos, in *Juſculo* vel per ſe propinatur. Similiter

ʼiliter *Pleuritidis* initio poſt *Venæſectionem* *Pleuritide.*
ʼiquot illius unciæ cum *Jure*, per *Naſturtii*
ʼl *Beccabungæ ſuccum* alterato, hauſtæ mirè
iſcutere poſſunt *inflammationem Pleuræ* in-
pientem; idque longè jucundiùs quàm
leum Lini nauſeabundum & ingratum, ab
iis commendatum. Sed & inprimis *Rau* *Raucedine,*
dini, Tuſſi, Diſpnϙæ mederi poteſt, lenien- *Tuſſi, Dyſ-*
o, expectorationemque promovendo, ſi *pnϙâ.*
ʼl ſolum exhibeatur aliquoties in *Juſculo*,
ʼl per ſe cum *Saccharo candido* pulveriſato,
ʼt *Syrupo Violarum*, *Lichen. petr. Papav. rheadi.*
llid. min. de Jujubis, aliove pectorali miſtum
ncedatur. Infantibus graviter tuſſienti-
ıs & Aſthmaticis hinc ſequens lambendum
ʼtur *Ecclegma*:

℞. *Olei Amygdalar. dulc. rec. expr.*
Syrup. de Veron. aa. ℥j.
Mannâ laxativ. ℥ß.
Eſſent. Croc. ℈j. *vel* ℈ij.
Spermat. Cet. rec. ʒj.
Spec. diair. ſimpl. ℈ij.
M. d. ad Fictile; ac ſubinde cochleare ejus
ʼnum exhibeatur.

Alvus fuerit *ſegnior*, *Catharruſq;* pectoralis *Alvo ſeg-*
ʼacior, permiſceri adhuc poterit *Mel ro-* *niore, Ca-*
ʼeum, vel *Oxymel ſimplex* aut *ſquilliticum* in *tharro te-*
ʼlultis, vel *Syrupus de Nicotiana*, *Hyſſopo &c.* *naci.*

VI. Quid in *Affectibus nephriticis* idem *In affecti-*
ʼeum valeat, quotidiana Practicorum lo- *bus Renum*
K quitur *& Veſicæ.*

quitur experientia. In *Calculis*, *Sabulo*, *tartareoq́ Muco Renum*, ac inde *naſcentibus Doloribus*, *Iſchuriâ*, *Stranguriâ*, *Dyſuriâ*, ſubinde ad unciam unam duasve exhibitum mira quandoque præſtat. Datur autem vel ſolum cum *Juſculo*, vel cum aliis in *Eclegma* formatum, *anodyniſq́* junctum, v. gr.

> ℞. *Olei Amygd. dulc. rec. expr.* ℥ij.
> *Syrup. de Alth. Fernel.*
> *anodyn.*
> *Violar. purpur. aa.* ℥ß.
> *Aq. Portulac.*
> *Malv. aa.* ℥j.
>
> *M. d. ad Oll. Sæpius aliquot cochlearia deglutiantur.*

Vel poterunt ejusdem *Olei duæ unciæ cum* ʒß. *Oculor. Cancr. ppt.* aut *Lapillor. Percar. ppt.* in *Juſculo* hauriri. In *Colicâ* dein ſive *flatulentâ* ſive *nephriticâ*, etiam cum *Alvi obſtructione* conjunctâ, præſtans quoque eſt, præſertim ſi cum *Elixiri* quodam *nephritico*, vel cum *Vino Malvatico optimo*, & *Syrupo anodyno* propinetur, ex. gr.

In Colicâ flatulentâ, vel nephriticâ.

> ℞. *Olei Amygd. dulc. rec. expr.* ℥jß.
> *Vini Malvat.* ʒvj. vel
> *Elixir. nephritic.* ʒij.
> *Syrup. Papav. alb.* ℥ß.
>
> *Miſc. Sumatur pro doſi; vel ſæpiùs per cochlearia, addendo ſi placet Elixir. propriet. Claud. vel Tincturam aperit. Mœbii.*

VII. *Dif-*

VII. *Difficili* vel *ſegniori Alvo* etiam *Febri-antium* Adultorum ad plures uncias pro-nari poteſt, cum vel ſine *Juſculo*; lenit rtè blandéque ſubducit. Aut etiam *Clyſma* : dimidiâ parte *Juſculi carnium ſaliti*, *atq; 'ei Amygd. dulc.* cum vel ſine *Melle* quali-inque infundi poterit. Hinc & Infanti-is recens natis cum *Sacchao candido albo*, *rup. de Mannâ laxat. Violarum purpur. Radice idis flor.* atque *Pœoniæ*, ad Meconium ex-irgandum, *Colicamq;*, vel etiam *Motus lepticos* præcavendos, lambendum ſæpiùs hiberi conſuevit. Imò ſi *Vomitum* ciere piamus, aliquot ejus uncias cum *Aquâ*, *ıre* aut *Cereviſiâ tepidâ* propinabis Adulto. calidè exhibueris, per inferiora potius xabit; idque tanto magis, ſi prius *ali-ot Calabrinæ Mannæ uncias* in eodem liquo- diſſolveris.

In Alvo ſegni vel conſtipatâ.

ad Meconiũ Infantum expurgandum.

Ad Vomitum ciendum.

VIII. In *convulſivis* Infantum vel etiam dultorum *Motibus* commendari quoque ſo-t hoc *Oleum*, largâ quantitate exhiben-ım, præſertim ſi *Syrupum Pæoniæ*, *Semper-vi*, *Succi Rutæ*, *Betonicæ*, *Veronicæ*, *anodynum*, ıt ſimilem, cum *Ungulâ Alcis ppt. Dente ippopotam. ppt. Ægagropilâ ppt. Cinnabar. na-t.* vel ♁ii *rectif.* ac ſimilibus permiſcueri-ıus. In Infantibus cautè cum *anodynis* rocedendum, videndumque ne doſis eo-ım nimia unâ vice præſcribatur. Suffi-

In Motibus convulſivis, vel epilepticis.

Anodyna circumſpectè Infantibus præſcribenda.

cit, ſi *Mixturæ antiſpasmodicæ* unciis aliquot admiſceamus *Syrupi anodyni* ſive *Papaveris albi* ℥j. eamque Puero unius anni, ſpatio novem, decem aut duodecim horarum per cochlearia exhibeamus.

Uſus externus Olei Amygdalarum dulcium.

In Clyſteribus.

IX. *Externo* poſtea uſu *Amygdalarum dulcium Oleum* ſeſe multipliciter commendat. Etenim in *Clyſteribus* vel ſimpliciter ad ℥ix. datur, vel *Lacti*, *Juſculis*, *Terebinthinâ vitello Ovorum ſolutâ* miſtum & tepidè infuſum, *Colicis doloribus*, *Pareſi*, *Obſtructionibus alvinis*, etiam in *Febribus*, *Nephralgiâ*, *Teneſmo*, *Paſſionibus Hyſtericis*, aliiſque medetur. Inunctum verò ſæpiùs calidè, *Tumores Tonſillarum*, *Pleuræ Inflammationem*, *Lateris* ac *Lumborum cruciatus*, *aliarumq́ Partium dolores* vi

Unguentis.

ſuâ anodynâ lenit, atque eapropter *Unguentum* in Officinis *anodynum*, *pectoraleq́* ingreditur, durities emollit, ſiccitates Juncturarum, & aliarum partium emendat, Macie conſumpta impinguat; hinc ad *Unguentum reſumptivum* à FERNELIO expetitum. Ardorem partium genitalium mitigat, Perniones ſanat cum *Spiritu Vini camphorato* ſociatum, Abdomen valdè tumidum Infantum ſenſim detumeſcere facit, Cutim denique erugat.

Oleum Amygd. dulc. frigidè expreſſum.

X. *Frigidè*, atque ſi placet, ex *Amygdalis dulcibus excorticatis minimè rancidis expreſſum*

Oleum

leum ad omnia hactenus dicta conducit, ed inprimis tamen ad *Cosmetica* uſurpatur, ro *aſperitate Cutis* tollendâ, molliore eâ ac eviore reddendâ, colore naturali Faciei nioreque conſervando, ſordibus etiam, ſi um *Oleo Tart. p. d.* permiſtum ſit, extergendis. Quapropter ad *Unguenta pomata* equenter aſſumptum; ſequentia novimus um fructu uſitata; v. gr. ℞. *Lardi recentis orci caſtrati & lacte nutriti, non ſaliti* ℔ij. *ava illud in minuta fruſtula conciſum decies cum quâ deſtillat. Florum. Lil. albor. & Radicis Sialli Salomonis; immitte in Cucurbitam vitream ulienti Aquæ immerſam, relinque ibi, donec ardum fuerit liquatum, miſce dein cum illo Spermatis Ceti recentiſſ.* ℥j. *Olei Amygd. dulc. frigid. expreſſ.* ℥ß. *Camphoræ* ʒj. *Succum è duobus Pomis Citri expreſſum; Ceræ alb.* ℥j. *Miſce agitando omnia probè invicem cum baculo ligneo, funde poſtea mixturam in patinam terream vel orcellanicam, & quando incipit frigeſcere, tum uatuor pluresve uncias Aquarum ſupra nominatarum affunde & tamdiu invicem agita, donec qua ſubacta, vel penitus conſumpta fuerit. oſtea earundem Aquarum totidem uncias iterum funde, lenteq; agitando probè immiſce ad Aquarum conſumtionem, ſi denique adhuc ſemel vel s de iisdem Aquis aliquid immiſcere poteris, ud omnino facies, & ſic habebis* Unguentum omatum, *quod in Vitris probè clauſis uſui aſervabis.* Solent autem eo Faciem, quoties

Ad Coſmetica uſurpatur.

Unguentum Coſmeticum, pomatum.

 ne-

neceſſe videbitur, inungere pluribus locis, & hinc leniter fruſto Panni ſcarlatini fricare, ſicque nitorem & colorem floridum, elegantemque Faciei conciliare. Sequens etiam *Unguentum* non comtemnendæ virtutis eſt in *Faciei Exanthematibus* [illegible] tollendis, *Nigredine* abigendâ vel arcendâ, *Mollitie & teneritudine Cutis* conciliandâ:

Aliud ejusdem virtutis.

℞. *Unguenti roſati* ℥jß.
Olei Amygd. dulc. rec. frigid. expreſſ. ʒvj.
Seminis Cucumer. vel Cucurbit. recent. frigid. expreſſ. ʒß.
Magiſterii Marcaſit. ʒiij.
Mercur. præcip. alb. ʒij.
Camphor. ʒß.

Miſce invicem probè, atque cubitum iturus Faciei partes inunge; poſtridie mane dein vel ſcarlatino panno molliori leniter frica, vel Lacte aſinino aut caprillo recenti & tepido ablue.

Aliud Principibus Fœminis uſitatū.

XI. Quod ſequitur, eundem in finem à Principibus feliciter uſurpatum competimus:

℞. *Olei Amygd. dulc. recent. ſine igne expr.* ℥j.
Spermatis Ceti rec. albiſſ. ℥ß.
Ceræ albiſſ. ʒij.
Mercur. præcipit. alb. ʒjß.
Camphor. ℈ij.

Singula invicem in vaſculo mundo terreo ſuper igne leni diſſolvantur, ſpatulâ probè agitando inter

ıter ſe commiſceantur, tandem Mercurii pulvis ıbigatur, ſicq; Ollulis procellanicis infundantur, r parum agitentur, donec in Balſamum concreerint, quem pro lubitu his illisve deſtillatis Oleis agrantibus odoratum reddere potes. Cubium ituri hoc Balſamo Faciem, ejusque, adſint, *Puſtulas*, *Varos*, *&c.* probè inunıunt; ac poſtridie mane vel *Lacte* ſupra ıominato, vel ſequenti *Aquâ tepidâ* abluunt:

Aqua pro faciei inunctæ ablutione.

℞. *Aqu. Flor. Fabar.* ℥ijß.
Lilior. albor.
Sigill. Salomon.
Roſar. aa. ℥jß.
Succi Citri rec. expr. ℥ß.
M. d. ad Vitr.

Unguentum ad Fiſſuras Papillarum, Pudendorum.

Ad *Rhadages Pudendorum*, *Fiſſuras Papillarum* n *Puerperis*, ſive curandas, ſive præcavenłas, *Unguentum* ſimiliter ex *amygdalino* conficiunt *Oleo*, ſequentem, vel ſimilem in modum:

℞. *Axung. cervin. rec.* ℥j.
Olei Amygd. dulc. rec. ſine igne expr. ℥ijß.
Butyr. rec. non ſalit.
Ceræ Flav. aa. ℥j.

Super ignem lenem invicem ſolutis, & ab igne remotis affunde Spiritus Vini camphor. ℥jß. *Agita invicem, donec in Balſamum concreverit, quem dein quotidie aliquoties inungere oportet.* Si ante puerperium feceris, præcavebis *Fiſſuras*, ſi autem hæ præſentes in Nutrice

 exiſtant,

exiſtant, ſanabis; tanto id feliciùs, ſi adhuc aliquid de *Antimonio diaphoretico*, *Coralliis rubr. ppt.* vel *Bolo Armenate* permiſcueris.

Magma Amygdal. dulcium.

XII. *Magma Amygdalarum dulcium* poſt *Olei* expreſſionem reſiduum, non tam eſui cedit nonnullis, *Diarrhœâ* aliove *Fluxu* laborantibus, quàm verò inſervit ad *lævorem* ſeu *teneritudinem* partibus noſtri corporis conciliandam, ſi quotidie Manus v. gr. aut Faciem eo fricemus. Sordes ſimul abſtergit, ſi *Furfur*, vel *Micam panis albi*, & aliquid *Vini*, aut *Succi Limonum*, *Citrive* admiſcuerimus.

Utile ad lævigandam mollemque reddendam Cutim.

Amygdalæ dulces Prægnantibus utiles;

XIII. Cùm autem *Amygdalæ dulces* propter inſignem *Vim nutritivam* etiam roborare vires, imò Semen augere non immeritò credantur; hinc & Prægnantibus ad Fœtum roborandum, probeque nutriendum, quotidie aliquot *Nuclei excorticati*, cum tantillo *Mellis* comedendi præbentur. Fit & ex iisdem *Confectio*, ad confortandi uſum *Emaciatis*, *Hecticis*, *Virium robore indigentibus* deſtinata & conceſſa: quanquam quod *Amygdalæ* proſunt, *Saccharum*, quo obducuntur in *Confectione*, forſan perdere valeat. Non tamen parvipendimus *Morſulos confortantes*, *ſtomachico-cardiacos*, quales ſequentes, ob ſuavitatem & effectum præ aliis deſiderati: v. gr. *Confectio Imperatoris:*

Confectio earandem Tabidis conducens.

Morſuli confortantes.

℞. *Amygd.*

℞. *Amygd. dulc. rec. excort* ℥ij.
Cortic. Citr. rec. vel conditor. ℥ß.
Confect. Alkerm. ʒj.
Specier. Imperator. ℈j.
Sacchar. alb. in q. ſ. Aquæ Roſar. & Cinamom. ſolut. ℔j.

M. F. Confectio in Morſulis. Vel

Confectio Imperatoris.

℞. *Nucleor. Amygd. dulc. rec. excort.* ℥jß.
Pinear. recent. ℥ß.

nvicem inciſa macerentur per bihorium in Spiritûs Roſar. q. ſ. Dein

Confectio alia in Morſulis, corroborans.

℞. *Nuc. Indic. condit. & inciſ.* ℥jß.
Cortic. Citri condit. & inciſ. ʒvj.
Confect. Alkerm. ʒjß.
Sacchar. albiſſ. in Aquâ Roſarum & Cinamom. ſolut. ℔j.

M.F. Confectio in Morſulis, irrorandis Olei ſtillatitii
Caryophyll. gtt. viij.
Cinamom. gtt. iiij.

Dentur ad Scatulam. Subinde dimidia vel integra tabella lambatur.

XIII. Si quis verò *Morſulos* deſideret *Aphrodiſiacos*, præſtantiores ſequentibus vix habere poterit:

Morſuli aphrodiſiaci præſtantes.

℞. *Amygd. dulc. rec. excort.*
Succolat. Indor. aa. ℥j.
Rad. Satyrion. condit. ℥ß.
Confect. Alkerm. compl.
Cinamom. elect.
Caſſiæ ligneæ ver.

Caryophyllor. aa. ʒj.
Zingib. in Indiâ condit. ʒjß.
Semin. Napi ℈ij.
Ambr. gr. iſ.
Moſch. Oriental. ver. aa. gr. vi.
Sacchar. albiſſ. Aqu. Cinam. ſolut. ℔j.
M. F. *l. a. Confectio in Morſulis. d. ad Scatulam.*

Morſuli pro iis, qui Acidulas bibunt. Denique *Acidularum* potu utentes *Morſulos* ſequentes *ſtomachicos* non ſine fructu comedent:

℞. *Amygd. dulc. rec. excort. ℥j.*
Nucl. Pinear. rec. ℥ß.
Cinamom. elect.
Ocul. Cancr. ppt. aa. ʒij.
Caryophyll. arom.
Nucis Moſchat. aa. ʒj.
Cortic. Citr. rec. inciſ. ʒij.
Conſerv. Betonic.
Amarac. aa. ʒiij.
Sacchar. albiſſ. Aqu. Roſar. & Cinamom. ſolut. ℔j.
M. F. l. a. Confectio in Morſulis.

Bellaria ex Amygdalis varia fiunt. XIV. Quæ *Bellaria*, quique *Cibi delicatiores* ex Amygdalis parari ſoleant, ſive in *Officinis pharmaceuticis*, ſive in *Culinis*, & *Clibanis Cupedinariorum*, notius fermè eſt, quàm ut multis heic loci exponatur. Liceat tamen inter alia offerre delicatiſſimos illos *Panes martios* ſeu *Marcipanes*, ex *Amygdalis contuſis*, cum *Sacchâro* & *Aquâ Roſarum*, invicem *Marcipanes.*

probè

probè mixtis, atque leni calore parùm excoctis. Item *Lagana* illa, *Macaroni* appellata, tantoperè ab omnibus expetita, ex *Amygdalis quoque contuſis*, cum *Saccharo*, *Amylo & Ovis debitâ proportione invicem mixtis atque contemperatis in clibano cocta.* His adde *Pultem Amygdalarum*, ex *Amygdalis contuſis*, *cum Saccharo & Aquâ roſaceâ parabilem*, cui quidam *Cremorem Lactis bubuli* addere ſolent; nec non *Placentas illas*, quas Turten/ vel Mandel-turten appellant, *è contuſis Amygdalis*, *Ovis*, *Saccharo*, & *fermentatâ Farinâ* invicem in paſtam commiſtis, leniterque excoctis concinnari ſolitas. Denique *Fruſta panis toſta*, *contuſis Amygdalis* craſſiuſculè tecta, & in patinâ *Lacti ſaccharato* ſuper prunas nonnihil incocta, quæ Mandel-ſchnitten vernaculâ noſtrâ appellari ſolent. Ut jam ſilentio prætereã complura alia dulciaria, paſtas atque cupedias, ex *Amygdalarum nucleis dulcibus* in uſum tum Ægrorum, tum Sanorum, æquè jucundum ac ſalubrem, præparari conſuetas, de quibus Cupedinarios ulterius conſulere quiſque pro lubitu poterit.

Macaroni.

Pultes Amygdalarum.

Placentæ Amygdalinæ.

Mandel-turten.

Mandel-ſchnitten.

XV. Et cùm ſic ad nutritionem atque confortationem *dulces Amygdalas* multum contribuere videamus, non opus eſſe arbitror, plura alia ex iiſdem per deſtillationem vel extractionem parare Remedia;

Amygdalæ dulces nutritionem & confortationem faciunt.

velut

Superflua, inutilia & inertia Amygdalarũ præparata. velut *Olea*, *Spiritus*, *Aquas deſtillatas*; *Salia* item ſive *volatilia*, ſive *fixa*, & *Tincturas*; quandoquidem nullum ejusmodi Medicamentorum, notabili quadam efficaciâ polleat, aliqua etiam inde vix elici extrahique queat. *Aqua deſtillata Amygdalarũ Cosmetica.* Unicam excipere liceat *Aquam deſtillatam*, quàm rectè elaboratam non inter poſtrema *Cosmetica* reponenda eſſe cenſemus; parari autem poteſt ſequenti vel ſimili modo:

℞. *Amygd. dulc. vel etiam amar. recent. contuſ* ℔jß.
Flor. Roſar. incarnat.
Lilior. alb. aa. ℥j.
Aurantior. aut Citri ʒvj.
Mixtis & Veſicæ inditis affunde
Aquæ communis, vel Flor. Fabar. vel Malvæ ℔ij.
Vini alb. Veter. ℔j.

Poſt macerationem aliquot horarum deſtilla Aquam, quam in Vitris probè clauſis aſſervabis. Cubitum iturus, vel etiam mane Faciem, Manusque, ſi velis, eâ tepiuſculè lavabis.

Confectio fructuum immaturorum. XVI. Tandem *Fructus immaturi*, antequam oſſicula dura exiſtant, inſtar *Nucum Juglandium Aquæ incocti*, & *Saccharo conditi*, non inter Bellaria ſolùm numerandi veniunt, ſed & Ægrotantium vires recreare, excitareque valent, ſi interdum comedantur.

CA-

CAPUT VI.

Amygdalarum amararum Vires. Earundem præparata.

Amygdalæ amaræ, utut penetrantiores obtineant particulas ſalino-irregulares, variis in caſibus utiles, non multum tamen hactenus uſurpatas fuiſſe animadvertimus. Creduntur autem à pluribus, habere facultatem incidendi, extergendi, aperiendi, vias urinæ expediendi, urinamque movendi; quam ob rem etiam ante potum comeſtas ebrietatem arcere, DIOSCORIDES & PLINIUS tradiderunt, quod idem PLUTARCHUS, *Libr.* 1. *Sympoſ. Quæſt.* 6. confirmare voluit, quando perhibet, Artem hanc arcendi ebrietatem à *Druſi*, Imperatoris *Tiberii* filii, *Medico* proveniſſe; utpote qui quotidie ante comeſſationes, quibus intereſſe debebat, quinque pluresve *Amygdalas amaras* comederit, hinc Athletam in bibendo ſe præſtare, atque palmam hoc in opere cæteris præripere valuerit. Sed malè fidum tamen credimus eſſe experimentum, hodiernorum certè Medicorum teſtimonio minimè confirmatum. Inter præparata *Oleum* earundem, ſolito more expreſſum, internè quidem *Urinas* ciere, *Alvum*

Amygdalarum amararum vires.

Arcere creditæ ſunt ebrietatem.

Oleum expreſſum urinas ciet,

Alvum laxat, expectorare facit.

Alvum lubricare, Sputi excretionem promovere, imò & blandè *flatus diſcutere* dicitur, ſi ejus dimidia vel integra uncia ſubinde cum *Juſculo* convenienti hauriatur; vel certè cum *Syrupo de Alth. Fern. Tuſſilagin. Bellid. min. Liquirit. de Hyſſopo, Diacodio Montani*, & ſimilibus commiſtum ſæpiuſculè lambatur.

An contuſi nuclei Febrim quartanam curent?

An verò *contuſi* quotidie, & cum *Juſculo Zingiberato comeſti Nuclei* Febrim quartanam diſcutere valeant, neſcimus quidem, ſed experimentum tamen ſine noxâ fieri poſſe credimus.

Olei Amygdal. amar. externè adhibiti vires.

II. *Extùs* verò magis *Oleum* illud convenit; unde commendari ſolet in emolliendis & extergendis Aurium ſordibus, Tinnitu vel Sibilo earundem diſcutiendo, præprimis, ſi cum *Spiritu Formicarum*, *Anthos*, *Meliſſæ*, aut cum *Spiritu* quodam *cephalico*, *antapoplectico* permixtum fuerit, atque Goſſypii fruſtulum hinc ei immerſum tepidiuſculè Auri indatur. Hoc certum, quòd taliter uſurpatum ſubinde Otalgiam minuat, atque deglutiendi difficultatem, ob dolorem Aurium contingentem, corrigat. Hunc in finem etiam extus Collo inungitur in Amygdalarum ſive Tonſillarum Inflammatione ac Tumore pituitoſo. Efficax ad ſurditatem tollendam eſt, ſi *Pomum Colocynthidis* cum *Oleo Amygdalarum amararum* optimè coctum exprimitur, hocque inter-

dum

lum cum goſſypio Auri inditur. FRID. HOFMANNUS in *Clavi Pharmaceut. Schrœ-ferian. p. m.* 409. ſequens *Oleum* in Tympa-nitide pro arcano habitum deſcribit: *In Tympanitide.*

℞. *Amygd. amar.* ℔j.
Semin. Abſynth.
Cumin. aa. ℔ß.

Contunde in Mortario & miſce, poſtea in lagenâ ſtanneâ per 4. horas, in aheno Aquæ ferventiſſimæ pleno coque, tandem fortiter exprime; ſic fiet Oleum viride, cujus doſis ʒij ad ℥ß. mane ac veſperi in Juſculo; ſæpiùs etiam Venter hoc Oleo inungatur.

III. Porrò idem *Oleum Amygdalarum amararum* inunctione commendatur ad Pudendorum fiſſuras, ſive Rhagades ſanandas, Tumores inflammatorios diſcutiendos, Lumborum aliarumve Partium, imò & Nervorum dolores mitigandos, Faciei Nigredinem denique, & Maculas à Solaribus radiis oriundas, ſi cum Melle ſæpiùs illinatur, tollendas. Imò diligenter, Variolis in Facie ad maturitatem tendentibus unà cum *Oleo Ovorum* inunctum, foveolas aptè præcavere poteſt. *In Fiſſuris pudendorum, Doloribus nervorum. Nigredine & Maculis. In Variolarum foveolis arcendis.*

IV. Quòd ſi autem *Nucleos* harum *Amygdalarum* contundas, vel *Magma ab Olei expreſſione relictum* ſumas, illudque cum *Felle Tubulo, Vino*, atque *ſucco Limonum* vel *Citri* per- *Magma Amygdalarũ harum.*

Abſtergit nigredinẽ, lentigines, & maculas cutaneas.

permiſceas, tum quotidie Faciei inunctum Nigredinem, Lentigines & Maculas à Solis radiis contractas diſcutere valet. Hunc tamen in finem alii Nucleos tantùm probè maſticant; ſicque maſticatos applicant. *Contuſi* porrò *Nuclei* cum *Oleo Roſarum*, vel *Aceto rutaceo*, *roſaceove*; nec non *Baccis Juniperi contuſis*, aut *Micâ Panis* commiſti, & tepidè Fronti applicati *Cephalalgiam* mitigant in *Febribus*, vel aliâs. Si verò eosdem contuſos cum *Melle roſaceo* permiſceas, & ita frequenter applices, *cutaneas Puſtulas*, *Herpetes*, *Ephelides*; ac ſimilia *Exanthemata* ſanare ita poteris.

Epithema ad Cephalalgiam.

Unguentum ad cutaneas puſtulas.

Magma Amygdalarũ eſt Cosmeticum.

V. Ad Manuum quoque nitorem lævoremque conſervandum uſurpari ſolet *Magma ab Olei expreſſione relictum*, idque vel ſolum, vel *Vino albo* calente irroratum, quo Manus quotidie lavari fricarique poſſunt. Sequens tamen Mixtura probatior aliis viſa atque inventa eſt: ℞. *Amygd. amar. rec. excort.* ℔ij. *Contunde in mortario marmoreo ad tenuem ſatis, teneramq; Offam, ſuperaffundendo aliquid Aceti deſtillati. Poſtea commiſce ac probè ſubige Micæ panis alb.* ℔j. *Flavedinis Ovorum ad duritiem coctorum n°. viij. ſubinde inter ſubigendum affunde aliquid Aceti deſtillati, uſq; dum Forma Unguenti exſurgat, tandem inſperge adhuc Aluminis uſti* ℥j. *M. d. ad Ollam.* Cum hâc *Maſſâ* vel *Oſſâ* manus quotidie frica, idque tamdiu donec

Mixtura ad nitorem manuum & cutis conſervandum.

onec illa ſiccata, ſine ullius affundendi li-
uoris adminiculo, cum linteo ſolo abſter-
i poſſit. Manus autem non ita crebrò
ıvari ſolent ab illis, qui hoc Remedio utun-
ır. Quòd ſi hæc *Maſſa* fortè in Pyxide
:ccetur, tum *Acetum deſtillatum* affundere
el inſpergere oportet.

VI. *Confectionem* etiam harum *Amygdala-
ım*, imò & *Macarones* inde parare nonnulli
onſueverunt, non tam ad gratiam, quàm
erò ad internas Viſcerum obſtructiones re-
randas, vel præcavendas, Vias urinæ ex-
ediendas, Vermes quoque necandos, Sor-
es primarum viarum abſtergendas, alios-
in uſus. Sed quî fiat, quòd *Amygdalæ
maræ* Hominibus multipliciter ſanæ exi-
ant, alia verò Animantia, Volatilia inpri-
is ſingula propemodum, hinc & Vulpe-
ılas, aut Catellos, per Gulæ atque trachea-
ım Ramorum adſtrictionem, imò & Con-
ılſiones ſubſequentes necare ſoleant, me-
ɾtò quæri poteſt? Reſpondendum verò
bitramur, teneriores ejusmodi Brutorum
orillas ſalinorum in Amygdalis talibus
xiſtentium corpuſculorum acrium vim eli-
ere non poſſe, quemadmodum hoc fit in
omine, atq; hinc facilè criſpari, ſpasmodi-
conſtringi, ſubque conſtrictione hâc conti-
uatâ Convulſiones deleterias tandem pati.

Confectio Amygdalarum amararum & Macarones.

Cur Amygdalæ amaræ hominibus ſalubres, brutis verò quibusdam deleteriæ?

F I N I S.

DISSERTATIO MEDICA QUINTA

De

NITRI

Indeq́ue elaboratæ

PANACEÆ ALCALINÆ SOLUTIVÆ

NATURA ET USU

In

MEDICINA.

I.

Præfamen. DIU multumq́ue in Themate quodam, pro Specimine publico eligendo, cùm occupatus fuiſſet animus, maximè tandem arriſit illud de *Nitro*, Corpore ſalino, quod proh dolor! hoc tempore Filii Martis in maximam Hominum perniciem vertere ſolent; dum

ſum contrà Filii Apollinis hoc excellente
Sale utuntur ad præſentem eorundem ſa-
nitatem conſervandam & amiſſam recupe-
randam, plura exinde ſalutaria Remedia
conficiendo, atque præparando. Operæ
pretium itaque me facturum arbitrabar, ſi
ſubciſivis horis adcuratum examen & ana-
lyſin *Nitri* inſtituerem, atque pro ingenii
modulo, illius non minùs atque paratorum
exinde ſingularium Medicaminum, præcipuè
autem decantatæ illius *Panaceæ alcalino-
ſolutivæ* naturam atque vires explicare ad-
niterer. Utut enim hoc ipſum jam alii
ſufficienter tentârint, cùm nihil ſub Sole
novi exiſtat, quod non aciem humani in-
genii fuerit expertum, neutiquam tamen
me eapropter à propoſito abſterreri debere
credidi, dum æqua cuivis de Rebus natu-
ralibus diſſerendi libertas conceſſa videtur.
Benevolum interea Lectorem officioſâ men-
te precor, ut favente animo Diſſertationem
hanc qualemcunque, certè rudi ſtylo con-
ſcriptam, excipere atque interpretari digne-
tur.

II. Ut rem ab ovo, quod dicitur, or- *Onomatologia.*
diar, & omnem ſtatim à tractatione noſtri
Thematis ambiguitatem excludam, operæ
pretium eſſe arbitror, ante omnia *Etymolo-
giam*, *Homonymiam* & *Synonymiam* paucis exa-
minare. Nomen *Nitri* proin, ſi *Etymolo-* *Etymologia.*

giam conſideramus, quidam à Verbo Græco *νίζω*, *lavo*, *abluo*, *tergo*, deducunt, eo quòd abluendi, abſtergendi, purgandique polleat facultate, quemadmodum hoc jam antiquiſſimis temporibus notum fuiſſe certum eſt; dum ipſius uſus frequens erat in *Balneis*, ſicut id inter alia ex *Sacris Literis* probari poteſt, v. gr. ex loco *Jerem. cap.* II. ℣. 22. ubi expreſſa *abſterſivæ* Nitri *qualitatis* mentio fit. Alii, qui incunabula ejusdem in linguâ latinâ ponunt, à verbo *Niteo* derivatum opinantur, quoniam nitere ſolet, præſertim ſi cryſtalliſatum fuerit, vel nitidas ſub loturâ veſtes reddat. Probabilius reliqui cum Cl. VOSSIO Nitri appellationem à Regione Ægypti *Nitria* dictâ, deſcendiſſe contendunt, vel ab Inſula *Nitreâ*, ubi primò Sal iſtud fuerit effoſſum. Quod verò ad *Homonymiam* attinet, vox Nitri non omni ambiguitate carere videtur, quia maximus eſt diſſenſus inter Eruditos, an Nitrum hodiernum conveniat cum Nitro Veterum. Si *Synonymiam* denique ſpectare velimus, vix reperitur Corpus naturale, quod pluribus expreſſum ſit denominationibus, quàm Nitrum hoc ipſum. Dicitur enim alias *Sal petroſus*, *Sal petræ*; Chymicis verò audit modò *Cerberus chymicus*, modò *Sal infernalis*, *Algali*, *Anatron*, *Sal Anderonæ*, *Baurach*, *Cabalata*, *Sal hermaphroditicum*, *Hermes*, *Sal ſulphureum*, *Serpens terræ*, *Sulphur album*, &c.

Homonymia.

Synonymia.

Græ-

'ræci Νίτρον, *&* *Germani* 𝔖𝔞𝔩𝔭𝔢𝔱𝔢𝔯 vocant.

III. Rem ipſam quod concernit, *Nitrum* oſtrum *vulgare* eſt *Succus concretus, pyrami-* alem *&* *hexagonam particularum ſuarum figu-* em *habens, conſtans ex ſale ſalſo volatili &* netrante, *minimâ quantitate aquæ, & particu-* *non paucis æthereis.* Dicitur *Succus concre-* s non malè, quoniam ex illorum eſt nu-iero, qui humore è terrâ ſaxoque eluto onſtant, ac ſub liquido primùm ſtatu uctuantes, mox naturæ, ſive caloris aut igoris vi coacti & concreti fuerunt. Aliis idit *Sal ſalſum*, quoniam per mechanicam hymiam manifeſtum evadit, quòd *alkali* què ac *acidum* Sal inde haberi poſſit. *Sal* eſſe *Nitro* probat ejus ſolutio, ut & ſapor nguam afficiens. *Acidum* vel acredo Nitri pa-t ex ejus Spiritu, qui ſummè corroſivus & cidus eſt, ex genere *Aceti mineralis. Alcali pa-m denique* ejus ſal ex noſtrâ *Magneſiâ albâ* ſ. *anaceâ ſolutivâ* vulgo dictâ, & liquore Ni-i fixato demonſtratur. Quòd ſi liquor c commiſcetur cum Spiritu Nitri, tunc priſtinum fermè abit *Nitrum*, ſed *artifi-ale* tunc dictum.

Quid ſit Nitrum?

IV. *Sal inflammabile* à quibusdam dici-r *Nitrum noſtrum*, ſed immeritò, cùm con-t, nullis gaudere particulis ſulphureis, ioniam in præparatione *Lapidis prunellæ*,

Nitrum non eſt Sal inflammabile.

qui aliâs *Nitrum tabulatum* nuncupatur, per ſatis longum tempus in igne durat & non illico diffugit, imò neque minimam flammam arripit, quod eſt contra Naturam ſulphuris. Et ſi aliquid exhalat, non tam eſt ejus ſulphur, quam verò ejus genuinum ſal volatile. *Objectio.* Objicient nonnulli, rutilum ferè colorem Spiritûs ejus in deſtillatione non niſi à ſulphure diſſoluto dependere: verùm ſi licet dicere quod res eſt, color ille qualiſcunque minimè adſcribendus venit *Sulphuri* Nitri *imaginario*, ſed tantùm ejus duplici ſali, *acido* nimirum *volatili* & *alcali fixato*, quæ vi ignis rarefacta, talem ex ſeſe colorem ſpargunt; nam videmus, etiam in deſtillatione Spiritûs Veneris nubeculam aliquam aſſurgere, in quo tamen Spiritu ne gry quidem ſulphuris reperitur. Alii rem inde probare volunt, quòd quæ in præparatione *Phosphori ſplendentis Balduini* comparet flavedo, nullam aliam originem habeat, quàm à ſulphure Spiritûs Nitri; ſed pace illorum dicimus, in Cretâ vel Argillâ pingui, non autem in Spiritu Nitri, illud ſulphur quærendum eſſe, quoniam ille Spiritus corpus tantùm Cretæ ſolvere ſolet. *Pyramidalem* & *prismaticam* corpuſculis nitroſis propriam eſſe figuram autopſia oſtendit, quâ quidem illa per microſcopia detegitur, & in Cryſtalliſationibus quoque Nitri omnibus comparet, dummodo natura ejus

ejus non fuit deſtructa. *Aquoſo* etiam *principio* gaudere Nitrum ejus deſtillatio patefacit, ſub quâ liquor aqueus in apricum prodit; eſt enim Nitrum ex ejusmodi concretis, quod etiamſi ſiccetur in loco tepido, vel calente, nihilominus intra ſe adhuc retineat aquoſas particulas cum ſpiritu inter deſtillandum prodeuntes. Imò eſt concretum adeo poroſum, ut aëris qualemcunque humiditatem facilè ſuos intra poros admittat. Pari modo *æthereæ* Nitro inſunt particulæ, imò & *aëreæ*, quæ vim ipſi elaſticam conciliant.

V. Ex recenſitis hinc patet, per ſe *Nitrum* non eſſe *inflammabile*, ſed aliis tantùm corporibus ſulphureis mixtum, ſic enim cum *Antimonio* vel *Sulphure* prunis injectum in flammam cum impetu & fumum abit: Vide BOYLEUM *in Tent. Chym. Phyſ. ſect. XIX.* Sic horribilia *Nitrum* exempla quotidie in *pyrio Pulvere* ob oculos ponit, cujus virtutes non tantùm ſulphuri accedenti, ſed & dictis particulis Nitri æthereo-aëreis adſcribimus. Nam ſi particulæ igneæ, quæ ſunt acidæ maximeque rigidæ, particulis alcalinis pyrii Pulveris immerguntur, tunc ſtatim fit ſolutio & aliqualis ſpecies effervescentiæ, quâ particulæ Nitri ſubtiles æthereæ magno cum impetu diſſiliunt, & inſignia varii generis obſtacula perrum-

Inflammabilitas Nitri ab admixtis particulis ſulphureis.

 punt,

punt, ita quidem, ut quo magis corpora quædam propter ſoliditatem ſuam elaſticis Pulveris illius corpuſculis reſiſtunt, eo vehementiorem motum adipiſcantur, ambientemque aërem, qui ab impetuosè motis particulis Nitri mirum expanditur, validiſſimè concutiant, ſicque fragorem inſignem excitent. Vide ſi placet de his eruditiſſimè ratiocinantem *Celeberr. Dn. D.* JOH. BERNOULLI, *Matheſ. in hâc Univerſitate Profeſſorem conſummatiſſimum, in Diſputat. de Efferveſcent.* Ex dictis autem ratio fluit, undenam Concreta hæc artificialia *Pulvis pyrius*, *Pulvis tonans*, & *Aurum fulminans* tantâ fulminante efficaciâ gaudeant; nimirum non niſi ab ipſo Nitro talem adepta eſſe vim credendum.

Locus natalis Nitri. VI. Quòd ſi autem ad originem generationemque Nitri attendamus, protinus in hanc ſententiam deſcendimus, gigni illud atque oriri non ſolùm in ſtabulis & fimetis, iisque in terris, in quas excrementa animalium confluunt, ſed etiam teſte *Celeberr.* STAHLIO, *Profeſſ. Med. Halenſi Excellentiſſ. Obſervat. Phyſic. Chym. pag.* 40. in omnibus locis, in quibus putrefactio quædam Concretorum naturalium contingit, ſive ad animale ſive ad vegetabile Regnum ea pertineant, ita quidem, ut quo copioſior ea materia cadit in terram, quôque magis dein

hæc

ıæc imprægnatur & turget particulis ſalis ıuriatici, vel nitroſi, eò major etiam quan- tas Nitri inibi exurgat & reperiatur. icuti enim non quævis Terra ejusmodi ale prædita eſt, ita etiam non ubique ignitur Nit um noſtrum. Sed & ex ſan- uine Animalium, per putrefactionem re- ɔluto, Nitrum generari poteſt, veluti me- ıorat GLAUBERUS *Op. P. 2. p. 307.* È *adaveribus* porrò Animalium fiunt *Vermes*, x his dein mortuis ac per putrefactionem ſolutis, & aëri expoſitis Nitrum prodit, de GLAUBERUM *loc. cit.* Ex *Lumbricis* ıtrefactis Nitrum quoque fieri clarè oſten- t *ſagax* ille *Scrutator Naturæ* BECCHE- US *Phyſic. ſubterr. L 1. p. 329.* È *Plantis* itrum exurgere demonſtrant *Cineres* ferè nnium herbarum *clavellati*, ad confectio- m *Saponis* utiles, in terram abjecti & aëri poſiti. Vid. ERCLERUM *Aul. ſubterr.* 306. & 325. nec non *citat.* ſupra GLAU- ERUM. Ut jam nihil dicam de inſtru- ento hujus Auctoris preſſorio, quo qui- m ſuccum è lignis exprimebat, & ſpi- um eorum acidum ſali cuidam fixo af- ıdebat, ex quibus dein aëri expoſitis ıdem verum Nitrum concrevit. Hinc ncludimus, ex ſale volatili alkalino, à ıtrefactis particulis orto, ſi cum Terrâ, i Sal muriaticum ineſt, combinetur, pro- iè Nitrum noſtrum fieri, licèt fortè argu-

 menta,

menta, aut ſi mavis experimenta ſuppetant, quæ hanc geneſin adhuc luculentius demonſtrare, & dubia omnia avertere poſſent; ſuffecerit tamen hæc tantiſper attuliſſe, donec alia in medium producere vel ratio ſuaſerit, vel tempus permiſerit.

Nitri differentiæ. VII. *Differentias* Nitrum admittit varias, etenim diſtinguendum venit primò in *antiquum* ſive *Veterum*, & *hodiernum*; ſecundò in *nativum*, & *factitium* ſive *artificiale*. *Antiqui* illius Nitri apud veteres Scriptores, *Veterum.* PLINIUM inprimis, tres memorantur ſpecies, videlicet *Nitrum* ſimpliciter ſic dictum, *Aphronitrum*, vel *Nitrum ſpumeum*, & *Spuma Nitri*, ἀφρὸς Νιτρȣ̃. Quod primam ſpeciem attinet, *Nitri* videlicet *ſimpliciter* *Nativum.* dicti, erat quoque illud tum *nativum*, ſponte in terrâ naſcens, vel ex aquis nonnullis petitum per æſtum Solis, liquorem aquoſum exiccando Nitri particulas concreſcere facientem; tum *factitium*, quale Africani *Factitium.* Populi, præprimis Ægyptii, è fluminis Nili aquis, Nitro turgentibus, quas foſſis ad exiccationem à Solis radiis præſtandam infuderunt, conficere ſolebant. Hæc ſi veritati conſentanea forent, certè Fluvii illius undæ nitroſæ eſſe deberent, Nitrumque adeo ex illis non alio modo produceretur, quàm quidem *Sal* è marinis hinc inde locis fieri ſolet. *Nitrarias* autem voca-

ocabant illas foſſas, quales egregias *Ægyp-*
os circa *Naucratim* & *Memphim* habuiſſe
LINIUS eſt teſtis, nimirum haud lon-
e ab oſtiis Nili.

VIII. Cùm verò ejuſmodi Ægyptio-
um Nitraria à pluribus retrò ſeculis non
npliùs viſa, nec à peregrinantibus Euro-
æis obſervata ſint; Veritas certè hujus
bricæ Nitri antiquæ ſuſpecta Eruditis
ddita fuit, certò amplius pronunciare non
ıdentibus, *Nili aquas eſſe nitroſas*; quòd ſi
men aliqua huic rei veritas adſit, tum ar-
ſſendum dicti Fluvii Nitrum videtur ab
sâ putredinosâ talium Aquarum conſtitu-
one, quæ ſub tempore Nili exundantis,
l circa originem ſive ſcaturiginem ejus
get, ubi ſcilicet in intimis Regionibus
rpetuæ ferè pluviæ cum calore deciden-
s, putredinem in locis etiam herbidis
ncipere, & crebris torrentibus in flumen
ili devehere poſſunt; vel in locis, ubi
undantes ejuſdem Fluvii aquæ ſtagnant,
urimisque Inſectorum cadaveribus & ex-
ementis conſpurcantur, producitur: vel
otius uſta perpetuis Solis æſtibus calca-
a in montibus & ſaxis materia, ab inci-
entibus tandem Pluviis in Magnetem quaſi
linum redacta, halitus nitroſos undecun-
ıe admittit, eos imbibit, & alveo tandem
ili invehit; de quâ re conſule, ſi placet,
ulte-

Nili aquæ non ſunt nitro turgidæ.

Quomodo autem nitroſæ evadere poſſint?

ulterius Excellentiſſ. STAHLIUM in *Obſervat. Chymico-Medic. de Nitro.*

Veterum Nitri exiſtentia indubia.

IX. Utut autem ſeſe res habeat de Nitro fluminis Nili, hoc tamen totam de exiſtentiâ Nitri Veterum non evertit doctrinam, quòd ſi enim vetuſtiſſimæ antiquitati incognitum fuiſſet, cur quæſo PLINIUS, aliique vetuſtiores adhuc Scriptores ejus mentionem feciſſent? DIOSCORIDES certè, GALENUS, aliique priſcorum temporum Jatro-phyſici in ſuis monumentis Nitrum allegârunt, etſi nullas ejus notas tradiderint, procul dubio, quod illud per ſe unicuique notum ſit, exiſtimantes. PLINIUS verò memorat, neminem *Theophraſto* diligentius de iſto *Naturæ Concreto* ſcripſiſſe, è quo loco ſatis patere arbitror, extitiſſe jam apud Veteres *Nitrum*, hoc etiam cognitum fuiſſe, imò plures, quorum ſcripta ad nos haud pervenêre, illius naturam explicuiſſe, neminem tamen melius Theophraſto hoc argumentum pertractâſſe. Sed & ulterius è Veterum monumentis innoteſcit, in Europâ, æquè ac in Aſiâ & Africâ, Nitrum olim vel natum vel certè humano artificio conflatum fuiſſe. Auſus hinc erat GEORGIUS AGRICOLA *Libr. XI. de Re Metallicâ* figuras Inſtrumentorum, quibus id elaboratum eſſe ſibi imaginabatur, curioſo figmento delineatas ob oculos ponere.

X. De

X. De *nativo* Veterum *Nitro* quæritur porrò, utrum illud inſtar aliorum concretorum Salium vel Succorum in Terræ fodinis reperiatur, ac inde etiam eruatur? Ejus fuiſſe opinionis AGRICOLAM obſervavimus, ſed nullo innixum fundamento. PETRUS autem BELLONIUS, qui loca, ubi illud naſcitur, αὐτόπτης luſtravit, *Libr. de Medicato Funere* expreſſis verbis ſcripſit, *Naturam nunquam dediſſe Nitrum terrâ contectum.* Huic igitur potior fides habenda, quàm AGRICOLÆ, ATHAN. KIRCHERO & aliis, Nitrum pro *Concreto* quodam *foſſili* habentibus. Ubinam igitur, & quânam ſub formâ reperiebatur olim Nitrum, ſi foſſile non fuit, quærere videris? Scito proin, multis in Europæ, Aſiæ & Africæ partibus illud proveniſſe, ſicut adhuc dum hodie provenit: *Macedoniæ* Regionem verò optimum copioſè exhibuiſſe PLINIUS auctor eſt, *Libr. XXXI. Hiſtor. Natural. Cap.* 10. Vocabant illud ſubinde *Chalaſtricum*, à Chalaſtrâ Theſſaliæ quodam loco; & alicubi tegebat quidem ſuperficiem aquarum, alibi verò harum fundum occupabat. Apud *Medos* alioſque Aſiæ Populos ſupremæ telluris faciei inhæſit, in caneſcentibus ſiccitate convallibus; *Halmirhagam* appellârunt, voce græcanicâ ex ἅλς, *Sal*, & ῥήγνυμι, *rumpo*, compoſito, quoniam Nitrum inſtar Salis ferè è terrâ erumpit: Deſertum

Ubinam nativum Veterum Nitrum proveniebat?

ſertum quoque Arabiæ non longè à Mari rubro copiam Nitri exhibuiſſe, BELLONIUS memoravit. *Factitium* denique Nitrum Africa penè ſola ſubminiſtrabat, conficientibus id Ægyptiis Nili accolis, prout ſuprà jam monitum eſt.

Aphronitrum. XI. *Aphronitrum*, Ἀφρόνιτρον, ab ἀφρὸς Νιτρὸν, latinè *Nitrum ſpumeum*, Veteribus quoque cognitum, ſcopulis & rupibus, calcariam naturam habentibus, ex Aëre quaſi præcipitatum adhæreſcebat, paulatinâ accumulatione effloreſcens. Suppeditabant hoc maximè Specus ſive Speluncæ plures Aſiæ, quod ſubſtantiæ ſuæ ratione medium erat inter *Nitrum* & *Spumam Nitri*, ſcilicet concretum tenuius ac levius *Nitro*, ſpiſſius verò, denſius, atque ponderoſius *Spumâ Nitri*, adeoque ſuâ conſiſtentiâ Nitrum calcinatum referens; ad Balnea hinc præ reliquis expetitum atque uſurpatum, quoniam ob majorem particularum ſuarum acrimoniam efficaciores pro inciſione & exterſione Aquas reddebat.

Flos ſ. Spuma Nitri. XII. Genus Nitri omnium tenuiſſimum, ſubtiliſſimum, leviſſimum, & candidum *Flos Nitri* ejusdemque *Spuma* dicebatur, quòd Spumam friabilem, albam, leniterque ſalſam referebat. Soboles hæc Salis aërei coagulati variis in locis proveniebat;

iebat; exhibuerunt enim illam Aſiatici
ampi, in ſolitudinibus v. gr. Mediæ, ubi
oſi Nitro largiter effloreſcenti inſidebat,
ut ex eodem velut pullulabat: exhibue-
int etiam Ægypti Nitraria: dederunt
indem, dantque adhuc hodie Muri anti-
ui calcarii, Cellarumque Vortices ac Pa-
etes, in quibus Sal Calcis vivæ animatur
uaſi ab Aëre, ac in raram, candidam,
ûmoſamque materiam Nitri flori ſimi-
m, coagulatur, quæ dein elixiviando
icitur, ſed tam copioſis particulis ſalinis
: elaſticis minimè prædita eſt, quàm qui-
em Nitrum commune, & uſitatum. Vo-
tur hinc meritò quoque *Nitrum imperfec-
m*, imò Nitri appellatione prorſus indi-
num. Non prætereundum heic experi-
entum POTERII, *Libr. I. Pharmac. cap.* 7.
uo quidem obſervavit, Nitrum ejusmodi
onte è Terrâ erumpens, & quod absque
rtificis operâ habetur, de naturâ Salis ar-
oniaci participare; quod verò artificiosè
terrâ elicitur, atque è muris colligitur,
hil quidquam de naturâ Salis armoniaci
deptum eſſe.

XIII. Quanquam autem hæc Veterum *Veterum Nitra hodie minus cognita ſunt.*
tra, eorumque allegata loca natalitia ho-
ernâ die prorſus ignorentur, neque in-
niri amplius queant, dubium tamen nul-
m eſſe debet, quin aliquando extiterint,
cùm

cùm in tot Veterum Scriptorum monumentis illorum mentio facta reperiatur. Magis jam è re erit, loca quædam indigitare, ubi hodie illud Naturæ Concretum reperiatur. Vidit *nativum* illud BELLONIUS in ſolitudine inter *Memphim* ac *Hieroſolymam*, adeo copioſum, ut plurimæ naves eo onerari potuiſſent. Convalles quoque *Mediæ* hodierno tempore eo repletæ notantur, ſecus atque *Plinii* tempore fuerunt, quemadmodum id refert PAULUS LUCAS, *Gallus* in ſuo Itinerario Gallico, *Voyage du Levant Tom. II. cap. 3.* Aphronitrum, AGRICOLA refert *Lib. III. de Natur. Foſſil. cap. 11.* Neoſchomburgi, Arce Bohemiæ proveniſſe, ubi nimirum ex Cellâ vinariâ ſaxo incisâ ſtiriæ dependerint, Nitrum coctione exhibentes, multum acre, parum ſalſum, parumque amarum, quæ vera ſunt *Aphronitri* indicia. *Eſt & Oppidum Germaniæ*, referente ſic *Clariſſ.* GUNTH. CHRIST. SCHELHAMMERO, *Commentat. de Nitro Capit. 3. pag. m. 43. Sereniſſimi cujusdam Saxoniæ Ducis ſede celeberrimum*, Leucopetra, *German.* Weiſſenfels/ *ad Salam fluvium altâ ſub rupe ſitum, ex quâ ei Arx Principalis imminet. Heic in Domo Reverendi Ser. Principis Confeſſionarii cella eſt profundiſſima, quippe ex tribus infima, quæ ſimul altiſſimo fornice gaudet, tota in ſaxo exciſa, è cujus ſummo per ſtirias excavatas, tandemq; cadentes aquæ con-*

Nativi hodierni Nitri loci natales.

continuè depluit, quæ ubi fundum attingit, in Nitrum vertitur, durum, ſaxeum, ut malleo vix obtemperet; termini hujus Cellæ, qui parietum ſunt loco, eodem Nitro incruſtati ſunt; prorſus ut vix rupis aliquid appareat. Hoc Veterum eſſe Aphronitrum nullum dubium eſt; nam ardet igni admotum, ſtridetq;. Spuma porrò *Nitri*, cum tenuiſſima videatur eſſe particula Nitri, ibi quoque reperiri ſolet, ubi Nitri eſt proventus. Nimirum ſuperficiem illa tegit Nitri nativi, Roris inſtar, quemadmodum id BELLONIUS in Aſiatico ſuo Itinere adcuratè notavit.

XIV. Hodiernum Nitrum, quod communiſſimo in uſu eſt, merè *factitium* exiſtit, nec ſcitur, quo tempore, quibusque Auctoribus primò fuerit excoctum, & fabricatum; utut nativum quoque hodiernâ die in tantâ Commerciorum felicitate haberi facilè poſſet, niſi negligentiores forent Mercatores. Superiùs autem paragrapho ſexto diximus, geneſin Nitri in Terris exiſtere illis, in quibus Urinæ, aliaque excrementa animalium colliguntur plus minus copioſè: hæc proin terra eſt, quæ ſui coctione Nitri proventum exhibet, quæque variis ex ſignis cognoſcitur ab illis, quorum profeſſio eſt Nitrum excoquere. Cognoſcitur videlicet illa Terra nitroſa *primum* ex ſapore, quem acriuſculum nonnihil habet, ſi

Hodiernum Nitrum eſt merè factitium.

Signa nitroſitatis terræ.

Linguæ impoſueris. *Deinde* baculum ferreum Terræ, quam ſuſpicantur nitroſam eſſe, intrudunt, inibi aliquamdiu relinquunt; quòd ſi poſtea extractus denuo baculus maculis ex flavo candentibus niteat, non dubitant amplius, Nitrum iſti Terræ ineſſe. *Tertiò* Terræ ejusmodi paulum injiciunt prunis, atque ſi ſtrepitum inde quendam excitari, candidasque ſcintillas aſſurgere obſervant, protinus terram illam Nitri feracem eſſe pronunciant.

Modus conficiendi Nitrum.

XV. Nitrum conficiendi modus nonnihil diverſus eſt, ſive materiam, ſive formam ipſam conſideremus, vix autem hodiernâ die Nitrum in Europâ conficitur ſine acceſſione Salis alcalici in Cineribus adhuc ſuis latentis; unde citatus AGRICOLA, qui Vir fuit in Concretis ejusmodi naturalibus examinandis, diſtinguendis &c. verſatiſſimus, hodiernum noſtrum Nitrum appellare voluit *Halinitrum*, ſive *Sal Nitrum.* Modum autem parandi Nitrum invenimus prolixè traditum in *Operibus* ejusdem, quem ſecuti BACCIUS *Italus Libr. de Thermis*, GUIL. le CLARCK *Anglus*, *Libr. de Hiſtoriâ naturali Nitri*, UNZERUS *Germanus*, *Libro de Sale*, *Cap.*18. & alii nonnihil concinnius atque clarius modum illum deſcripſerunt, ſed nullus tamen eorum ſatis perfectè ſeſe hoc in negotio explicuit, quam-

uamobrem SCHELHAMERUS *loc. citat.* ag. 75. adcuratiſſimum modum credidit le deſcriptum à *Caſimiro Simien* … oiono, eumque ſic in compendio exponit: *xploratâ prius ſoli naturâ, quod guſtu ſit, cùm nguam admota mordet & vehementer afficit, us copia effodienda, & aëri ad ſiccandum pauſper exponenda eſt: Cinerum dein ex ſolido igno, Robore, Quercu, Fago, Fraxino, partes æ, Calcis nondum Aquam paſſæ partibus tris miſceantur: ad manum tunc ſit Ligneum s, capaciſſimum, cujus in fundo foramen turne obturandum, frondibus arborum ſuperpoſitis: ndus verò totus ſtramine obtegendus: quo cto terra Nitro fœta palmum alta ngerenda, n cinerum calcisq; mixtura, duorum digitorum itudine, rurſumq; terræ totidem, & cinerum ernatim, donec propemodum vas impletum ſit: c mixtura aquâ dulci ad eminentiam quatuor gitorum perfunditur, & fit lixivium, aperto ndi foramine in cupam ſubterpoſitam demittdum. Lixivium hoc in cortina ad ſpiſſitatem uitur, ſpuma & impuritatibus ſupernatantibus bleari perforato ſubinde exceptis & ſeorſim vatis. Tum in ligneum vas, lixivium probè uratum infunditur, obtectum benè, ut reſiiat, ita ſal omne, quod ex cineribus acceſſe, ad fundum deſcendit; Lixivium denuo in rtinam lentè defunditur, & igne luculento ſus decoquitur, ad conſumtionem dimidii, vel ec guttæ in marmore conſiſtant, ſic rurſus*

M 2 *effu-*

effuſum in vaſa lignea poſt triduum denuo in cryſtallos concreſcit, &c.

Nitrum excoquitur è Terræ glebis.

XVI. Sic ergo è Terræ glebis *Nitrum* excoquitur, factitiumque eſt omne, quod paſſim in Europâ divenditur: fit autem in Hiſpaniâ, Galliâ, Italiâ, Germaniâ, Angliâ, Poloniâ, Sueciâ, & quidem in plurimis horum Regnorum locis, ut impoſſibile planè ſit ea ſingula commemorare. Cùm autem poſt inventum pyrium Pulverem incredibilis ejus quantitas ab Europœis requiratur, India Orientalis huic penuriæ ſubvenit, copiamque iſtius Concreti maximam quotannis per navigia in Belgium transmittit. Præcipua verò, ſicuti THEVENOTIUS refert *Itinerarii ſui Part. 3.* Nitri mercatura in Urbe Azmerâ eſt, ubi ingens ejus quantitas è terrâ nigrâ ac pingui conficitur; inſignem nimirum foveam eâ ipsâ terrâ implent, aquam dein affundunt, ac tudibus magnis è duriſſimo ligno confectis ſubigunt, probeque ſubactam tamdiu relinquunt, donec Aqua omne, quod ineſt, Nitrum imbiberit. Aliquamdiu ſic relicto limo, quod clarum ſuperſtat Aquæ auferunt, & in cortinis decoquunt, ſpumam continuè auferendo; quod verò in cortinis ad fundum ſubſedit, coagulatum ſub Solis radiis ſiccant: hinc Nitrum omne in proximas Urbes maritimas devehunt,

Sura-

uratam inprimis, ubi ab Europæis dein
autis & Mercatoribus coëmitur, atque in
elgium ferè omne devehitur.

XVII. Aliquando tamen etiam è *lapi-* *Nitrum è lapidibus quoque habetur.*
bus elici Nitrum extra controverſiam eſt;
lapidibus videlicet tali materiâ turgidis,
cèt hi rariores exiſtant Terris nitroſis. Vi-
t ipſe SCHELHAMERUS *Salmurii*, op-
do in Galliis, cujus mœnia fluvius Lige-
alluit, Lapidicinam, in quâ Lapis ex-
ditur Nitro turgens, cujus in pulverem
dacti partes quatuor cum unâ cinerum
rte miſcent, ac decoquunt, decoctum
in hoc per linteum vel colum transmit-
ıt, iterataque coctione ad medium redi-
nt, in frigidum locum reponunt, Ni-
ımque ſic haud difficulter nanciſcuntur.

XVIII. An Nitrum à Mundi origine *Nitri ætas.*
erit & extiterit ibi, ubi hodie reperitur,
æri poteſt? Equidem dubium eſſe nul-
m debet, principia ac elementa Nitri
undo coæva eſſe; inde tamen haud con-
di poſſe arbitramur, præcisè iis omnibus
locis fuiſſe, ubi jam eſt. Quemadmo-
m enim Metalla & Lapides paulatinâ
varum particularum accretione & com-
nатione gigni atque augeri poſſe dudum
EORG. AGRICOLA *Lib. V. de Ortu atq;*
uſis ſubterran. Cap. 1. & poſt hunc GEORG.

BAGLIVUS *Libro ſingulari*, atque inſuper *Epiſtolâ ad Hottonem*, aliique Recentiores ſatis adcuratè demonſtrârunt; ita hoc idem de Nitro magis adhuc efferendum eſſe credimus, pluribus, iisque indubitatis experimentis convicti, quæ quidem à GLAUBERO in *Libr. Felicitatis Germaniæ*, Celeberr. JOH. BOHNIO, in *Diſſertat. de Aëris in hæc inferiora influxu*, aliisque in lucem prolata ſunt. Terram videlicet omni Nitro vacuam, vel eo quoque planè exhauſtam & orbatam ita præparare nôrunt, ut aliquo pòſt tempore Nitri proventum exhibeat. Inprimis autem *Terra* illa *Wisbadenſis* non longè à Francofurto ad Mœnum diſſita, ubi Thermæ excellentes ſcaturiunt, Calce & Cineribus permiſta Urinâque crebrò perfuſa, ſingulis fere bimeſtribus Nitri copiam ſuppeditare ſolet. Ita quoque Terræ populoſiſſimarum Urbium, maximam quotidie copiam Urinarum & aliorum excrementorum recipiens, putealesque plures in illis Aquæ Nitrum exhibent, laxamque Hominibus, eas in potu quotidiano admittentibus, alvum plerunque tenent.

Nitrum in aëre nullum eſt.

XIX. Voluit aliquando MAYOVV, *Anglus ille Jatro-phyſicus*, originem Nitri ab Aëre deducere, dum ſpiritum in hoc planè nitroſum exiſtere aſſeveravit *Diſſertatione de Spiritu Nitro-Aëreo*. Verùm Spiritûs hujus,

hujus, ficti planè & gratis excogitati exiſtentia non in dubium tantùm vocatur, ſed evidentiſſimè porrò refutatur inſtitutis hanc in rem experimentis, v. gr. à JOH. CONRADO BARCKHAUSEN, *Viro in Chymiâ verâ exercitatiſſ. hujusq; Profeſſore in Academiâ Ultraject. Celeberr.* Non ſecus atque à MARIOTTO *Clariſſ. in Galliis Phyſico*, qui unius ejusdemque Terræ, Nitro omni per elixationem exquiſitiſſimam privatæ, portionem unam in Cellâ, alteram verò in ſupremâ ædium contignatione per biennii ſpatium collocavit: elapſo hoc tempore quæ Cellæ impoſita erat Terra, Nitro turgida fuit, quæ verò in ſupremâ parte domûs repoſita manſerat, in liberiore Aëre, ne micam quidem ejus in ſe habuit. Ut adeo Nitri originem non ab Aëre, ſed potius à Terrâ deducere oporteat. *Si foret*, inquit porrò *Clariſſ.* BARCKHAUSEN, *nitroſus Aër, ſalia alcalia ipſi in plano vaſe per aliquod temporis ſpatium expoſita, tandem aliquando nitrata evaderent, perinde ac illud contingit in Spiritu Nitri acido, & ſalibus alcalinis invicem miſtis.*

Argumentum pro nitroſitate aëris refutatur.

XX. Demonſtrare tamen ulterius conantur nitroſitatem Atmoſphæræ ex illâ materiâ albâ è muris efflorеſcente, quam Nitrum ex Aëre præcipitatum, & cum Calcis particulis miſtum eſſe contendunt; un-

de vel Flos aut Spuma Nitri, vel Nitrum calcarium appellari mereatur. Verùm ſi materiam hanc adcuratè examinemus, utut illa Spumæ Nitri ſimillima exiſtat, linguamque deguſtata ſimili cum Nitro frigiditate percellat, vel leniter adſtringat, nil tamen minus, quàm nitroſæ eſt proſapiæ, quoniam contra Nitri naturam cum acido humore miſta manifeſtè turgeſcit, adeoque alcalina prorſus eſt, veréque Calcis murariæ flos aut ſpuma, ex igneis particulis cum terreis aduſtis & aquoſis quibusdam invicem coactis, atque ſenſim in alcalinam ſubſtantiam ab externo aëre calido concretis, nata, atque lanuginis inſtar externæ parietis ſuperficiei adhæreſcens.

Alia objectio diluitur.

XXI. Sed audio te ulterius objicientem, Nitro ineſſe vim elaſticam, adeoque ex Aëre ceu corpore Mundi maximè elaſtico, ejus originem deducendam eſſe. Verùm neque hoc argumentum pro ſtabiliendâ nitroſitate Aëris vel Atmoſphæræ quidquam valet; ſi quis enim Nitro elater ineſſet, non tam genuinis Nitri, quàm Aëris intra poros Nitroſæ glebæ compreſſi particulis adſcribendus foret, quemadmodum id variis experimentis commonſtrari poſſet.

XXII. Notum eſt, è Nitro per Retortam Chymicos vi ignis deſtillare *Spiritum aci-*

ucidiſſimum, vel certè *acerrimum*, retromanente terrâ mortuâ Sal alcali in ſe continente; quæritur hinc, utrum talia principia, vel tales res, quemadmodum magnâ ignis violentiâ eliciuntur, eâ formâ atque figurâ in Nitri corpore exiſtant? Certè vix credibile eſt; quod ſi enim tam acres in illo ſpiritus exiſterent, tum aſſumtum profectò interanea corrodere, ac ita maximam inferre noxam deberet, quod eſt contra experientiam. Probabilius hinc eſt, acrimoniam tantam Liquoris ſpirituoſi è Nitro prolecti ab adhæreſcentibus particulis igneis provenire, quæ in ipſâ Nitri deſtillatione rum aqueis illius miſtæ in altum elevantur, & ſub rubicundi vaporis formâ aſcendentes in Recipiente ampliſſimo à frigore urſùm condenſantur, inque formam liquoris mutantur. Nec melius judicandum ſt de alcalino ſeu urinoſo Sale, in quod uſtum convertitur Nitrum; certè enim productum id eſſe videtur torquentis nimiopere ignis, à quo corpora per abſumionem ac diſſipationem humidi maximè poroſa redduntur, adeoque alcalina. *An talia in Nitro exiſtant, quæ inde vi ignis eliciuntur?*

XXIII. Quod *Colorem* Nitri in communi uſu exiſtentis concernit, *candidus* ille ſemper obſervatur, quamvis id ſuis adhuc ſordibus inquinatum exiſtat, quas credibile eſt à cineribus in præparatione admixtis *Color Nitri.*

 origi-

originem habere, atque demum in ſolutione, filtratione ac depuratione Nitri ſeparari. Nimirum hic nativus eſt Nitri color, ita quidem ut quo candidius comparet, eo ſimplicius, magisque purum illud exiſtimandum ſit. Nivi hinc ſimile quod eſt, atque ſplendidum, pro genuino magis haberi ſolet: arguunt verò alii colores mixtionem vel compoſitionem quandam cum alienis corpuſculis. Attamen in Indiis orientalibus *Nitrum* dicitur quam optimum *gryſei coloris* reperiri, quem colorem fortè cineres conciliant; ſicuti ſulphureo-terreſtres admixtæ particulæ faciunt, quòd Ægyptium exiſtat *fuſci*, Neapolitanum ſicut & ſubinde Alexandrinum *roſei*, Puteolanum *flaveſcentis*, Memphiticum denique *rufi* Coloris: apud Arabes quoque *nigrum* conficiebatur olim, ſed pejoris id erat notæ, ſuumque colorem vel à bitumine adhæreſcente, vel à fumo lignorum, è quibus combuſtis fiebat, adipiſcebatur.

Nitri Sapor. XXIV. De *Sapore* Nitri quilibet judicare novit, amaricantem nimirum illum cum ſalſugine acri mixtum, & frigoris tantilli ſenſu Linguæ fibras afficientem habet. *Conſiſtentiæ* verò reſpectu *nativum* Nitrum ſpiſſius nonnihil, terreum magis, laminoſum, ac durum valde, ut etiam ferrum lapidis inſtar obtundere poſſet, minus pellu-

pellucidum; *artificiale* contrà magis tenue, molle, fragile, contritu facilius, depuratius, atque cryſtallinum, præſertim ſi purificatum ulterius fuerit.

Nitri Natura & proprietates.

XXV. Si quidquam in Regnis ſublunaribus admiratione dignum evaſit, ſanè Nitri eſt noſtri *Natura*, quæ *primò* vel inde clara & manifeſta redditur, quando *Nitrum* corporibus combuſtibilibus ſc. Antimonio, Sulphuri, vel Carbonibus commixtum prunisque injectum flammam concipit, aut excitat cum impetu, hincque deflagrat, ſimul ac calorem perſenſit. *Secundò* pateſcit illa ex *figurâ priſmaticâ* & *pyramidali*, quam quidem ex certa particularum ſuarum modificatione, quaſi mechanicâ, ſibi nativam adquiſivit, atque retinet, quamdiu *Nitrum* in craſi ſuâ non eſt deſtructum: ſimul autem ac *acidum* v. gr. *Vitrioli* in præparatione *Arcani duplicati*, aut acidum *Sulphuris*, ſive communis in *Sale polychreſto*, ſive *antimonialis* in elaboratione *Nitri antimoniati*, cum principio *Nitri* alcalino ſeſe conjungit, tunc *Spiritu Nitri* acido à terrâ per ignis beneficium dejecto, figura *Nitri* pyramidalis mutatur. *Tertiò* obſervatu dignum eſt, unde fiat, quòd cùm Nitrum ſit corpus ex ſalinis particulis conflatum, atque extraneo calore probè ſiccetur, antequam in deſtillationem veniat, tamen *Sal Nitri* in reci-

Excitat flammam.

Particulis conſtat priſmatica figurâ præditis.

piens

piens ſubjectum per ignem compulſus, non adhæreat illi vaſi in forma cujusdam ſublimati, (ſicuti id aliâs uſu venit in *Sale armoniaco*, & aliis quibusdam ſalinis corporibus, quando eodem modo deſtillantur) ſed in liquorem potius abeat, qui neque ex toto, neque ex parte ſui aliquâ, frigoris ambientis ope rurſus coagulatur, quemadmodum in *Spiritu Urinæ*, aliisque liquoribus volatilibus accidere ſæpenumero videmus. *Quartò Nitrum* præ aliis ſalibus hoc peculiare fovet, quòd particulæ æthereæ ad flammam quamcunque ſuſtentandam, vel etiam ſplendidiorem reddendam in eo hoſpitentur, quippe adnotamus, *Nitrum Sulphuri* admixtum in vitro ab aëre vacuo, etiam ſubter aquas ſatis promptè deflagrare. Vide ſupra citat. *Excellentiſſ.* BERNOULLIUM, ut & MAJOW *de Parte Aërea Igneaq; Spiritûs Nitri p.* 15. *Quintò* omne *Nitrum* additione decenti *Vitrioli* ſub deſtillatione debitâ *Spiritum* exhibet *corroſivum*, *Aquæ fortis* nomine vulgariter inſignitum, qui tamen ferè nil niſi *Spiritus Nitri* eſt; etenim ſalino acida corpuſcula Nitri, ceu leviora, vi ignis promtius commoventur, volatiliſantur, & è vaſis deſtillatoriis expelluntur, acidæ verò particulæ Vitrioli, ceu ponderoſiores, vim ignis magis ſuſtinent, & nitroſorum corpuſculorum exhalantium occupatis porulis, maximâ ex parte

Aqua fortis.

parte retro manent, niſi vehementiſſima vis ignis adhibita fuerit. *Sextò*, Nitrum igne exuſtum, & calcinatum, adeoque particulis ſuis aquoſis privatum, igneis verò imprægnatum *craſſius*, *acrius*, & uti Chymicorum vox eſt, *fixius* redditur. Quòd ſi autem prunis injiciatur Nitrum *factitium*, non ſine ſtrepitu totum conſumitur; quem ſtrepitum aquoſis particulis adſcribendum eſſe, quæ poris Nitri incluſæ ſunt, dubitare nos vetat examen Nitri chymicum; quin ſtrepitus ille ſimilis eſt illi, quem aqueæ guttulæ prunis injectæ excitant. *Nativum* Nitrum, terreas adhuc plurimas in ſeſe particulas continens, prunis injectum non niſi crepitat Salis inſtar. *Septimò*, ſi Nitrum *factitium* Ollæ vel Crucibulo immiſſum ſuper ignem ponas, ita ut proximè ignem haud tangat, tum neque crepitabit, neque ſtrepitum edet, aut diſſiliet, ſed liquabitur, ac ita in fluorem redactum paulatim conſumetur, & in ſuo pondere minuetur, id quod non rectè obſervâſſe videntur WILLISIUS *Pharmac. Rat. Part. I. Sect. 4. Cap. 2.* & ex hoc ETMULLERUS, quando dixerunt, Nitrum in crucibulo liquatum vim ignis absque notabili diſpendio ſuæ ſubſtantiæ & gravitatis ſuſtinere poſſe. *Octavò* notandum, quòd tam *nativum* quàm *factitium* Nitrum Aquâ ſolvatur; & quidem hoc *factitium* atque elutriatum totum,

totum, illud verò *nativum* non totum, quia plures adhuc ſecum conjunctas habet particulas terreſtres, quas aqua linquit intactas. Hinc *nonò* Aëri *ſicco* expoſitum Nitrum mutationem ſui nullam experitur; in *humido* autem collocatum & aliquamdiu relictum diffluit, & paulatim conſumitur.

Experimenta circa Nitrum.

XXVI. Ut autem dilucidior evadat *Nitri natura*, adhuc quædam veniunt depromenda experimenta. Sic enim *primò Nitrum* cum tribus partibus *Argillæ* mixtum, largitur *Spiritum acidum volatil. corroſiv.* qui formâ rubicundiſſimorum fumorum in Vas recipiens per deſtillationem prodit. Hic *Spiritus*, ſi quidem melioris eſt notæ, in patulo vaſe derelictus, fumare & ita ſe quaſi ipſemet ſenſibili exhalatione, præſertim ſi aliqualis acceſſerit calor, conſumere ſolet, adeo ut nares feriat, atque etiam in oculos incurrat. Optimè autem eadem *Spiritus Nitri* effluvia per evaporationem cognoſci, & clarè etiam videri poſſunt, quando *Spiritus Salis armon. urinoſ.* prope vitrum, in quo continetur *Spiritus Nitri*, poſitus, fumos ac nebulas ſatis craſſas producit, evidenti documento, *Spiritum Nitri* continuò emittere effluvia, quæ cum ſalinis volatilibus ſimul expirantibus *Spiritûs Salis armon. urinoſi* particulis mixta, & quaſi in minutiſſimas particulas congredientia, talem

con-

conſtituunt fumum. *Secundò*, ſi Nitro comminuto affunditur *Spiritus Vitrioli*, ſine magnâ vi ignis prodit *Spiritus Nitri*, retromanente *vitriolico* illo cum *alcaliſato ſale Nitri*; hoc artificio etiam *Spiritus Salis* igne arenæ ex *Sale communi* elici poteſt; proceſſum vide in *Laboratorio Ceylonic. p.* 162. Et notabile hoc eſt, quod caput mortuum hujus Spiritûs, cum debita quantitate pulveris carbonum mixtum & calcinatum, conſtituat *Sal* ſummè *alcalinum*; quoniam Sal volatile acidum in calcinatione exhalat, & alcali Nitri cum alcali ſalis Carbonum combinatur. Ita *tertio*, quæ eximia optimi Nitri nota eſt, hoc cum carbonibus, vel corpore ſulphureo ſub igne fortiori abit in Nitrum fixum merè alcalinum, atque prunis injectum penitus deflagrat. *Quartò* Nitrum aquæ Calcis vivæ injectum non impedit, quo minus hæc ab admiſtâ ſolutione Mercurii ſublimati flaveſcat. Quòd ſi autem *quintò* ſolutionem eandem Mercurii ſubl. affundas ſolutioni Nitri, tum candidus inde liquor evadit. *Sextò*, Nitrum ſolutum Tincturam coeruleam Tornæ Solis chartæ illitam nihil mutat. *Septimò*, Nitrum Gallarum Infuſo injectum, iſtud in coagulum candidum vertit.

Spiritus Nitri.

XXVII. Ex hactenus dictis ſatis ſuperque evinci poſſe arbitramur, Nitrum nati-

Quid propriè ſit Nitrum?

nativum eſſe Sal ſui generis, ſive peculiare quoddam, quod in ſeſe haud paucas habeat moleculas terreas, cum ſalinis & aquoſo-ſucculentis miſtas. Sed hic quæri poteſt de Nitro factitio, annon alcaliſatas ſecum vehat particulas ſalinas, cùm ad illud conficiendum cineres communiter adhiberi ſoleant, alcalino ſale conſtantes? Verùm ſciendum, alcalinas Cinerum & Nitri particulas è Terrâ nitroſâ excoctas inter ſe haud miſceri, ſed alcalicas illas poſt coctionem prius fundum petere, Nitrum verò ſubliminiores liquoris portiones implere, adeoque ſeparatim colligi ſolere. Ut adeo Cineres illi adhibeantur non niſi depurationis gratiâ, quanquam & ſine Cineribus Nitrum produci queat, quemadmodum hodie in Indiis orientalibus fieri ſolet, quod enim Nitrum ex illis ad nos Oris devehitur, ſine ullâ Cinerum adjectione concinari perhibetur. Imò in Galliâ Nitrum quoque fit ſine Cineribus, vocant *Salpetre de Houſſage*, hocque *Chymicus* ille *Pariſienſis Celeberrim.* L'EMERY cœteris omnibus præfert.

An alcaliſatas in ſe habeat particulas?

Nitri virtutes & operationes.

XXVIII. Ardua certè molitus ſum, dum *Naturam Nitri* deſcribere ſtudui, longè autem majora nunc moliri videor, quando inſignes & innumeras ejusdem *Virtutes* atque *Operationes*, quas quidem edere ſolet in corpora alia, maximè mineralia, vegeta-

bilia,

bilia, imò in ipſum corpus noſtrum, enarrare ſuſtineo. Multi Chymicorum in hoc Concreto *Menſtruum univerſale*, ſive *Alkaheſt Helmontii* quæſiverunt, quod radicaliter ſine ullâ alteratione omnia corpora ſolvat, an benè vel malè, exercitatioribus dijudicandum relinquo. *Spiritus* interea *Nitri* ſolvit *Lunam*, ex quâ diſſolutione fit egregium cauſticum, quod *Lapidem infernalem* appellamus. Ex *Marcaſitâ Spiritu Nitri* ſolutâ, poſt finitam ebullitionem, præcipitationes ope, conſit *Magiſterium* ejus: plura vide, ſi placet, in *Chymiâ Lemerii* & *Barckhauſii Philoſophiâ*. Nitrum cum *Tartari* æquali portione mixtum, & in retortâ tubulatâ deflagratum conſtituit *Sal volatile Tartari*, quod etiam nomine *Tincturæ Ammelungii* venit, & per rectificationem evadit longè elegantiſſimum. Relinquitur autem per deflagrationem iſtam in retortâ tubulatâ nigerrimum Caput mortuum, Sale alcalino vel alcaliſato turgidum, & dicitur Schwarzer Fluß/ cujus Pulvis ad reducenda Metalla ex mineris probatiſſimæ virtutis exiſtit, atque Docimaſtis notiſſimus. Videlicet *Nitrum* in arte docimaſticâ ſummæ eſt efficaciæ, quod ab *Auro* omnia heterogenea Metalla v. gr. *Cuprum*, *Stannum*, *Plumbum*, imò ipſum *Antimonium* ſeparare poteſt. Hinc arcanum Aurifabrorum, *aurum* per *Antimonium* fuſum, & regulinis particulis imbu-

Solvit Lunam.

Lapis infernalis.

Magiſterium Marcaſitæ.

Tinctura Ammelungii.

Separat alia metalla ab Auro.

tum, à conſortio aliorum Metallorum ſeparandi, atque ſic tandem puriſſimum reddendi, quando feliciſſimo ſucceſſu poſtea ignito *Auro* Nitrum injiciunt, quo quidem *Antimonium* unà cum heterogeneis Metallis *Auro* cohærens in Pulverem calcinatur, & ita ſejungitur, relicto *Auro* puriſſimo. Simili modo, quando v. gr. *Stannum* cum *Auro* mixtum eſt, quod aliàs difficillimè ſeparatur, mixturâ cum *Antimonio*, quod *Stannum* corrodit & imbibit, iterum beneficio injecti *Nitri* facilè ſegregatur à corpore *Auri*. Porrò *Nitrum* fuſum Oſſa duriſſima emollit, ac friabilia reddit: præterea Aquæ, vel Vino injectum valdè refrigerat; imò aliâs etiam congelat; ac denique vim fulminantem impertit.

Medicamina è Nitro. XXIX. Difficile explicatu & ſupra captum ferè humanum eſt, quod una eademque res naturalis, quemadmodum eſt *Sal Petræ*, per varias additiones cum ignis applicatione in tam multiplicia medicamenta, quoad colorem non minus, quàm quoad conſiſtentiam ac vires inter ſe valdè differentia mutari queat. De veritate hujus aſſertionis minimè dubitare poterit, qui ad experimentorum intuitum deducitur. Quòd ſi enim *primò ana puri & ſicci Nitri*, *Antimonio* permixti, in crucibulo ignito probè detonaveris, & poſtmodum edulcoraveris, *medi-*

medicamentum ſemper exinde adipiſceris *emeticum*, quod nomine *Croci Metallorum* venit, differens tamen ſecundùm fixitatis gradum. *Secundò* ſi triplum *Nitri Antimonio* commixti dicto modo deflagrare permiſeris, hincque pulverem album calciformem per aquæ multiplicem affuſionem à *Nitro* ſeparaveris, habebis medicamen ſudorem ciens, minimè emeticum, majori proin doſi aſſumi aptum, quod eſt ipſiſſimum *Antimonium diaphoreticum*. *Tertiò Nitrum* cum tantillo *Sulphuris* communis in *Lapidem Prunellæ* ſic dictum, vel in *Cryſtallum mineralem* ſub aliquâ coctionis torturâ abit. Et *quartò* cum æquali ejusdem ſulphuris portione detonatum in Sal *polychreſtum* magis alcalicum mutatur. *Quintò* cum *Cornu Cervi* pulveriſato mixtum & calcinatum, dat efficaciſſimum *Pulverem antiſebrilem*, *alexipharmacum*, in *Febribus malignis* optimo cum ſucceſſu uſurpabilem. *Sextò* id probant *Nitrum ſaturniſatum*, *Nitri terra foliata* S. Cloſs. *ex Schrœd. Nitrum fulminans* Margr. *Collect. Leid. Nitrum nitratum*, *Nitrum inflammabile* Le Mortii, *Nitrum regenerat. Septimò*, *Nitrum* præterea ſi *Argillæ* quantitati debitæ ſubactum per Retortam deſtillaveris, exhibebit *Spiritum Nitri* ſimplicem, qui cum *Spiritu Vini* aliquamdiu in digeſtione detentus dat *Spiritum Nitri dulcem*: ſi verò cum *Vitriolo Nitrum* miſceatur, ſub deſtillatione exhibet *Aquam for-*

Crocus Metallorum.
Antimonium diaphoreticum.
Lapis Prunellæ.
Cryſtallus mineralis.
Sal polychreſtum.
C. Cervi nitratum.
Nitrum ſaturniſatum.
Nitrum nitratum.
Spiritus Nitri.
Aqua fortis.

fortem. Ut jam Arcanides *Nitri corallati, vitriolati, tartariſati*, vel *Diaphoreticorum antimonialium*, v. gr. *jovialis, martialis, ſolaris, lunaris*, aliorumque cum, aut è *Nitro* elaborari conſuetorum Medicamentorum mentionem brevitatis causâ prætercam. Vide ſi placet, *Collect. Leidenſ.* SPINÆ *Lexic. Phar. Chym. Medic.* L'EMERY *Chymiam*, BARCKHAUSII *Pyroſophiam*, & alios. In SCHELHAMMERI *Commentat. de Nitro Capite* 14. legi poſſunt diverſi, circa Nitratorum remediorum præparationes, à *Schrœdero* & *Zvvelfero* commiſſi errores, ſatis adcuratè ſcitéque notati.

Nitrum ad Fuſionem & depurationem Metallorum confert.

XXX. Sed & in fuſione depurationeque Metallorum eximiæ *Nitrum* eſt virtutis. Videmus enim in præparatione *Regulorum*, quo plus *Nitri* fuſo metallo adjicimus, eo citiùs & feliciùs habebimus *Regulum ſtellatum.* *Nitrum* quoque ad varia in Artibus mechanicis experimenta & opera producenda apprimè conducit. Utinam verò in pyrauſticam Artem hoc idem Concretum naturale, ad conficiendum humanæ vitæ tam pernicioſum *Pulverem pyrium* non fuiſſet tractum, qui nimirum è *Sulphure, Carbone* & *Nitro* concinnari, atque ad exploſiones Tormentorum bellicor. Sclopetorum, &c. uſurpari ſolet. Præterea Chymici ad cœlum ferè *Nitri* effectus in gene-

ratio-

ratione Vegetabilium extollunt. Ad hoc ipſum *Sal Nitri* alludere videtur *Evangeliſta* Lucas *Cap.* XIV. ℣. 34. *&* 35. Si *Aquam nitroſam*, v. gr. ex *Antimonii diaphoretici* edulcoratione provenientem in terram defundimus, tunc Vegetabilibus maximum dant nutrimentum, & robuſtiſſimæ hinc exſurgunt Arbores; quod ſimiliter præſtant ea omnia corpora, è quibus *Nitrum* educitur, dum nutrimentum Plantis uberrimum exhibent.

XXXI. Nullum proin Sal, nullumque Medicamentum invenitur, quod tantam laudem mereatur, tantosque in corpore noſtro effectus edat, quàm *Sal Petræ*: ſolutum certè illud & Sanguini mixtum diluit, eumque reddit *tenuiorem* ac *floridiorem*, imò & tali ipſum virtute imprægnat, ſub quâ haud facilè putreſcere poteſt. Nonnulli beneficio *Nitri* ſibi elegantiſſimum *Thermometrum* conciliare didicerunt è Sanguine humano, prout hoc refert *Celeberr.* HOFMANNUS *in Notis ad Poterium pag. m.* 46. Iis, qui res quascunque ex ſuis ponderant effectis, tale quid eſt perſuaſiſſimum, nullum corpus exiſtere in rerum Naturâ, quod *Nitrum* frigiditate exæquet; hinc enim Medici non minus quàm Chymici *Febricitantibus* illud eum in finem exhibent frequenter, ut humorum magnopere æſtuantium

Effectus Nitri in Morbis variis ſalutares.

calorem excedentem vel minuant, vel prorſus reſtinguant. *Sanguinis coagulationi* dein reſiſtere notatur, dum ejus particularum mobilitatem ac fluiditatem conſervat. *Sitim* etiam compeſcit, atque *Inflammationem* partium internarum egregiè diſſipat, ut proin haud ſine ratione à BACONE VERULAMIO *in Hiſtor. Vit. & Mort. Aroma frigidum* vocatum ſit. *Carminativum* non minus eſt egregium, quod *Flatus* Inteſtinorum potenter diſcutit, monente ETTMULLERO *Coll. Phyſ. in Schrœd. p. 904.* Unde etiam non malè GALENUS illud pro baſi ſui *Diaspolitici* requiſivit, quod ceu expertiſſimum commendatur à BARTHOLETO in *Malo hypochondriaco* valdè flatulento. *Alvum* ſimul *lubricat*, & ſubducit, prout in *Sale polychreſto* ſatis patet. Sic etiam in nimiâ *Salacitate venereâ* ſummum & ferè unicum eſt remedium; inde notatu digna eſt hiſtoria à TIMÆO à GULDENKLEE, *Libr. 3. Conſ. 52. p. 197.* adducta cujusdam extremè libidinoſi, qui *Nitri* continuato uſu tandem curatus fuit, ut ſibi & aliis deſierit eſſe moleſtus. Habet etiam vim *diureticam*, *arenam & ſabulum* per Urinam pellit, necatque *Vermes*, teſte WEDELIO in *Amœnit. Mat. Med. p. 365.* Abſtergit denique *Ulcera ſordida & cacoëthea*, atque ipſam *Scabiem* curat, de quâ Virtute poteſt videri LANGIUS

GIUS *L. 2. Epiſt. 4. p. m.* 410. inferiusque adhuc nonnulla dicentur.

XXXII. Non ſufficit autem effectus & qualitates *Nitri* quadantenus explicuiſſe, ſed operæ pretium ſimul eſſe videtur, ut rationes talium phænomenorum à Nitro provenientium reddamus: Videntur autem nobis oriri, quemadmodum id luculentis indiciis comprobare poſſumus, à figurâ, motu, & diſpoſitione variâ particularum, è quibus *Nitrum*, nitroſaque Remedia componuntur. Nimirum Sali ſalſo volatili Nitri debentur ſolutiones, deſtructiones, calcinationesque Metallorum, Mineralium, Oſſium & Cornuum. Ob eundem Salem blandum volatilem Vegetalibus vigorem & nutrimentum exhibet. Quòd in corpore noſtro Sanguinem *reddat fluidiorem ac tenuiorem*, id ferè unicè debetur particulis acutis, oblongis, quibus craſſa corpuſcula incidit & reſolvit; quin & iisdem particulis putredinem compeſcit atque præcavet. Porrò *frigefaciendi*, quâ pollere dicitur, qualitas corpuſculorum figuræ oblongæ pyramidali tribuitur, quoniam frigoris ratio conſiſtit in quiete partium & motu rectilineo particularum minutiſſimarum, quem rigida ejusmodi & oblonga corpuſcula facilè conciliare ſolent. Præterea quòd Medici utantur in *æſtu ſanguinis*

Ætiologia phænomenorum Nitri.

Hominum Febri Ungaricâ laborantium, & quòd coagulationi reſiſtat, ſitim compeſcat, Inflammationi medeatur, ſimilesque alias virtutes exerceat, non niſi derivandum eſt à peculiari Salis Nitri particularum figurâ, rigidâ nonnihil & acuminatâ, ob quam aptum eſt ſeſe tenacibus humorum moleculis inſinuandi, has inflectendi, diſcutiendi, ac ita ſanguinis æſtum, ab alkalini principii prædominio frequentiſſimè ortum, reſtinguendi, dum videlicet Sal alkalinum ſaturat atque infringit, quo facto moleculæ ſanguinis extemplò alium ſitum, & determinationem vel modificationem aliam adipiſcuntur. *Carminativum* eſt egregium, ſi flatus ab humore viſcido pituitoſo oriuntur, quod ſuis particulis volatilibus acuminatis incidere, atque ſic aëreis flatus moventibus particulis libertatem & exitum quâ datâ portâ conciliare poteſt. Diligentiſſimus ille Rerum naturalium inveſtigator VERULAMIUS præterea credit, quòd in nimia *Salacitate venereâ*, ob particulas ſuas rigidas & acutas Spiritus condenſet, & in motu ſuo circulari nimis incitatos ſiſtat. Præterea *Urinam movet*, quoniam renales poros ob ſuas particulas rigidas dilatat, & maſſam ſanguineam fundit; atque porrò ſabulum diſcutit; hinc in *Dyſuriâ*, atque *Hydrope Aſcite*, ſi potui ordinario permiſceatur, remedium eſt expetitum. *Anthelmin-*

ticum

-*icum* eſt ob Sal ſuum ſalſum volatile; quo
-ipſo ſimul Ulcera plus minus antiqua &
-ordida abſtergit, ichorem omnem eluit,
denique & blandè modiceque adſtringit.

XXXIII. Præmiſſis itaque *Nitri* prin-
cipiis conſtitutivis; Naturâ item & modo
agendi ſive operandi *Nitri*, ſupereſt, ut de
Uſu ejus *medico* quædam ulterius inſinue-
mus. *Nitro* jam antiquiſſimis temporibus
uſi ſunt eximii Medicinæ Proceres, etenim
ſcriptis HIPPOCRATIS clarum eſt, quòd
illud ad *Febrium æſtum* compeſcendum ma-
gno cum emolumento adhibuerit & uſur-
paverit, de quo vide ſîs ejus *Libr. 3. de Mor-*
bis, item *Libr. de internis Affectionibus*, & *Libr.*
de Morbis Mulierum. *Lapis Prunellæ* etiam
PLINIO innotuit: vide ejus *Hiſtor. Natur.*
Libr. 31. cap. 10. In pellendis *Renum Calculis*
Nitrum à THEOPHR. PARACELSO ma-
gni æſtimatur in *Expl. 3. c. 1. de Tartaro.* Ad
Deliria mitiganda, *Furores* leniendos, *San-*
guinem tumultuantem, ac *Spirituum animalium*
turgeſcentiam compeſcendam quoque valet.
DOLÆUS *Oper. Medico-pract. p. m. 10.* hanc
formulam commendat: ℞. *Cinabar. nativ.*
℈. v. *Nitri alcooliſati cum carbonib.* *Antimon.*
diaphoret. aa. ℈ß. *Camphor. gr. j.* *M. fiat Pul-*
vis pro doſi. Idem *p. 38.* de *Maniâ* refert,
quòd *Lapis prunellæ* in *ſero Lactis* ſolutus ma-
ximam vim habeat *Spiritus animales furen-*

Nitri Uſus in Medicinâ.

 tes

tes compeſcendi ac *ſedandi.* Ubi etiam nimii calores ſunt, *Saccharum Saturni* ad pauca grana admixtum, habere notatur egregium effectum in *Deliriis*, *Furore uterino*, *Maniâ*, &c. Sed multis potius arridet *Sal Petræ tantùm purificatum* ad *æſtum Sanguinis*, ad *furibundum Spirituum motum*, hinc & ſiſtendam *Sitim*, *caloremq́;* præternaturalem, ceu ſymptomata ab illo dependentia diſſipanda atque abigenda. Id quod tantâ efficaciâ præſtare non creditur *Lapis Prunellæ*, qui jam deperdidit quantitatem ætherei Salis ſalſo-volatilis, & degeneravit quodammodo in alcali, quod quidem exinde patet, quia ille cum Spiritu Nitri in efferveſcentiam abit. Optimus hinc fit *Pulvis* ex *Bolo Arm. Corall. rubr. Ocul. Cancror. aa. ℥j. Nitri purificati* ʒß. invicem mixtis, qui in omnibus præternatural. fermentationibus, atque *ebullitionibus Sanguinis febrilibus*, *Capitis doloribus inflammatoriis* præſtantiſſimæ eſt efficaciæ, ad ℈j. vel ʒß. ſubinde datus.

Nitri vis correctiva purganti͂ū. XXXIV. *Nitrum* quoque ſingularem vim obtinet *Purgantium draſticorum* acrimoniam corrigendi; hinc *Celeberrimus* WEPFERUS *Scaphuſianus* olim *Medicus* maximo cum fructu uſurpavit hunc *Pulverem cholagogum*: ℞. *Cremor. Tartari* ℈ß. *Diagryd. ſulphur. gr.* iij. *Nitri puri gr.* j. *Miſc.* *Solertiſſimus* etiam SCRETA, *Medicus olim excellen-*

tiſſi-

ciſſimus, *ac in ſecretiori Pyrotechniâ verſatiſſimus*, maximo cum fructu in *Hæmorrhagiis* *Nitrum*, *ſucc.* ſive *Tincturâ Papav. err.* aut *Berberum* impraegnatum, ac in *Cryſtallos* concretum, ad majorem aciditatem ſtypticam conciliandam propinare ſolebat. *Celeberr. Halenſium* STAHLIUS in *Hæmoptyſi* quoque & *Hæmorrhagiis* aliis efficacem uſum Nitri deprehendit: vid. *Obſerv. ejus Phyſic. Chymic. de Nitro.* Quin & *Excellentiſs* Harderus, *Medicinæ Theor. in Almâ hâc Baſilienſ. Univerſitat. Profeſſ. longè meritiſſimus*, optimo cum ſanitatîs eventu in *Pleuritide* à Febri verminoſa exortâ, *Decoctum ex raſur. C. C.* addito *Nitro ſaccharato* exhibuit: vide ejus *Obſervat. Anat. Pract. XCVI.* POTERIUS quoque *Obſerv. Cent. II.* atque citatus SCRETA in *Tract. de Febr. Caſtr. p. 317.* in *Anginâ* maximè commendat *Nitrum Camphoræ* mixtum ad *Inflammationes* diſcutiendas. RIVERIUS & CRAANENIUS paſſim *in Praxibus ſuis* *Nitrum* commendârunt ad extinguenda *Deliria*, deſtruendam *Melancholiam hypochondriacam*, *Malignitatem* arcendam, atque *Febrium Calorem prætern.* diſſipandum. Sæpius laudatus STAHLIUS in ſuis *Obſervat. l. cit.* *Ego*, inquit, *hoc expertus dico, poſſe prudenti uſu Nitri in Nephritide plus perfici, & præſentius quidem ac celerius, quam ullo inter numeroſa contra illam commendata alio remedio.* Maximo in uſu fuit etiam *Pulvis alexipharmacus*

in

in Officinis campeſtribus LINCKERI *Pharmacopæi Norimbergenſis peritiſſ*: ℞. *Flor. Sulphuris* ℥xxv. *Myrrh. rubr.* ℥xij. *Nitri puriſſ. C.C. uſt. aa* ℥viij. *Camphor.* ℥j. *M. F. Pulvis*, *cujus doſis eſt* ℈ß. *ad* ℈j. *Camphora*, quæ Sale volatili oleoſo pollet, per ſe quidem ſumpta, ſæpè omnia febrilis ſymptomata aggravat, motum inteſtinum humorum augendo, mixta autem cum *Nitro*, & aliquoties data, reſolvendo, incidendo, motumque ſic inteſtinum minuendo, effluviis ſuis volatilibus malignas heterogeneas particulas ex ſanguine diſſipat, & per poros apertos excludit. Hinc luce meridianâ clarius patet, virtutem *Camphoræ* per admixtionem *Nitri* & intendi & cicurari. Bonus itidem uſus *Nitri* æſtimatur in ſiſtendis *Diarrhœis*, à φλογώσει *Inteſtinorum* inductis, non ſecus ac in *Febribus continuis exanthematicis*, teſte iterum STAHLIO: reſerat enim obſtructiones Viſcerum inflammatorias, ſanguinis motum inteſtinum nimium compeſcit & cicurat, ſitim extinguit, & circuitum ſanguinis impeditum reſtituit, *Sudores colliquativos* ſiſtit, pluraque alia bona præſtat. Notabile verò eſt quòd ipſum *Nitrum*, ſi non cum terreis v. gr. *Coralliis*, *Terra ſign. Antim. diaphoret.* aut cum *Theriacâ ſimplici vel cœleſt.* &c. miſcetur, *Alvi ſegnitiem* corrigat, ejusque *fluxum* promoveat. Egregium quoque medicamentum ex *Nitro* compoſitum exhibent

ent *Globuli carminativi* UTECHTI, *Pharma-*
pæi & Chymici apud Auguſtanos peritiſſimi, qui
Alvi retentione, in *Flatibus Inteſtinorum*, &
milibus aliis Affectibus *Suppoſitoriorum* lo-
applicantur: cùm autem paucis noti
nt, ob egregias, quas poſſident Virtutes,
eſcriptionem eorum publico haud invide-
: ℞. *Sapon. Venet.* ℥iv. *Fell. Taur.* ℥iß. *Ni-*
puri ℥ß. *Sacchar.* ℥ij. *M. F. Glob. diverſ.*
agnitudinis. Supra *citatus* SCRETA *Excel-*
ntiſſimus, in *Tract. de Febr. Caſtr.* ad *Flatus &*
rmina ventris diſcutienda commendat *Ni-*
ūm ſero Lactis caprilli ſolutum & hauſtum.
um *Lapid. Cancror.* mixtum probè *Nitrum*,
ditis paucis guttulis *Ol. Macis* & *Baccar.*
niper. deſtillat. evadit ſummè *diureticum &*
ontripticum, ad *Calculos renales* diſſolven-
s atque expellendos aptiſſimum. Sed
onendum tamen heîc, quòd *Nitrum* Se-
bus & Perſonis catarrhoſis, frigido-ſeroſo
emperamento præditis, in quorum San-
ine ſulphureum principium valdè depreſ-
m & debile eſt, cum ciborum Appetitu
iguo, minus conveniat, adeoque rarò vel
nquam præſcribi debeat.

XXXV. Si porrò illas *Virtutes*, quas *Nitri virtutes in Morbis externis.*
rum in Affectibus corporis humani ex-
nis præſtat, conſideremus, neutiquam
illæ contemnendæ veniunt. Ita PARA-
ELSUS *Nitrum* cum *Aceto roſacco* ac *ſucco*

Sem-

Sempervivi mixtum, tepidéque applicatum, in omnibus *Inflammationibus* ad demulcendum calorem, & narcoſin aliquam inferendam mirè commendat, *Operum ſuorum Part. VIII. p. m. 151.* PLATERUS *Obſerv. p. 706.* ad maturandos & ſuppurandos *Tumores* in Ulcera abeuntes, *Nitrum* cum *Sulphure*, & *Semin. Sinap.* mixtum laudat. Si miſceatur *Sali armoniaco* & ſolvatur in *Aquâ communi*, tum hæc Aqua non ſolùm *Scabiem* detergit, ſed & *Ulcera cacoëthea* perſanat, *Fiſtulas* mundificat, *Tumoresq́; frigidos* diſſipat. In *Eryſipelaceis* Affectibus *Nitrum* cum *Spiritu Vini camphorato* calidiuſculè & frequenter applicatum, exiſtit medicamentum præſtans. SCRETA quoque loc. cit. in *Capitis Doloribus* mirè commendat hanc *Emulſionem*: ℞. *Nucl. perſicor.* ℥ß. *Sem. Pepon. decort. Papav. alb. aa.* ʒij. *Aquæ font.* ℥vj. vel hujus loco, *Aquæ Betonic. Verben. aa.* ℥ij. *M. f. l. art. Emulſio, cui adde Aquæ Roſar. fragrantiß. Aceti loimici, aut in hujus defectu rutacei* aliûs ſing. ℥j. *Nitri puriß.* ʒij. *Caſur. Croc. aa.* ℈ß. *M. d. ad V. Nitrum* denique cum aliis *Coſmeticis* mixtum, in Maculis Faciei delendis perquam efficax deprehenditur. Imò in Cutis aſperitatibus tollendis, in Papulis ac Vitiliginibus diſcutiendis mira ſubinde præſtat; hinc Aquæ, quâ utimur ad manus lavandas, unâ cum Vino miſceri poteſt. Ita in Scabie humidâ *Nitrum purificatum* cum *Terrâ ſigillatâ*,

el *Bolo Armenatæ*, *Unguento roſato*, *pomato*, t *Lithargyrio*, vel *albo cocto* miſcemus, hocue dein bis vel ter quotidie inungimus. i *fœda* fuerit & *maligna* ferè *Scabies*, etiam *Iercurium dulcem* vel *præcipitatum album* adere poſſumus. *Lapis medicamentoſus Crollii* iud contemnendam ſui partem Nitro debet purificato, hincque utiliter adhibetur pluribus Affectibus externis, imò & phthalmiis, Epiphorâ, Albugine, Cicaice Oculorum, ipſoque etiam Catarrhac: principio. *Unguento* præterea *nervino* rmixtum *Nitrum* prodeſt ad diſſipandas embrorum, tendinumque ſpasmodicas ntractiones, dolores artuum etiam arriticos mitigandos. Adhibetur ulterius *trum* ad Faucium Inflammationem, Annam, Aphthas diſcutiendas, Linguæque ralyſin, quæ à craſſis humoribus ortum buit, tollendam, Gargarismatibus & legmatibus miſtum.

XXXVI. Solent quoque *Nitrum* cum *le armoniaco* in *Aquâ* diſſolvere, hâcque in calefactâ Ulcera cacoëthea, Fiſtulas, abiem fœdam, aliasque cutaneas ſordes iciter extergere, & ad ſanitatem perduе. Quòd ſi verò eadem ambo *Salia* in *uâ Spermat. Ranar. Solani*, & *Roſar. alb.* ſoa cum *Spiritu Vini camphor.* miſceas, hinc: lintea huic liquori calenti immerſa ite-

rum-

rumque expreſſa crebrò applices, non ſolùm Inflammationes atque Eryſipelata diſcuties, ſed & arthriticos vel rheumaticos ſubinde dolores mitigabis.

XXXVII. Plurima adhuc circa Virtutes *Nitri* non ſecus ac varia inde ſive præparata ſive compoſita Remedia proponi vel poſſent vel deberent, ſed temporis ad hæc conceſſi anguſtia vix hactenus dicta in chartas conjicere permiſit. Coronidis loco tamen nonnulla adhuc addenda eſſe credidi, de novo illo ex *Nitroſâ Terrâ* parato, eoque efficaciſſimo Remedio, quod *Panaceam ſolutivam alcalinam* nonnulli, alii verò *Magneſiam albam* nuncupare dignati fuerunt.

De

PANACEA SOLUTIVA.

Panacea ſolutiva. I. PAnacea *ſolutiva* nomen hoc primùm obtinuit, procul dubio, quòd remedium aliquod univerſale quaſi ſit, in quamplurimis humani Corporis Affectibus morboſis ſummè proficuum. *Solutiva* ſimul fuit nuncupata, non quòd in quocunque liquore facilè diſſolvatur, ſed potius, quod noxios corporis noſtri humores blandè incidere, ſolvere & educere apta ſit, vocant

alii

alii ſimul *alcalinam*, vel *Alcali ſolutivum*, quoniam ex alcalinorum genere præſtantiſſimum eſt, & acidum quodcunque potenter abſorbet, diſſolvit atque deſtruit. Nonnullis audit quoque *Panacea antihypochondriaca*, quia in ſpecie *Affectionem hypochondriacam* validè debellat & perſanat; unde germanicam quoque appellationem des Engliſchen bewährten Miltzepulvers/ exortam eſſe credimus, vel ideo, quòd maximè probatum, & velut angelicum ſit Remedium; vel quòd in Angliâ primitùs inventum, elaboratum, atque hinc alias in oras transmiſſum fuerit. Placuit etiam aliis nomen *Magneſiæ albæ*, quoniam Pulvis eſt albus, nivei coloris, ſi optimè ſit præparatus, qui, velut Magnes ferrum, noxios Corporis humores quaſi attrahit, & è corpore tandem prorſus eliminat. *Alcalina.*

II. Remedium videlicet eſt ſiccum formâ pulveris, ſive Pulvis admodum levis, impalpabilis, lactei vel nivei coloris, ferè inſipidus, Cretam albam ſapore ſuo exactè referens, aut in receſſu tandem blandiſſimè ſalſi ſaporis, è Matrice nitrariâ, Salpeter-Laugen/ peculiari encheireſi ita præparatus, ut qui hanc neſcit, vel non probè obſervat, ſcopum certè ſuum minimè attingat, & Panaceæ noſtræ loco neſcio qualem Pulverem emeticum, aut inertem gryſeum, *Deſcriptio Panaceæ.*

flaveſcentem, aliumve adipiſcatur: uſque adeo ſingularis, operoſus atque difficilis eſt illius elaborandi modus. Remedium ſatis novum, nec adeo adhuc vulgare, cujus inventorem aliqui credunt eſſe *Monachum* quendam *Italum*, natione autem *Batavum*, apud Canonicos Regulares Minimos à S. Laurentio à Luzinâ Romæ degentem, utpote à quo feliciſſimè præparatum & cum ſucceſſu optimo in quamplurimis ægrotantibus uſurpatum fuerit, ſub nomine *Magneſiæ albæ*, atque Italicè, *Il Polvere del Conte di Palma*. Ab hoc Italo certè *Experientiſſimus Dn. D.* Köfferlinus, *Reverendiſſ.* & *Celſiſſ. Principis atque Abbatis Campidonenſis Medicus ordinarius*, Remedium iſtud ejusque verum præparandi modum expiſcatus eſt, ac domum retulit, cumque *Celeberrimo Campidonenſium Archiatro, Dn. D. Bilgero*, communicavit, à quo deinceps ad nos quoque pervenit. Gloriola tamen inventionis potiori forſan jure debetur HELMONTIO, ante quem nemo, quod ſciam, ſimilis medicaminis fecit mentionem: *Ex hoc fonte*, inquit *Clariſſ.* HOFMANNUS *in Clave Pharmaceuticâ Schrœderianâ p. m.* 312. promanat *Nobiliſſ.* HELMONTII ἐγχείρησις, *quâ Nitrum vertit in Terram inſipidam, albiſſimam; ſublimat ſcil. Antimonium crudum cum ana Salis armoniaci modeſto igne, tincturam ſiccat, ſeparat à Sale armoniaco per Aquam, hæc cum*

Ejus origo.

Nitro

Nitro ferè tota avolat in flammâ: ſi verò cum Sale armoniaco relinquas, adhuc bis per ſe ſublimetur, & à Sale liberetur, habebis pulverem Antimonii ſalis expertem, quem ſi cum Nitro miſcueris, non inflammabitur amplius, ſed quantum Nitri miſcueris, in Terram commutatur, & Salis naturam negligit. Videatur etiam PETRUS JOHANNES FABER, *Chymicus præſtantiſſ. Operum ſuorum Tom. I. ſive Panchymici Libr. V. cap. 43. p. m. 710. & ſeqq.*

III. Præparationis tamen modus hodiernus longè alius eſt, arcanus ille adhuc plurimis, ſed quem tamen, uti ſcitè *Peritiſſimus Dn.* CHRISTOPH. HARDERUS, *Pharmacopæus Scaphuſ. famigeratiſſ.* conficere, & maximâ hinc inde copiâ divendere ſolet, ſuccinctis his in gratiam Pharmaciæ Cultorum exponere terminis placuit: *Accipe lixiviosum eumq; perſpicuum Salis Nitromitræ Liquorem, quâ quidem libuerit quantitate, coque ad ſpiſſitudinem in Ceramio ſatis amplo, Pultem dein hanc in Pyramide triangulâ oſtracinâ liqua, atque à ſylveſtribus paulatim Phasmatibus libera. Quo facto confeſtim Panaceam ex hoc liquore præcipita, debitaq; hinc factâ elutriatione in Pulverem impalpabilem niveum converte, quem tandem uſui in vaſis probè clauſis aſſerva.* Valdè proin à ſcopo aberrant, qui Aviculam hanc in ſale acido terreſtri fixo lateſcere, indeque non niſi per admiſtionem ſalis alcali

Præparationis modus.

elici poſſe ſibi imaginantur, aut Magneſiam in præparatione per affuſionem alicujus liquoris præcipitari debere credunt. Atque hic eſt Pulvis non ſolùm in variis Italiæ locis, ſed & apud nos, & in Sueviâ ob eximias ſuas Virtutes decantatiſſimus, quo non tantùm prædicti *Medici Campidonenſes Excellentiſſimi* ab aliquo hinc tempore uſi fuerunt, ſed & plurimi alii, interque hos præcipuè *Viri Nobiliſſimi* & *Medendi felicitate celeberrimi*, *Domini* Matthæus, & Joh. Jacobus Harderi, *Fratres Medici Practici apud Scaphuſianos feliciſſimi*, quotidie adhuc & frequentiſſimè maximo cum ſanitatis Ægrotantium ſucceſſu utuntur. Uſque adeo ut peſſimè fecerint, qui præſtantiſſimum hoc Naturæ Artisque donum pro impotenti, fugacique remedio, für ein *à la mode* Artzney-mittel / exclamare & contemnere auſi ſunt. *Magneſia* hæc eſt alba, ad candorem planè niveum accedens; ſed non ille tamen eſt Pulvis candidus, ſub nomine quoque *Materiæ* illius *perlatæ Dresdenſis* in Germaniâ celebris, quam non niſi Regulum Antimonii medicinalem, ſive Magiſterium Antimonii diaphoretici eſſe arbitramur, adeoque differentis planè à noſtrâ Panaceâ effectûs.

IV. Ejus virtus & efficacia ſingularis eſt prorſus, imò tanta, ut ipſi cedere debeant,

beant, qualiacunque hactenus à variis decantata fuerunt Arcana, *Aura potabilia*, *Tincturæ ſolares* aut *lunares*, *Eſſentiæ dulces*, *Elixiria balſamica*, *Liquores Alkaheſt*, & ſimilia, quæ maximis in cœlum uſque laudibus ab Inventoribus ſuis, *Valentino*, *Paracelſo*, *Helmontio*, *Butlero*, *Fabro*, *Poterio*, *Bechero*, *Penoto*, *Etnero*, *Cnöffelio*, aliisque plurimis evecta fuerunt, & per breve tempus durârunt. Noſtræ contrà, quod ſpero, Panaceæ encomium & uſus diu, imò ſemper durabit, quoad erunt, qui non fraudulenter, ſed ſincerè & exactè illam præparabunt, vel quoad ejus præparandæ materia ſuppeteret. Eſt enim Remedium temperatiſſimum, naturis ſive complexionibus omnibus conveniens, ſecurum, tutum, ſaporis & odoris ferè omnis expers, nauſeam, vomitumque per ſe nullum, neque cardialgiam, vel hypercatharſin unquam excitans; de viribus corporis nihil planè ſubtrahens, tonum fibrarum minimè debilitans, adeoque texturam corporis naturalem nullatenus deſtruens: Medicamentum hinc perquam aptum, acorem omnem, acredinem, & ſalſedinem viſcidam humorum in corpore humano abſorbendi, attenuandi, incidendi, reſolvendi, corrigendi, invertendi, edulcorandi, ac blandiſſimo motu paulatim è corpore ſine ullis moleſtis cruciatibus atque torminibus Ventris ducendi. Mundificat proin

atque deterget efficaciſſimè Sanguinem, eumque ad balſamicam ſuam dulcedinem, ſub quâ Homo conſtanter incolumis vivere, & ſuis absque impedimento muniis probè defungi queat, felici eventu reducit. Quùm enim naturæ prorſus alcalinæ eſt, acido omni deſtitutæ, eſurire quaſi exorbitans noſtri corporis acidum videtur, idque proin unâ cum bile, avidè abſorbet, ſicque noxios, ſalſo-acidos, & biliosos humores blandiſſimè expurgat. Præſtans eſt hinc, maximeque utile in Morbis omnibus à ſanguinis, cæterorumque humorum acrimoniâ, ſalſedine & aciditate præternaturali oriundis, non ſecus atque in illis Affectibus, qui à corruptâ & exundante Bile ſuos natales trahunt. Anchora profectò ſalutis ſive incolumitatis illis omnibus, qui *debili* affliguntur *ſtomacho*, cujus fermentitius aut digeſtivus Liquor eſt corruptus, qui *Dyſpepſiâ*, *Apepſiâ*, & *Borborygmis ventris*, de quibus interdum Virgines pudibundæ conqueruntur, *Colicâ paſſione* qualicunque, *Torminibus*, *lancinationibus*, *obſtructionibus Alvi* & *Viſcerum* aliorum, *Affectione hypochondriacâ*, *Paſſionibus hyſtericis*, *Scorbuto*, *Ictero*, *Cruditatibus viſcidis*, *acidis*, *ſeroſis*, *bilioſis* & *acribus Ventriculi*, *Inteſtinorum* & *Meſenterii* laborant. Prodeſt etiam in *Atrophiâ Puerorum*, ab infarctu glandularum oriundâ, in *Ardore* vel *Sodâ Ventriculi*, in *Tuſſi*, *Aſthmate*, *Raucedine*,

Vires Panaceæ.

Ob-

Obſtructionibus Hepatis atque *Lienis*, in incipiente *Podagrâ*, *Hydrope* ac *Tympanitide*, in *Cephalalgiis* vel *Hemicraniis contumacibus*, in *Catarrhis* & metu *Apoplexiæ* præſervationis gratiâ, in *Febribus Infantum pituitoſis*, horumque *Conſtipationibus alvinis*, *Motibus epilepticis*, *Tuſſibus*, *Anxietatibus*, *Colicis flatulentis* ac *ſpasmodicis*. Conducit & *Puerperis*, ſicubi vel *Lochia ſuppreſſa*, vel *Alvum* maximè *ſegnem* habuerint. Novimus quæ ex uſu diuturno hujus remedii *fœcundæ* fuerunt redditæ; quæ itidem infantes longè vivaciores ac vegetiores pepererunt. Uſque adeo tutum eſt remedium, ut quibuscunque Hominibus, etiam tenerrimæ conſtitutionis, imò Prægnantibus quovis geſtationis menſe, ſine ullius noxæ metu, in minore doſi exhiberi queat, neque metuendum quidquam ſit, etiamſi fortè aliquando in doſi illius peccaverit Æger: operatur enim leniter, & blandiſſimè, neque calorem præternaturalem viſcerum, neque Tormina ventris excitat; non atterit vires, non laſſitudinem corporis ullam producit; illud enim tantùm in corpore adgreditur, quod noxium eſt; neque inſtar purgantium aliorum bonum cum malo, noxium cum innoxio ſimul educit, ſed heterogeneos duntaxat humores expurgat; unde etiam loco potûs alicujus Acidularum per plures dies uſurpari & aſſumi ſolet.

Remedium pluries ſumendum.

V. Qui verò ſperatum ex hoc Remedio fructum perſentire cupit, is non ſemel aut bis tantùm, ſed pluries illud in uſum vocare debet, cùm effectum nullum ſenſibilem edat, niſi quatuor, quinque, pluribusque diebus inſecutivis, tanquam Vinum medicatum laxans aſſumtum fuerit. Quin ſi Affectus obſtinatus ſit, etiam ad 10. 14. vel 15. imò adhuc plures pro re natâ dies, vel hebdomadas, ejus uſus extendi poterit, præſertim quando Pulvis loco Acidularum, aut Seri Lactis caprilli vel aſinini, aut Juſculi, Succive Herbarum exhibetur. Novimus Illuſtrem quandam Fœminam, quæ per integras ſex hebdomadas maximo cum ſanitatis emolumentoillud aſſumpſerat, poſtquam diutiſſimè antea cum Leucophlegmatiâ & Aſthmate conflictata fuiſſet.

Doſis hujus Remedii.

VI. Quoniam autem lene admodum Remedium hoc eſt, ideo etiam non niſi majore exhibitum doſi ſuum effectum laxationis producit. Ordinariè Homini adulto pro primâ vice, præſertim initio curationis, *duæ* illius *drachmæ* exhibentur, ſequentibus autem diebus aliquot drachma una cum dimidia, imò etiam drachma tantùm deglutienda offertur. Quòd ſi autem Panaceâ hâc inſtar Acidularum, ſimilisve curæ loco uti velimus, tum primò drachmam unam vel ſeſqui-drachmam aſſumimus,

mus, ſequentibus autem diebus doſin ſemidrachmâ augemus & hinc uſque ad maximam ℥iij. vel ℥ß. doſin aſcendimus, in eâque per ſex, octo, pluresve dies ſubſiſtimus, ac deinceps ſemidrachmæ doſi quotidie minutâ curationem tandem abſolvimus. Curatio hæc in Affectibus diuturnis, melancholicis, ſcorbuticis, pectoralibus, inprimis adhibetur, ſed non niſi longiore tempore continuata effectum ſuum maximè ſalutarem monſtrat.

VII. Omnium optimè quotidie mane *Panacea* aſſumitur, Stomacho exiſtente jejuno, & quidem cum vehiculo convenienti, quale poteſt eſſe vel *Juſculum*, vel *Infuſum fol. Theé*, vel *Aqua* aliqua *deſtillata*, vel omnium optimè *Emulſio Amygdalarum dulc. tenuior*, vel *Aqua* etiam *ſimplex fontana*, aut qualiscunque *mineralis* innoxia, cum vel ſine tantillo *Sacchari* aut cujusdam *Syrupi*. Si forſan mane ob varia impedimenta nequeat hauriri, tum etiam veſperi unâ alterave ante cœnam horâ propinari poterit. *Tempus aſſumtionis.*

VIII. Doſis tamen pro diverſitate complexionis atque toni fibrarum ſtomachicarum, ſicut & pro variâ ætate augeri, minuive debet. Et quanquam apud omnes eadem ſatis magna videatur, nemini tamen adverſus hucuſque extitit Remedii uſus; *Doſis varianda.*

inſipidum enim, minimeque ingratum eſt, ut quilibet adeo facilè aſſumere, ac ſine ullâ nauſeâ deglutire queat, niſi forſan extraordinario medicaminum faſtidio teneatur. Doſis itaque à ʒß. uſque ad ʒiij. vel ℥ß. extendi poteſt.

Laxativum & Eccoproticum exiſtit.

IX. Inſtar Lenitivi etiam exiſtit, quod blandiſſimè primas initio vias ſubducit, & extergit, ſequentibus autem vicibus etiam ad Maſſam ſanguineam penetrat, ejusque heterogeneas moleculas ſenſim ac ſenſim eluit, ita quidem, ut ſi nil amplius inveniat, quod expurgare queat, nullam ulterius purgandi virtutem exerceat. Poſt aſſumtam Magneſiam quilibet pro lubitu obambulare, ſuaque munia obire poteſt, quia talem ab illâ non experitur moleſtiam, qualem quidem alia ferè quævis excitant Purgantia. Nulla quoque Hypercatharſis ex uſu illius metuenda venit, quoniam acrimoniâ draſticâ & corroſivâ prorſus caret. Non omnes tamen inde laxantur, ſed ſuum effectum pro ſubjectorum atque humorum variâ conditione diverſimodè præſtat. Nonnullos mane ſtatim, alios poſt prandium, iterumque alios veſperi demum aut noctu laxat. Quosdam etiam imò quamplurimos per urinam purgâſſe notatum eſt. Qui integram unâ vice doſin aſ-

ſumere

umere nequit, dimidiam mane, reliquam
eſperi ante cœnam capiet.

X. Utut autem ſingulis diebus per duas reſve hebdomadas homo Panaceam capiat, ires tamen corporis, quod ſingulare quid ſt & admiratione dignum, minimè atte- t, ſed eas potius conſervat & auget, dum on inſtar vulgarium purgantium bonos ſi- nul & pravos humores educit, ſed ſuper- uos tantùm atque noxios, à laudabilibus nſenſibili modo ſegregatos eliminat. uando pravi humores expurgati ſunt, tunc xandi virtus deſinit in Panaceâ, neque æc perceptibilem amplius operationem in rpore præſtat, ſed purificat tum nihilo- inus, atque ſi ita loqui fas ſit, rectificat niverſam Sanguinis, indeque deſcenden- um ſuccorum Maſſam, idque modo quo- am incomprehenſibili, niſi velimus dice- ; quòd impalpabiles Pulveris noſtri par- culæ quoad configurationem ſuam mole- ılis Humorum uſque adeo ſimiles ſint, ut vicem facilè uniantur, unitæ debitam nſiſtentiam ac fluiditatem ad vitales mo- s perpetim continuandos aptiſſimam præ- ant, ſicque craſin ipſi atque texturam ncilient adeo firmam, ut heterogeneis ſtea undiquaque accedentibus corpuſcu- ; valdè reſiſtant, nec facilè unquam ſuos tra porulos admittant.

Operatur per alvum tamdiu, amplius expurgandum adeſt.

XI. Si

Modus operationis. XI. Si modum ſcire deſideres, quo quidem ſuas Panacea hæc vires purgantes exerceat, non ita facilis is eſt explicatu, dum enim neque Tormina ventris, neque turbationem Sanguinis ullam excitat, neque etiam purgandi vim repetitâ aſſumptione continuat, alio prorſus modo in noſtrum agere corpus videtur, quàm reliqua omnia purgantia & lenientia. Ita quidem ut dicere ferè audeamus, *Magneſiam* noſtram per ſe non purgare, ſed per accidens tantùm, quatenus videlicet noxios humores viſcidos acres attenuat & reſolvit, qui dein reſoluti vel ab ipsâ Naturâ per Inteſtinorum maximè & Alvi vias excluduntur. Unde fit, quòd dum Panacea nullos amplius in corpore humores noxios incidendos, reſolvendos, atque corrigendos invenit, purgandi quoque nullum ulteriorem actum exerceat, ſecus atque ſingula aliâs purgantia faciunt, toties effectum ſuum præſtantia, quoties aſſumuntur.

Quomodo vis ejus augenda? XII. Si quis tamen meliorem evacuationis effectum deſideret, is etiam *Panaceæ* doſin augere, vel *Tartari Vitriolati* aut *S. ammonii ſulphurati* admixtione eam acuere, vel loco vehiculi ſemiunciam *Calabrinæ Mannæ*, calente Aquâ fontis ſolutam, ſimul aſſumere poterit. Sunt etiam, qui non malè in Cachexiâ & Affectibus aliis ſeroſis, ad Hydro-

ydropem declin antibus, vim Panaceæ dditione *Pulveris radicis Jalappæ* excitare & ugere conſueverunt; certum enim eſt, qui-usdam in caſibus Univerſalia ſive cathar-ca ſive emetica uſui Panaceæ præmitti oſſe vel debere.

XIII. Dum in abſolvendis tandem his ualibuscunque meditationibus occupatus am, oppidò viſitatum me convenit Dn. HEODORUS GUERRE, *Operator Noſo-chii Bernatum meritiſſimus*, ad deponendas uasdam Catarrhactas huc Baſileam voca-s, qui mihi inter alia retulit, ſe Panaceam ſtram à *Clariſſ. Dn. D.* VITO EBER-ARDO ROTHIO, *Ulmenſi, jam Phyſico aubeurenſi Nobiliſſ.* communicatam ab ali-uo tempore elaborâſſe, atque partim in-rnè in *Paſſionibus hypochondriacis*, *Febribus ntinuis*, *Ophthalmiis*, *Oppreſſionibus pectoris*, *hmate catarrhoſo*, *Diſpoſitione phthiſicâ*, aliis-ue Affectibus ſaluberrimam deprehendiſſe; rtim etiam externè in *Ulceribus phagedæni-*, & *cancroſis* ad abſorbendos, edulcoran-sque humores acres, ac dolores mitigan-s feliciſſimè applicuiſſe. E quo patet, tam vini Remedii vires quotidie magis ac ma-s extendi, nosque ultrò ad gratias Cœleſti chiatro infinitas pro ejusdem inventione ddendas urgere atque incitare. Cui proin ſit onor & Gloria in ſempiterna ſecula.

F I N I S.

DIS-

DISSERTATIO MEDICA SEXTA

De

HYDRARGYRI NATURA, VIRIBUS & USU.

CAPUT I.

Proœmium. Hydrargyri Etymologia. Ejusdem Homonymia. Synonyma quamplurima, præprimis apud Alchymiſtas.

I.

Prima Mundi ætas, nec morborum, nec remediorum ferax.

PRimâ Mundi ætate, quâ quidem Homines ad implendum Telluris orbem diu vivere debebant, paucos hoc mortalium genus infeſtantes morbos extitiſſe palam eſt. Proin & tum pauca ſimul Remedia uſurpabantur ad reſtituendam ſanitatem apta; & ſimplicia quidem ea fuiſſe, è *vegetabili* maximè *Regno* petita,

petita, probabile eſt. Cùm autem increſcente Mundi, decreſcente verò Hominum ætate, Morbi uſque & uſque plures exorirentur, Remedia quoque ſenſim ac ſenſim multiplicata fuerunt, atque ex aliis ſimul Regnis, *animali* videlicet ac *minerali* quæſita. Quemadmodum autem Hominum opiniones, ingenia ac ſenſus differre ſolent, ita haud leves quondam circa Remedia è Metallis parata in Chymicorum Scholis exortæ fuerunt lites, quantum quidem eorum vim & ἐνέργειαν in corpore humano concernit, ſive *deleteriam* illam, ſive *ſalutarem* ac *medicamentoſam*; quando Viri etiam doctrinæ atque experientiæ celebritate conſpicui, neſcio quâ præjudicii infelicitate capti, haud erubuerunt cuncta è Metallis, magnâque aliorum Mineralium parte in uſum medicum tracta, & utcunque ritè præparata Remedia, promiſcuè rejicere, & unquam vel abſolutè deleteria, vel ad minimum ſuſpecta pharmaca è Claſſe Medicaminum protinus expungere. Equidem haud inficias imus, cautum ſi quâ unquam, hîc Medicum Practicum eſſe debere in præſcribendis *Remediis metallicis*, dum hæc ſi minus probè parata fuerint, vel inertia profectò, vel venenatâ etiam qualitate prædita eſſe poſſunt. Ab hacce autem ſi per dexteram periti Artificis elaborationem immunia evaſerunt, divinos etiam effectus edere, quo-

Remedia è variis regnis petita.

Remedia metallica cautè præſcribenda.

quotidiana Praxis loquitur. Fortè tamen nulla frequentiorem litigandi, calumniandive anſam ſuggeſſerunt, quàm *Mercurialia*, utpote quæ vel ſiniſtrè uſurpata, vel malè ab inexpertis præparata, funeſta quandoque ſymptomata excitâſſe memorantur. Quæ cùm ita ſint, operæ pretium me facturum eſſe exiſtimavi, ſi *Hydrargyri Naturam*, *Vires*, *Præparationes* veras & genuinas, tandem & *Uſum* dextrum eâ, quâ licebit, brevitate, fide profectò ſincerâ, pro ingenii viribus, & experientiæ in his per aliquot annorum ſpatium conquiſitæ mediocritate expoſuero. Cui quidem conatui meo, ut Deus ſuâ gratiâ in Proximi ſalutem atque emolumentum benedicere, atque inſuper Lector benevolus quantulocunque adplauſu ſuo favere dignetur, ſubmiſſè precor & obnixè rogito.

Difficilis eſt Hydrargyri deſcriptio.

II. Dum autem *Hydrargyri* non ſolùm *Naturam*, ſed & parata ex ipſo Medicamenta, horumque *uſum* accuratiùs deſcribere ſuſtineo, ardua certè conor; nemo enim neſcit, inter corpora mineralia *Hydrargyrum*, ſi quod aliud, admiratione digniſſimum eſſe, & id quidem tanto magis, quòd in ſuæ naturæ, qualitatumque inquiſitione Jatro-Chymiſtarum ingenia mirum quantum hucuſque exercuerit. Quanquam igitur in re tam intricatâ vix liceat ullum obſervare ordi-

rdinem, attamen ne planè ἀμεθόδως agere
idear, pro tenuitate ingenii mei ſtatim
π' ἀρχῆς *Hydrargyri* exponam *Etymologiam*, *Hydrargyri Etymologia.*
uàm à Græcis eſſe petendam, ipſa ſtatim
ox indicat: etenim *Hydrargyrum* expreſſio-
e græcâ ὑδραργύριον vel ὑδάργυρον ſonat, voce
ompoſitâ ex ὕδωρ *Aqua*, & ἄργυρον *Argen-
m*, quaſi dicas *Aqua argentea*, vel *Argen-
m aqueum*, quippe *Hydrargyrum* nitore
ollet argenteo, & fluiditate aqueâ, præ-
rea ſummè eſt mobile, volatile, imò mo-
litate quaſi vividâ gaudet: hinc latinis
dit *Argentum vivum*, & communiſſimâ
oque nunc appellatione *Mercurius vivus*,
uòd, ſicuti veteres Gentiles Mercurium
u Nuntium ſuorum Deorum finxerunt
gerum, hincque ſummè velocem & agili-
um, ita *Argentum* hoc nuncupetur *vivum*,
oniam vitalium corporis viventis humo-
m inſtar maximè mobile, currens, &
idum deprehenditur.

III. *Homonymiam* ſi ſpectare velimus, *Homonymia.*
drargyri vox quidem omni ambiguitate
ere videtur, ſicut & *Argentum vivum*, ut
æ unum idemque corpus fluidum, album,
etallicum, maximè ponderoſum, ac nul-
n aliud, quod ſciamus, corpus indigi-
t. *Mercurii* autem vocabulum, quo in-
niri communiſſimè conſuevit, ab ἑρμῆς
ius, quàm à *Mercibus* deductum, apud

P Ethni-

Ethnicos veteres *Jovis* & *Majæ Filium*, eumque vel mercium præſidem, ſive Deum ac Patronum negotiantium; vel Deum eloquentiæ, ac interpretem Deorum; vel horum Nuntium aligeris pedibus deſignabat. Habebatur & Deus Viatorum ſive iter facientium. Apud Aſtronomos verò Planetarum minimus *Mercurii* nomine veniebat, in cujus honorem medius hebdomadæ dies *Mercurii dies* nuncupabatur. In præſente tamen negotio eadem vox ſignificat minerale illud corpus *Argenti vivi*, ſive deinde *nativum* ſit, è Mineris deſumtum, ſive *factitium*, è Cinnabari aut metallicis Corporibus certâ encheireſi extractum. Hoc tamen ſenſu, ſicut in ſequenti Capite patebit, iterum ad varias ſpecies idem vocabulum deduci poteſt.

Synonymia. IV. *Synonymiam* vocis quod attinet, vix reperiri crediderim aliquod in Mundo corpus, quod pluribus expreſſum denominationibus ſit, quàm *Hydrargyrum*. Etenim ARISTOTELES quidem vocavit olim ἄργυρον χυτὸν, *Argentum fuſile*; Aliàs hodie *Argentum vivum* vulgo audit. Apud Chymicos verò & Alchymiſtas communiſſimum nomen eſt *Mercurii* & quidem *vivi*. Williſius appellavit *Proteum fugitivum* ac *verſatilem*. Becherus verò *Electrum liquidum*, *Humidum radicale Metallorum*, *Animam Metallorum*

rum. Weidenfeld minus congruè ipſum vocat *Chaos*, *Naturam*, *Originem*, *Unguentum*, *Oleum*, *Paſturam*, & *Liquorem magni valoris*. In Appendice *Ephemer. Nat. Cur. Dec. 2. Ann. VII.* nuncupatur *Mulier enecans & interficiens ſuos maritos*: *Salamandra* itidem *vim ignis eludens*. Inſuper aliis

Eſt avis in ſylvis, nigro perfuſa colore,
Cui ſi quicquam adimas, tunc erit alba nimis.

Proporrò ab Alchymiſtis vocatus fuit nunc *Leo cum* vel *ſine alis*, nunc *Acetum acerrimum*; nunc *Atlantis Aqua permanens*, *Dominus Elementorum*, *Draco*, *Filius fugitivus*, *Hermes*, *Latro & Servus fugitivus*, *Pater mirabilis*, *Scorpio caudatus*, *Serpens venenoſus*, *Servus nequam*, *Spiritus volans*, *Zibach*, *Ziabach*, *Mercurius Hermetis*, *Mercur. Metallorum* aut *Mineralium*.

CAPUT II.

Hydrargyri deſcriptio. Ejus Species, Locus natalis, ac Principia materialia.

PErluſtratâ ſic *Hydrargyri* Onomatologiâ, proximum eſt, ut ad ejusdem *Pragmatologiam* procedamus, in quâ quidem ante omnia nobis Deſcriptio Thematis fo- *Mercurii ſpecies.*

ret tradenda; ſed cùm variæ Mercuriorum *Species* habeantur, eædem prius enodandæ erunt, ubi, ſi Scripta omnia Veterum Chymica ad manus nobis eſſent, nullus dubito, quin perplures earum in lucem produci poſſent; Sequentes tamen hactenus ex iis haurire mihi fuit conceſſum, quæ ſunt: *Mercurius* ſic dictus *communis*, dein *Mercurius Philoſophorum*, *Mercurius Corporum*, *Animatus*, *Virgineus*; *in actu* & *extra actum*, *Teſtamentorum*, & *vegetabilium* &c. quas *Species* omnes juxta ſaniores Chymicos, ad *tres* commodè *Claſſes* referre poſſumus, *Mercurium* nimirum *philoſophicum*, *Mercurium Corporum*, & *Mercurium communem*.

ad tres Claſſes reductæ.

Mercurius philoſophorum ſeu Virgineus.

II. Ante omnia igitur quod attinet *Mercurium* ſic dictum *Philoſophorum* ſive *Virgineum*, ejus deſcriptio varia, & quidem adeo obſcurè ab aliquibus traditur Authoribus, ut cui aſſentiamus, vix ſciamus. Becherus enim *Phyſ. ſubterr. p. m.* 543. paucis dicit, eum, ceu Mercurium *ſophiſticum*, eſſe *Terram Mercurificam*, in ſale latitantem; paulò poſt inquit: *Ens univerſale ſc. Mercurius philoſophorum eſt unctuoſum humidum, Terræ ſubtili fortiter commixtum, conſervans & penetrans calidum humidum.* *Philaletha* hujus laudem ita latè extollit, ut hiſce inſuere pagellis vix liceat, ſicuti *Becherus* habet *Phyſ. ſubterran. p. m.* 625. *Sendivogius* ait, quòd

quòd *Mercurius philoſophorum* ſibi & aliis ſufficiat, h. e. in ſe ipſum, & Metalla agat. Porrò ipſum ita vocari dicit, quòd in actu ſit & animatus, acſi viveret: *dum enim motum habet, nempe animam mineralem, ſe ipſum coquit & perficit, atque juxta decoctionis gradus in omnia metalla convertitur.* Eſt inſuper *Menſtruum* ſubtiliſſimum, quatenus Auri corpus metallicum fixiſſimum tam ſubtiliter ſolvit, ut ſecum in deſtillatione per retortam abripiat. Hic igitur *Mercurius philoſophorum* conſtare creditur ex puriſſimo ſale, vel terrâ ſubtiliſſimâ metallicâ, ſulphure aureo embryonali, & particulis aëreis, æthereisque; hinc *Becherus* exiſtimat, Sulphur tale ex Marte eſſe eliciendum, & Sal ſive Terram ab Antimonio petendam, quemadmodum hujus operationis proceſſum exhibet in *Phyſic. ſubterran. p. m.* 783.

III. Exhibitâ *Mercurii ſophici* deſcriptione, procedimus ad hujus præparationem, nec non ad differentiam inter hunc & *communem* infra deſcribendum, qui profectò maximè inter ſe differunt; ſicut enim *Mercurius communis*, variis multisque oneratus particulis terreis craſſioribus, ſulphureisque impurioribus, ad motum ritè ſubeundum minus diſpoſitis, mortuus & exanimis quaſi videtur; ita è contrario *Mercurius philoſophorum* à particulis hiſce, vel ope Naturæ *Mercurii ſophici præparatio.*

intra viſcera Macrocosmi liberatus, hincque à *Celeberrimo Hallenſium Æſculapio* FRID. HOFMANNO, in *Tractatu de Cinnabari Antimonii*, *Virgineus* dictus, atque in variis, præſertim *Iſtriæ* venis copiosè reperiundus; vel extra Terræ fodinas certâ encheiriſi chymicâ à Mineræ ſordibus purificatus, valde mobilis, ſummè activus, ac viribus potens redditur. Quòd ſi verò ejusdem purificationes & legitimas præparationes ſpectes, eæ profectò variæ, differentesque apud Chymicos Authores extant, inter quas mihi arridet illa, à modo citato HOFMANNO in *Notis ſuis* ad *Poterium* exhibita. Dicimus, *Mercurium Sophicum* & *Virgineum* non differre, niſi diversâ præparatione, eâdem enim gaudent volatilitate, ſubtilitate ac præſtantiâ, una eademque agnoſcunt principia. Hiſce etiam *Mercurium* ſic dictum *vegetabilem* & *Teſtamentorum* adſcribere non dubitamus, ſicut enim *Mercurius Sophicus*, tanquam ſubtile menſtruum, in reſolvendis Metallorum corporibus ſe habet, ita quoque *Mercurius vegetabilis*, qui nil eſt niſi *Spiritus Vini lege artis Alcoholiſatus*, & *Mercurius Teſtamentorum*, qui eſt *Spiritus Vini tartariſatus ſ. Sale Tartari acuatus*, in reſolvendis aliis corporibus Menſtrua ſunt efficaciſſima.

Mercurius vegetabilis quid? Mercurius Teſtamentorũ quid?

Mercurius animatus ſeu corporũ.

IV. Quòd dein attinet *Mercurium* ſic dictum *animatum* ſive *corporum*, is non ſolùm

ex

ex Metallis, ſed & his affinibus Semimetallis, *Antimonio* putà, *Marcaſitâ*, & aliis certâ encheiriſi elicitur. Licèt enim hos corporum *Mercurios* exiſtere, Miſochymici perplures negare haud erubuerint, attamen multi tam Recentiores quàm Veteres eorundem exiſtentiam variis demonſtrare experimentis ſategerunt. Etenim in hoc conveniunt omnes, quòd facillimè & in ſummâ quantitate *Mercurius* talis protrudatur ex *Saturno*, dein ex *Auro*, *Argento*, *Antimonio* & *Stanno*, difficillimè verò & in minimâ quantitate ex *Cupro* & *Marte*, uti de his legi meretur HOFMANNI *Tractatus* de *Cinnab. Antimonii*, ubi *Mercurium* ex *Antimonio* propellere docet. POTERIUS etiam varios *Mercurium* ex *Antimonio* proliciendi modos in ſuis operibus tradit. Ex aliis verò corporibus *Mercurium* quoque parare non ſolùm BECHERUS in Scrutinio Metallorum accuratiſſimus, in *Phyſicâ ſubterran.* ſed & SCHROEDERUS in *Pharmacopœâ* ſub titulo *Mercurificationis*, BARCKHAUSEN in ſuâ *Pyroſophiâ*, WEIDENFELD in *Tractatu de Secretis Adeptorum*, abundè ſatis docent. Quinimò ſi *Ephemerid. Natur. Curioſ.* fides eſt tribuenda, & ex *Lapide Hæmatite*, atque *Vitriolo calcinato* elici *Mercurius*, parariq́ue poteſt, quod quidem factu difficillimum, imò hucuſque impoſſibile mihi viſum eſt.

Principia Metallorũ. V. Verùm enimverò, cùm hæc de *Mercuriorum corporum exiſtentiâ* opinio quibusdam valdè ſuſpecta videri poſſet, idcircò neceſſe erit, ad hanc magis comprobandam ſtabiliendamque, ſimul in auxilium vocare *Metallorum principia*, quæ pari modo diverſa à diverſis nobis communicantur *Authoribus*, ut cui facilior aſſenſus ſit præbendus, primo intuitu vix pateat, adcuratiùs verò rem ponderando meras ſubeſſe logomachias notabimus, perinde enim eſſe videtur, ſive cum *ſolertiſſimo* BARCKHAUSEN admittamus quatuor principia, *Sal*, *Oleum*, *Aquam* & *Terram*; ſive cum *perſpicaciſſimo* BECHERO ſtatuamus tres *Terras*; ſive cum *Chymicorum* vulgo aſſeramus *Sal*, *Sulphur* & *Mercurium*. Et certè facili negotio probabimus, hos omnes ſolis verbis, minimè verò re ipsâ eſſe differentes, idem enim eſt, ſi cum BARCKHAUSEN loco *Mercurii* ponamus *Aquam*, non enim *Mercurius* aliud quid eſt, quàm Aqua metallica; nec longè aberrabimus, ſi pro *Sulphure* accipiamus *Oleum*, quæ ſolâ conſiſtentiâ, minimè verò naturâ, vel interiore texturâ inter ſe diverſa ſunt. BECHERUM autem verbis, non re à nobis eſſe differentem, ſatis demonſtrat ipſe in *Phyſ. ſubterran. p. m.* 173. & 660. Atque in cœteris rem ita ſe habere, facilè liquet.

VI. Ac-

VI. Accipimus ergo pro *Elementis* ſive *Principiis* Metallorum, *Sal*, *Sulphur* & *Mercurium*, quæ, ſi tanquam corpora ſimpliciſſima, ſicut rerum principia alias accipienda veniunt, ſumerentur, cum *Illuſtriſſimo* BOYLE ipſemet ego hæcce pro viribus negarem; verùm enimverò cùm *Principia*, è quibus Metalla componuntur, vix & ne vix quidem reperiantur ſimpliciſſima, hinc eorum loco hæc tria, licèt ad primum intuitum compoſita magis, certo ſenſu aſſumere, indeque prorſus aſſerere haud dubitaverim, quodlibet *Metallum*, vel huic affine *Semimetallum*, compoſitum eſſe ex ſubſtantiâ *mercuriali*, malleabilitatem & ductilitatem conciliante, ſubſtantiâ *ſulphureâ* colorem, ac denique ſubſtantiâ *ſalino-alcalico-terreâ* metalleitatem ſubminiſtrante.

Elementa illa ſunt Sal, Sulphur & Mercurius.

VII. Neceſſitatem verò *trium* horum *Principiorum*, ad componenda Metalla hisque affinia ſequentia probant: *Mercurius* enim, præſertim *philoſophicus*, in mineris ob particulas aëreas, æthereasque perplures admixtas, ope ignis caloriſque ſubterranei valdè mobilis, volatiliſque exiſtens, neceſſe habet, ſi in corpus ſtabile mutari debet, ut ex parte figatur, quod egregiè perficit *Sulphur*, propter particulas, quas in ſinu fovet, acidas. Non ſolùm autem Corpus *mercuriale* figit, ſed & huic colorem, pro

Neceſſitas talium principiorum demonſtratur.

ſui

ſui & varietate & quantitate admixtum præbet varium, hiſ e duobus invicem quoquo modo mixtis, habemus corpus aliquod quidem tinctum, ſed nondum metallicum: ad hoc igitur perfectè acquirendum requiritur juſta baſis, quàm optimè exhibet *Sal* non culinare vel acidum quoddam, ſed alcalinum terreæ naturæ ac fixitatis. Prout ergò hæc *tria Principia* diverſâ quantitate & qualitate ad glebas metallicas concurrunt, ita quoque varias variorum Metallorum mineras efficiunt, dum quædam ob admixtionem horum *trium Principiorum* magis *perfectorum*, optimeque *depuratorum*, perfecta quoque evadunt, uti ſunt *Aurum* & *Argentum*, quorum deſcriptionem cernere licet apud SCHROEDERUM, BECHERUM & alios. Si verò minus perfecta, minusque pura *Principia* commiſcentur, tunc etiam magis imperfecta inde prodeunt Metalla; ſic nimia quantitas *Sulphuris Mineralia* reddit rubicunda, uti videri poteſt in *Cinnabari*. Si in majori quantitate adſit *Mercurius*, *Metalla* magis ductilia reddit, quod demonſtrant *Aurum* & *Argentum*. Ubi in magnâ quidem quantitate, ſed non adeo purus *Mercurius* Metallorum compoſitionem ingreditur, tum ea reddit mollia, quod videmus in *Plumbo nigro*, & *albo* ſive *Stanno*. Si *Sal* ſeu *Terra alcalina* in mixtione Metallorum excedat, tunc Metalla

Diverſus elementorũ concurſus diverſa efficit Metalla.

Ferrum

Ferrum puta & *Cuprum*, hisque affinia *Semi-metalla*, *Marcaſita*, *Zincum* &c. valdè dura, minusque ductilia hinc evadunt.

VIII. De harum verò rerum veritate tanto minus quis dubitabit, quando in fuſione Metallorum ei ob oculos venit Liquor quidam maximè fluidus, qui nec manus, nec inſtrumentum attactu ſuo madefacit. *Oleoſus* hic liquor minimè eſt, aliâs inſtrumentum immiſſum conſpurcaret, neque *aquoſus*, etenim Igne ſic tractatus in auras avolaret, ſuoque vapore lintea ſenſim humectaret, quod Mercurialis aura, utcunque aërem confertim petens minimè facit. Particulas verò *alcalino-terreas Mercurio* ineſſe, facilè probant variæ è minerali Regno paratæ Calces; ſic quoque particulæ *ſulphureæ* ſeſe manifeſtant, non ſolùm odore è Mineralibus liquefactis prodeunte, ſed & colore, quem diverſimodè Metallis, hisque affinibus admixtæ, efficiunt varium. Plura qui de his deſiderat, evolvat ſæpè laudati BECHERI *Phyſic. ſubterran.* ubi ſimul modum generationis Metallorum ex tribus hiſce principiis doctè tradit, imò audacter aſſerit *pag. m.* 174. ſe ex iisdem, determinata proportione invicem mixtis, encheiriſi certâ Metallum præparâſſe. Quibus ita expoſitis, probeque conſideratis, neutiquam amplius dubitare licet de exiſtentiâ *Mercu-*

Quales particulæ Metallis inſint?

riorum

riorum corporum, quanquam enim non ſemper ea, quæ rem eſſentialiter componunt, exinde elici iterum poſſint, exemplo *Saponis* & *Camphoræ*, *Mercurium* tamen è Metallis, quorum eſſentiam radicaliter ingreditur, extrahi poſſe, ſolertium Chymiſtarum experientia dudum confirmavit.

Mercurii communis examen.

IX. Quibus ad nauſeam prælibatis, proximè nos conferimus ad examen *Mercurii communis*, cujus ante omnia deſcriptio legitima tradenda veniet, hæc autem varia à variis data eſt Auctoribus, quas inter attentionem & adplauſum meretur, quæ à BEGUINO in *Tyrocinio chymico Lib. 1. cap. 2.* exhibita eſt, quando *Mercurium* deſcribit, quòd ſit *liquor acidus, permeabilis, æthereus &* *puriſſimus, à quo omnis ſit nutricatio, motus, ſenſus, & vires, colores, ſenectutisq; præpropera retardatio.* Quando autem in hâc definitione nonnulla adhuc deſiderari poſſunt, ad Eſſentiæ Hydrargyri meliorem comprehenſionem, ſequentem, utut paulò prolixam, ejus adcuratam deſcriptionem tradere voluimus, dicendo: quòd ſit *Corpus minerale frigidum, Aquæ inſtar fluidum, manus tamen minimè madefaciens, ſubtile, ſummè mobile, colore imbutum argenteo, pondere ſuo ſoli Auro cedens, denique nullis frænis conſtanter coërcibile, à naturâ in Terræ fodinis è Mineris metallicis elaboratum.* Dico, Mercurium eſſe *corpus* *mine-*

Ejus deſcriptio.

ninerale non *metallicum*, perperàm enim ſex Metallis tanquam ſeptimum adnumeratur, ùm iisdem requiſitis, quibus verum Me-allum inſtructum eſſe debet, minimè gau-eat, utpote & duritie & malleabilitate arens. *Frigidum* eſt, actu quippe ipſo tan-entis digitos frigefaciens; qui etiam in norbo forſan aliquo Hydrargyri quantita-em ingurgitavit ex frigoris diuturni ſenſu ire poteſt, quo in loco illud hæreat. *Aquæ ſtar* fluit, atque in continuos uſque & ſque globulos, minimè tamen humectan-s aut madefacientes diſpeſcitur. *Subtile* t, quia leni Igne auras petit, atque Me-llorum etiam denſiſſimorum poros citò enetrat. *Summè mobile*, ob particulas, ıas in ſinu fovet rotundas, cum aëreis thereisque combinatas, ob quas vi qua-m elaſticâ pollere HOFMANNUS *in actatu de Cinnabari Antimonii*, & BECHE-US *in Phyſ. ſubterran.* aſſeruerunt. Poſt rum *graviſſimum* eſt ſive *ponderoſiſſimum*, que ob paucitatem & anguſtiam pororum. *lore* nitet *argenteo* ſeu *albicante*, oriundo particulis Mercurium componentibus, in perficie lævibus & coarctatis exiſtentibus, liosque luminoſos ob denegatum trans-eſſum imperturbatè, atque rectâ maximè eâ reflectentibus. *Nullis frænis* dein *con-ater coërcibile*, h. e. licèt à variis corpori-s terreſtribus atque ſalinis ligetur, atta-

Non eſt Metallum.

men

men ejus ſtructura vel textura radicaliter ita diſſolvi ac deſtrui, vel etiam cum aliis figi & tam arctè conjungi nequit, quin facili negotio iterum in priſtinam formam redigatur, dum alas quaſi adeptus ſumme activus eſt atque penetrans. Non ſolùm autem à Veteribus *Mercurius* pro calido fuit habitus, ſed & ipſi adſcripſerunt igneam naturam, quod teſtatur ipſorum *Ignis Gehennæ*, & variæ huic ſimiles ex Mercurio præparationes, hinc PARACELSUS inquit de *Mercurio*, quod tamen meo judicio de ſophiſtico plus, quàm de vulgari intelligendum, *Spiritus meus calidus eſt, habens poteſtatem emolliendi membra congelata fratrum ſuorum ſc. Metallorum.*

Signa probitatis Hydrargyri.

X. Exhibitâ *Mercurii communis* deſcriptione, paucis adhuc indigitandæ veniunt variæ ad ejus bonitatem aut falſitatem explorandam *probæ*, etenim laudabilis hic liquor à fraudulentis manibus ſubinde ita adulteratur, ut fraus vix deprehendi queat, præſertim ſi *Plumbo* mediante *Biſmutho* ſociatur. Sequentia autem in *Mercurio* haud fucato requiruntur: 1. Ut ſit ponderoſus & poſt *Aurum* graviſſima Mineralis concreti ſpecies. 2. Ut *Auro* album conciliet colorem. 3. Ut ejus fumus albo *Ferrum* tingat colore. 4. Ut corroſivitatem induat ab admixtis ſalibus acidis. 5. Ut cum Metalli

tallis facilè amalgametur. 6. Ut per Sa-
lia vel alia corpora alcalina ad priſtinam
ſuam fluiditatem reduci poſſit. 7. Ut ſa-
livationem excitet. 8. Ut digeſtus nullâ
cuticulâ operiatur, neque etiam nigrum cra-
ma ad ſuperficiem mittat, quod certum eſt
indicium præſentiæ *Biſmuthi* aut *Saturni*.
9. Ut igne tractatus penitus avolet, verùm
aut cum *Auro* amalgamatus, aut ex *Cinna-
bari Antimonii* elicitus, maculam relinquat
flavam, ob ſulphur ſubtile, quod poſſidet.
10. Ut per Retortam propulſus, nil recre-
menti linquat. Hæc ſi *Mercurius* præſtabit,
de ejus puritate ac probitate neutiquam
dubitandum venit, ut hinc tutò in uſus
medicos vocari poſſit.

XI. *Locum* Hydrargyri *natalem* ſi ſcire *Loci natales Hydrargyri.*
deſideres, diverſus is eſt, atque in uno qui-
dem purior ac præſtantior, in alio impu-
rior ac minoris virtutis, in uno iterum co-
pioſior, quàm in alio reperitur. Admira-
tione verò dignum eſt, quòd *Mercurius* pau-
ciſſimis in locis, imò *Auro* ferè parcior re-
periatur, etenim omnes orientales Regio-
nes, ſolâ Japoniâ, quæ pauciſſimum tamen
profert, exceptâ, hocce carent. In Euro-
pæis verò Regionibus ſola *Hungaria*, *Hiſpa-
nia*, *Carinthia*, *Carniola* Hydrargyri proven-
tum exhibent, ſi GLASERO fides ſit tribu-
enda, etiam *Cracoviæ Polonorum* in ſuperficie
Terræ

Terræ ſubinde reperitur. *Hungaria* verò & *Hiſpania* nobis communicant optimum, quod Sulphur Auri poſſidet, propter Auri- & Argentifodinas vicinas. *Carinthia* autem & *Carniola* in majore quantitate eum dant, teſtantibus id HOFMANNO, POTERIO & BECHERO, qui *Phyſic. ſubterran. p. m.* 620. aſſerit, quòd Mineræ Imperatori Annis 1661, 62, 63. *Mercurii* è fodinis extracti 695334. libras tradiderint, cujus 667666. libræ *Mercurii communis*, & 26668. libræ *Mercurii virginei* fuerint, ſtupenda ſanè copia, quam aliarum provinciarum Fodinæ an exæquare unquam poſſint, valdè dubitamus.

CAPUT III.

Principia ſive Elementa Hydrargyri: Generatio ejus. Minera in qua hoſpitium ſuum habet.

Elementa Mercurii communis.

I. TRaditis ſic Mercuriorum *differentiis* earumque *deſcriptionibus*, proximè ſequuntur explicanda *Elementa* ſive *Principia* è quibus potiſſimum conſtat *Mercurius* ſic dictus *communis*, quæ licèt in ſuperioribus ex parte ſint tradita, pleniore tamen examine opus habebunt, præſertim cùm circa

hæc

hæc inter Chymiæ Cultores ſingulis temporibus maxima eſſet lis, dum quidam illorum hæc, alii alia *Mercurio* adſcribebant *principia*, ut quibus facilè aſſentiendum ſit, vix ſciamus, niſi rationem & experientiam in auxilium vocemus, quibus clarè patere arbitramur, *Mercurium* conſtare ex *Terrâ* quadam *metallicâ* vel *Sale*, *Aquâ*, *Sulphure* puriſſimo & particulis *aëreis æthereisq;*. Etenim *Terra* (nonnullis Sal quoddam metallicum alcalinæ naturæ, WEDEL. *Amœn. Mater. med. p. m.* 366.) *Mercurii* eſt baſis, quam videre licet ex *Mercuriis præcipitatis* omnibus, præſertim *albo*. Ab *Aquâ* Mercurius habet quòd fluat, quæ etiam deſtillatione ſeparari poteſt, teſtante *Boyleo* & aliis. *Sulphur* eidem communicat viſcoſitatem, & licèt illud vix & ne vix quidem elici queat, attamen manifeſtum redditur in Mercurii evaporatioue, imò etiam cerni & cognoſci poteſt ex colore, quem variis ejus præparationibus, inprimis autem præcipitationibus præbet. *Aërem Ætheremq;* porrò Mercurio ineſſe, nemo ſanus negabit, ab illo enim fluiditatem, vel potius mobilitatem obtinet; atq; hæc omnia invicem ita arctè & accuratè ſunt unita mixtaque, ut nullâ ferè operâ ſeparari queant.

II. Quod *Generationem* Hydrargyri attinet, eam paucis indigitabimus. Tali autem *Geneſis Hydrargyri.*

tem modo rem perfici opinamur: volente nimirum Summo rerum Opifice, ac mediante Naturâ per calorem Ignium ſubterraneorum, *Terra* ſic dictâ *mercurificans* (quæ eſt materia ex ſale alcali & urinoſo ſubtiliſſimo, vel ſecundùm quosdam ex Sale acido & alcalino, nec non particulis ſulphureis ſubtilitate pari gaudentibus, ſimul æthereis aëreisque permixtis compoſita) cum Aquæ ſubterraneæ portione certâ, in vaporis formam permixtâ, in Terræ cavitatibus & Metalli-fodinis circumvagatur, venasque minerales permeans, nonnihil de iis emollit, reſolvit, & partim in fluorem redigit mercurialem, partim verò in certâ minerâ ligata quaſi manet, hinc non immeritò *Terra* hæc *mercurificans*, *humidumq́ radicale Metallorum* à BECHERO in *Phyſic. ſubterraneâ p. m.* 420. dicitur. Sicut enim *Aqua communis*, tanquam humidum radicale, Vegetabilium ſeminibus ſe unit, ea reſolvit, imò cum iisdem in augmento coagulatur, ita hæc Aqua *mineralis ſicca*, non madefaciens manus, metalla reſolvit, rurſusque cum iis figitur; & hæc eſt generatio hujus fluoris volatilis, metallicis particulis egregiè ſaturati, quæ proin cùm requirat certam terram, certasque elementarium molecularum combinationes, mirum eſſe non debet, quòd non quibusque in Fodinis, ſed in illis tantùm cryptis reperiatur,

in

in quibus requiſitæ omnes particulæ majo-
re minoreve quantitate ſunt congregatæ.

III. *Minera* autem, ſive *Terra* illa *mine-ralis*, Hydrargyrum ſuo in ſinu intra ter- *Minera Hydrargyri.*
ræ viſcera fovens, & ex quâ certâ enchei-
riſi elicitur, ſeſe vario ſub ſchemate re-
præſentat, & quidem vel in formâ *Mineræ*
cinnabarinæ puræ, rubicundæ, aut cum ter-
râ calciformi mixtæ, ubi *Mercurius* à Sul-
phuris acido ligatur: vel, teſtante GLA-
SERO, in *Hungariâ* & *Tranſylvaniâ* Minera
Mercurii ſubrutili coloris reperitur, quæ
optimum exhibet Mercurium, Sulphure
Auri impægnatum: ita quoque invenitur
Minera, Germanis **roth gülden Ertz** dicta,
quæ aliâs *Mater Mercurii* dicitur. Alibi *Mi-
nera* hæc apparet in formâ *Arſenici* vel *Real-
garis*, in quâ Mercurius ſalibus acidis incar-
ceratus quaſi *Mercurium ſublimatum* æmu-
latur. Reperiuntur & *Mineræ gryſei colo-
ris*, (ſicut in venis Iſtrianis) item *hepa-
tici*, *ſpadicei* aut *cineritii*, in quibus *Mercu-
rius* in formâ globulorum, tanquam Apes
in Apiarii ſui alveolis, hæret, & facili ne-
gotio aut lotione ſolâ, vel mallei applica-
tione abſque Vulcano inde extruditur.
Quomodo autem *Mercurius*, hiſce Mineris
ſtrictè involutus, è carcere ſuo liberari de-
beat vel poſſit, hoc, crede mihi, opus hic
labor eſt, commodè tamen id fieri poterit
Q 2 per

per corpora alcalina fixa, terrea v. gr. *Limaturam Martis*, & ſimilia, acidum ſulphuris aut particulas ſalinas acidas, Mercurium ligantes, abſorbendi deſtruendique virtute prædita. Modus autem ſive Encheiriſis hoc peragendi, à variis nobis Authoribus, præſertim FRID. HOFMANNO in ſuâ *Cinnabarologiâ*, BECHERO in *Phyſic. ſubterran.* & BARCKHAUSEN in *Pyroſophiâ* fideliter communicata eſt.

CAPUT IV.

Forma Hydrargyri. Ejusdem Color, Conſiſtentia, Fluiditas, Volatilitas, Gravitas ſive *Ponderoſitas, & Cauſa efficiens.*

Hydrargyri Forma. I. NOn ſufficit *Materiam* Hydrargyri quadantenus explicuiſſe, quin *Forma* ejus ſimul eſt conſideranda, quæ certè non conſiſtit, niſi in intimiore, eâque certâ componentium molecularum *magnitudine*, *numero*, *figurâ*, *ſitu*, *quiete* aut *motu*, omniumque invicem *conjunctione*, *colligatione* atque *combinatione* adeo ſubtili arctâque, ut nullâ hactenus arte Hydrargyri textura eſſentialis radicitus diſſolvi atque deſtrui potuerit. Ex iſtâ autem *Formâ* variæ in ſub-

ſubjecto qualitates reſultant, inter quas primò examinandus venit Mercurii *Color*, ubi *album argenteum* pro *genuino* & *vero* Mercurii haud fucati colore habemus, ſicut videre eſt ſuprà in deſcriptione Mercurii communis. *Adulteratus* autem *Mercurius* variis indutus coloribus apparet; & quidem *lividus* evadit, quando nimia Saturni admiſcetur copia. BECHERUS *loco citato* teſtatur, ſe vidiſſe Mercurium vivum *rubicundo* imbutum *colore*. CHORTALASSÆUS in *Theatr. Chymic. Volum. ſexto p.* 359. aſſerit Mercurium extare *album*, *ſubcœruleum*, *gryſeum*, *nigricantem*, &c. Cui aſſentientes deprehendimus *Celeberrimos Jatro-chymicos* FRID. HOFMANNUM in *Tractatu de Cinnab. Antimon.* WOLFG. WEDELIUM in *Materia Medicæ Amœnit.* & alios. Hæc autem Mercurii *colorum diverſitas* ſuam originem aliunde vix habet, quàm ab admixtis varii generis, variæque naturæ ſive texturæ particulis ſulphureis, quod quidem vel exinde cognoſcere datur, ſi ℔j. *Mercurii vivi* igne valido deſtilletur per Retortam, ubi non ſolùm in fundo Retortæ, ſed & ad ejus latera videbitur pulvis rubicundus. Vel, teſtante modo citato HOFMANNO, Mercurius etiam tingitur colore rubro, per ſolum Salem ignis æthereum, exemplo *Mercurii præcipitati*, in *Cinnabarologiâ p. m.* 96.

Ejus Color nativus.

Hydrargyri conſiſtentia. II. Mercurii verò *Conſiſtentia* triplex ab Authoribus tradi ſolet, vel *fluida* & *currens*, quam videre licet intra & extra mineras in *Mercurio* ſic dicto *currente* ſ. *vivo* : vel *ſolida* magis, quam manifeſtè habemus in *Metallis*, hisque affinibus, licèt enim Mercurius intimè cum Metallis ſit mixtus, attamen planè non eſt deſtructus, ſed in formâ globulorum minimorum iisdem inhæret, quod facilè aliâs etiam perſpicere poſſumus, ope microſcopii, in *Mercurio ſublimato* & *Cinnabari* : vel denique *fixa*, ſic dicta ab Authoribus, quia incombuſtibilis eſt, nullâque vi ignis radicaliter ita deſtructibilis Mercurii ſubſtantia, ut reduci amplius nequeat. His addendum judico, quòd Mercurius ſemper à liquiditate tendat ad ſoliditatem i. e. à claſſe Mineralium ad Metallorum claſſem procedere ſtudeat.

Hydrargyri fluiditas duplex. III. *Fluiditatem* Hydrargyri præterea duplicem eſſe, aſſero cum ſuprà citato CHORTALASSÆO ; *velocem* nimirum unam Aquæ inſtar, quæ dependet à particulis copioſis aëreis & æthereis, aqueas cum cœteris etiam Mercurii particulis continuè moventibus : alteram verò *pigram* dictam, quæ à variis particulis heterogeneis majore quantitate admixtis oritur. Iſta tamen Mercurii *Fluiditas humiditate* caret, quia non madefacit digitos, ob particulas

Caret humiditate.

quas

quas obtinet lævigatas, facilè cedentes, dum è contrario *Oleum* vel *Aqua* particulas poſſidēt magis flexiles, ramoſas, digitis haud difficulter adhærentes. *Fluor* autem ille *Mercurii vulgaris* facili negotio, aut ex toto, aut ex parte ſiſti poteſt, intermixtis ſolùm particulis ſulphureis vel ſalino-acidis, quæ ſpiculis ſuis irregularibus, moleculis Hydrargyri globoſis ac regularibus magis ſeſe interponunt, & ſic per conſequens earum motum impediunt, ſalvâ tamen manente *Mercurii* ſtructurâ. Quanquam enim ſpiritus ejusmodi ſalino-acidi Mercurium corrodant, ac diſſolvant, minimè tamen ejus texturam intimè deſtruunt, veluti quidam perperàm opinati fuerunt.

IV. Quòd ſi autem in Regno Naturæ ſublunari quidquam admiratione dignum, ſanè eſt *Mercurii* noſtri *Volatilitas*, ſive *fugacitas*, licèt enim valdè ponderoſa concreti hujus ſubſtantia ſit, nihilominus tamen ſubtiliſſima ſimul exiſtit, atque ſuâ *volatilitate* non ſolùm metalla omnia, ſed etiam ipſo Spiritu Vini rectificatiſſimo citiùs tam cutis humanæ, quàm corii denſiſſimi poros penetrat. *Volatilis* dein etiam vel ideo dicendus eſt Mercurius, quoniam propter pauciſſimas moleculas terreas vel ſalino-alcalino-fixas, leni adhibito Vulcano auras petit, dum particulæ aëreo-æthereæ & glo- *Ejus Volatilitas.*

buloſæ ſic in motum excitatæ cæteras, quas in ſinu fovent, metallicas ſecum abripiunt & avolant, ferè ſub fumi aut halitûs etiam inviſibilis formâ, quâ certè poros, etiam humanorum corporum viventium cutaneos, adeo ſubeunt & penetrant, ut aliquando in Aurifabri cujusdam demortui Cerebro diſſecto integra Mercurii currentis libra fuerit reperta, ſicut id *Ephemer. Natur. Curioſ. Decad.* 1. *Ann.* 1. teſtantur. Sed & poros Microcosmi penetrat *Mercurius* in formâ *Fucorum*, *Linimentorum* aut *Unguentorum* applicatus, teſtante id THEODORO ZVINGERO in *Theatro Vitæ humanæ*, ubi refert, etiam intra Cranium Mulieris cujusdam, quæ *Fuco* frequenti uſa fuerat, repertum fuiſſe Mercurium currentem. Teſtantur denique Virorum aliorum fide dignorum obſervationes, ex inciſis Lue venereâ laborantium, & mercurialibus tractatorum venis Hydrargyrum emanâſſe.

Gravitas. V. Quòd tandem concernit *Mercurii Gravitatem*, tanta profectò ea eſt, ut ſoli *Auro* cedat, cœteraque Metalla longè ſuperet. Hujus tam inſignis gravitatis cauſa videtur eſſe textura ſingularis particularum Hydrargyri, ſibi adeo arctè unitarum, ut pauciſſimi iique ſatis anguſti inter illas pori, aërem vel ætherem recipientes intercedant. Facit hoc idem Mercurii pondus, ut, quo majori copiâ

iâ cuidam is Metallo eſt conjunctus, eo
onderoſius quoque hoc evadat. Specificam
utem Hydrargyri puriſſimi *gravitatem*, qui
xplorârunt Mathematico-Phyſici, depre-
enderunt eam decies quatuor præter propter
qu m, & decies quatuor millies Aërem
perare, ſicut hoc inter alia quoque com-
robavit *Celeberrimus* JOH. JACOBUS
CHEUCHZERUS, *Jatro-phyſicus in
ycæo Tigurino omni encomio digniſſimus*, in *Phy-
á* ſuâ Germanico idiomate exaratâ.

CAPUT V.

ydrargyri Virtutes & Proprietates, quas in corpore humano exſerit.

ARdua certè molitus, cùm *Naturam* Hydrargyri deſcribere ſtudui, lon- *Hydrargyri Virtutes.*
autem majora nunc tentare videor,
ando inſignes atque innumeras ejusdem
rtutes & *Operationes* in Corpore humano,
rundemque genuinas rationes, intra an-
ſtos harum pagellarum cancellos cogere
nitor. Et habet reverà Mercurius ante
nnia *Virtutes* egregias atque inſignes ape-
ndi, poros tubulosque glandularum quo-
nque in loco infarctos & obſtructos, non
us ac vias alias reſerandi. Hinc novi
l eſt, *Mercurium crudum* optimè *depuratum*,

in pertinaciſſimâ *Alvi Suppreſſione*, ad dim
diam, ſi non ad integram libram propin
re. Licet enim meticuloſi Galenici plur
hanc medendi methodum tanquam ſumm
perniciosam exſibilent, feliciſſimo tam
cum priſtinæ ſanitatis eventu adhibita
fuiſſe meminimus à *Viris* in Arte meden
Celeberrimis ac Feliciſſimis, HARDER
ZVINGERO, PLATERO, & aliis, ſic
id legere eſt in *Ephem. Natur. Curioſ. Decur.*
Ann. 6. Sed & experientiſſimus MOIN
CHEN *Obſervatione ſextâ* refert, *Mercuriu*
crudum in Senatore quodam Veneto, Ilia
paſſione laborante, id præſtitiſſe, quod fa
rago Medicamentorum prius applicatoru
efficere non valuit. Hæc tamen potiſſ
mum in *Mercurii crudi* applicatione ſunt ob
ſervanda: 1. Ut is optimè ſit purgatu
2. Ut in ſubſtantiâ, & crudus, fluidus, m
nimè verò in formâ Amalgamatis, mo
Agyrtarum & aliorum hujus ſortis Hom
num fraudulentorum, applicetur. Eteni
Mercurius ſic per amalgama in minima d
viſus facilè plicis Ventriculi inhærere, a
per Venas lacteas penetrare, & hinc mil
incommoda procreare poteſt, quod Merc
rius in ſubſtantiâ fluidus minimè præſtab
3. Ut abſit primarum viarum Inflammatio
4. Ut Æger Herniosis affectibus carea
5. Alvus ſimul Clyſmate injecto ſollicitan
da, ut Mercurius ἄνω aſſumptus eo feliciu
pe

: alvum operari valeat. 6. Motus Patienti mmendandus, qui ſimul cum motu Diaragmatis non levem fert opem ad Mercum transmittendum. Plura addere liceret, i brevitatis ſtudium id prohiberet.

II. Habet verò præterea *Mercurius vim nuandi ac reſolvendi* ſerum in corpore cidum, pituitamque lentam ac tenacem *dendi*, ut ad priſtinum fluiditatis debitæ dum Humores omnes redeant. Virtus c adeo celebris jam eſt, ut ubi humores cidi obhærent, ubi ſaburra tartarea, fœenta, poros obſtruens peccat, ibi nulla edia feliciorem effectum præſtent *meralibus*, atque hinc paratis *cinnabarinis*, e ob ſuam partim gravitatem, partim atilitatem valdè penetrant, atque ſic detruunt. Egregiè hanc in rem toties jam itus *Archiater Boruſſorum Regis* FR. HOFANNUS in *Notis ſuis ad Poterium* ſequenns verbis diſſerit: *Operantur*, inquit, *curialia, ſi illorum textura integra manet, acceſſu acidi cujusdam correſivam induit nam, colliquando, diſſolvendo, partim gravitapartim tenuitate ſuâ, ſeri ubicunq; etiam ilfuerit coagulum, quare ubi medicamenta alia attingunt, ibi Mercurialia penetrant, etiam ocis anguſtiſſimis.* Mirum hinc non eſt, d *Mercurius*, indeque parata varia reme, tantoperè commendentur in *Tumoribus*, vel

Hydrargyri vis attenuandi, reſolvendi.

vel in *Infarctu Glandularum* internarum a-
que externarum, in obſtructo vel ſcirrho
Liene, *Meſenterio*, *Hepate*, &c. In *Gangli*
Verrucis, *Clavis pedum*, ſimilibusque aliis pe
curandis, *Morbisq;* præcipuè *chronicis*, *Feb*
bus etiam *intermittentibus* debellandis. Ci
Mercurialium uſus cautus eſſe debet. cumſpectus tamen *Mercurialium* uſus ſem
per eſſe debet, etenim ſi adhibeantur, u
acidum præſertim ſalinum prædominatu
tum ea, utcunque aliâs laudabilia, faci
mutantur in *Venenum* Mercurio ſublima
ſimile, quod dein medicamentis antim
nialibus, alcalinis, abſorbentibus, diaph
reticis, aliisque evacuantibus iterum ver
debellandum. Hinc tutiùs illi ſemper M
dici procedunt, qui, quando *mercurialib*
uti volunt *remediis*, iisdem modò recenſi
quædam corrigentia permiſcent.

Hydrargyri vis diſcutiendi, abſorbendi, edulcorandi. III. Iſti autem virtuti *reſolvendi* & *d*
obſtruendi conjuncta maximè eſt *vis diſcutien*
di & diſcontinuandi, imò & acrimoniam hu
morum acidam, corroſivamque *abſorben*
atque *edulcorandi*, unde in *Tumoribus*, *Bub*
nibus ac *Ulceribus venereis*, in *Tuberculis*, *Ex*
anthematibus, *Puſtulis cutaneis*, in *Scabie* qu
licunque, *Tineâ*, in *Ophthalmiâ*, *Panno*, & *Ung*
Oculorum, pluribusque aliis affectibus *Merc*
rialia remedia palmam reliquis præripiun
modò cum *diaphoreticis*, *abſorbentibus* & *alc*
linis edulcorantibus aliis ſimul mixta in uſum
trahan

hantur; atque *univerſalia* quoque *evacuan-* debitè præmittantur atque intercalen-. Ita v. gr. in *Scabie*, *Furfuribus*, &c. *guenta* & *Linimenta mercurialia* præſentem unt opem, dum acidum ſub cute ſta-ans attenuant, reſolvunt, abſorbent ac ſtruunt, ſicque Naturæ anſam præbent integritatem Cutis perpetuâ novi ſucci tritii appulſione reſtituendam. Quod erò Corpus ante *Mercurialium* uſum non ponatur probè, humoresque ejus acres n debitè prius medicamentis convenien-us præparentur, tum ſubinde atrociſſima nunt ſymptomata, quemadmodum no-ile hujusce rei exemplum extat *Ephem. ur. Curioſ. Decur.* 3. *Ann. V. & VI.* de Fœ-nâ *Impetigine* laborante, quæ, cùm ma-nus aliquoties applicatam habuiſſet *Aquam gedæco-mercurialem*, ſtatim in *Lypothymias*, *ietates præcordiorum*, *Vomitus*, *atrociſſima ſtinorum Tormina*, *Teneſmum*, atque *cruen- Dejectiones* incidit.

I V. Præterea Hydrargyrum vires habet egias *anthelminticas*, ſeu *Vermes aliaq; In-a necandi*, ſive dein *crudus*, ſive vario do *præparatus* uſurpetur, ſicut id Practi-omnibus notiſſimum. *Rationem* verò rationis hanc dant, quòd ſcilicet *Mer-alia* cum liquoribus primarum viarum miſta, acrem Vermibusque ſpecificè de-leteriam

Hydrargyrum anthelminticum.

leteriam qualitatem induant; dicunt ali
quòd liquent & diſcutiant nutrimentu
Vermium uliginoſum, unde demto ſibi p
bulo perire neceſſe habeant. Quâcunq
verò ratione operentur, *Ulcera* certè *verm
noſa* à variis cauſis oriunda, optimè & f
liciſſimè ſanantur, per extus quidem a
plicatum *Emplaſtrum de Ranis Vigon. cum Me
curio*, inſperſoque in Ulcus *Saccharo*, inte
nè verò datum aliquoties *Mercurium dulce*
cum laxante remedio permiſtum. In *Peſ*
proin *Febribusq; peſtilentialibus* ac *putridis*, i
quibus magnus ſæpè Vermiculorum eſt i
ſanguine proventus, *Mercurius vivus* aut *ſu
actus*, & *Amuleti* loco appenſus, inſigne præ
ſervativum exiſtit.

Vis laxans Hydrargyri eſt accidentalis.

V. Sunt, qui *Mercurio* etiam facultate
laxandi aut *purgandi* attribuant, ſed perpe
ràm, quòd enim v. gr. ad dimidiam inte
gramve libram propinatus per ſeceſſum ſta
tim, aut aliquandiu poſt decurrat, id ape
rienti magis ponderi hujus corporis, quàn
virtuti alicui purganti attribuendum veni
Quòd autem *Mercurius* v. gr. *dulcis*, aut *Me
curius vitæ* purgare ἄνω vel κάτω deprehenda
tur, id profectò non tam ipſis *Mercurii m
leculis*, quàm permixtis ei *ſalibus* adſcrib
debere arbitramur. Verum quidem eſt
Hydrargyrum potenter imò potentiſſimè re
ſolvere coagula viſcida ubicunque hæren

tia

a, ſed eapropter tamen non dicendum eſt
ud purgare. Mirari verò non ſatis poſſumus
ic, quid impulerit PRIMEROSIUM,
iòd *Libr. 4. de Erroribus vulgi in Medicinâ*
p. 29. tam audacter ſtatuerit, *Mercurium*
ſanguinem coagulare. Forſan ſuam ſenten-
am hauſit à frigiditate, quam *Mercurius*
tactum habet; ſed hanc opinionem er-
neam egregiè debellavit atque refutavit
RAMMANNUS, ſolo experimento im-
iſſæ in venam Canis adhuc viventis ſe-
unciæ Hydrargyri; unde nullum pror-
s Cani incommodum accedebat, quod
men fieri debuiſſet, ſi Mercurius coagu-
ndi virtute polleret.

VI. Vim autem *anodynam* atque *dolorum* *Ejus virtus anodyna.*
igatricem Celeberr. Lipſienſium Medicorum An-
es JOH. BOHNIUS, *Tractat. de Officio*
dici dupl. p. 365. Hydrargyro adſcribit, ut-
hanc non tam per ſe, quam verò per ac-
ens præſtare videatur, dum cauſas do-
um variorum virtute tantùm reſolvendi,
cutiendi, aut etiam edulcorandi deſtruit,
ue è medio tollit.

VII. Notatu tandem maximè omnium *Vis ſalivatoria.*
na eſt Virtus vel qualitas Hydrargyri
vatoria, dum intra corpus & ſanguinem
icienti copiâ admiſſum, ſalivam primò
dem ſpiſſam & mucoſam per octo plu-
resve

resve dies, poſtea verò tenuem, limpidan & aquoſam è Glandulis ſalivalibus in o profluere facit. Effectus per ſe ſatis notu eſt & conſpicuus, ſed cujus tamen vera & genuina ratio modusque haud æquè patet

Ejus cauſa. niſi velimus dicere, Mercurii globulos cun ſalinis noſtri Sanguinis particulis combina tos, ſerum fluidius reddere, ac ſpecificè it reſolvere & accommodare, ut in circuit humorum per poros Glandularum ſaliva lium, ſuæ figuræ magis proportionatos potius quàm per alios poros ſecernatur In hanc profectò rem legi merentur *Vi celeberrimi* BOHNIUS, WEDELIUS HOFMANNUS, & alii.

Modus uſurpandi Hydrargyrum. VIII. Liceat verò vel brevibus præſtan tiorem modum, quo tam externè applicar optimè, quàm intus exhiberi commodiſſi mè queat *Mercurius*, deſcribere. Et qui dem pro uſu *interno* omnium tutiſſimè ex hibetur vel *Mercurius crudus*, vel *Mercuri dulcis*, *bis tantùm* aut *ter ſublimatus*; vel *Cin nabaris nativa optima*, aut *Cinnabaris Antimo nii correct.* Sive dein in formâ *Boli* cum *Con ſerv. Roſar.* vel in formâ *Pilularum* cum *Extrac Sorzoner.* ſumatur. Sic enim, ſi cætera rit ſint diſpoſita, neque gingivis, nec faucibus aut aliis partibus ullum inferet damnum *Externè* uſurpari ſolet *Unguentum* è *Mercuri vivo* cum *Axung. porcin.* aliisve probè ſub

acto

ꝭo, Articulis manuum ac pedum inun-
endum, vel *Cingulo* includendum, atque
irca Lumbos applicandum. Eundem in
nem quadrant *Emplaſtra mercurialia*, & in
ormâ *Solearum*, redacto prius in *amalgama*
Iercurio, impoſitum *Hydrargyrum*. Reſpui-
us verò heic, atque cane pejus & angue fu-
ere jubemus laudata ab aliquibus *Suffumigia*
Mercurio facta, utpote quæ Cerebro,
ulmonibusque ſummè inimica ſunt.

IX. Expoſitis hactenus demonſtratis-
e *Mercurii*, *Mercurialiumq;* virtutibus exi-
iis atque effectibus mirandis, ſupereſt ut
ucis adhuc indigitemus eorum, præſer-
n *malè præparatorum*, aut minus *ſcitè pro-*
q; uſurpatorum, nocentem in corpus hu-
nnum activitatem, quæ certè neque peri-
m Medicum, neq; exercitatum Aurifabrum
gere poteſt, utpote qui benè nôrunt,
gnas in Microcoſmo turbas *Mercurium*,
n modò ſalivam, alvum ac vomitum ex-
ando, cauſari, ſed & Dentes vacillantes
dere, ipſique ſyſtemati Nervorum adeo
enſum eſſe, ut ejus tonum maximè de-
tet, hincque membra paralytica aut tre-
ntia efficiat, quapropter in *Mercurialium*
& applicatione cautè mercandum, &
duo maximè reflectendum eſt: 1. Ut
rcurii activitas quodammodo tempere-
2. Ne jungatur cum ſalibus acidis,

Hydrargyri noxæ.

Cautelæ in uſu Mercurialium.

R nec

nec in iis Affectibus uſurpetur, in quibu Salia exceſſivè peccant, v. gr. in *Arthridit* *Scorbuto* &c. Quando ſaliva ex uſu Mer curii profluit, facilè Oris atque Fauciur Puſtula & Ulcera oboriuntur, niſi debit hæc ſymptomata remediis ſtudiosè præca veantur. *Ephem. Natur. curioſ. Dec. 2. Ann.* legimus exemplum, ubi Cingulum geſt tum mercuriale ſubſecutus eſt *Ptyalismus l* *thalis.* Ita Studioſum quendam ex uſu *A* *quæ Mercurii ſublimati* prehenſum fuiſſe *D* *fectione Animi*, & *Brachii Contracturâ*, totie citatus refert HOFMANNUS in *Notis a* *Poterium.* WEDELIUS etiam in *Amœni* *Mater. Medic.* adnotavit, Juveni cuidam a uſu *Mercurialium* intempeſtivo Ventriculur fuiſſe perforatum. Plura qui deſiderat, evol vat judicioſiſſimum BOHNIUM de *Offic* *Medici duplici*; POTERIUM, HOFMAN NUM *Tractat. de Cinnabar. Antimon.* WIL LIS. WELSCH. FERNEL. SCHENCK & plures alios. Si verò media deſideres quibus noxæ illæ vel præcaveri, vel cura ri poſſunt, laudamus in hunc finem *Anti* *mon. diaphoret. Bezoard. mineral. Lac Lunæ* & cum HOFMANNO ipſum quoque *Mer* *curium diaphor.* intus ſumendum.

CA

CAPUT VI.

Hydrargyri Proprietates & Commoda extra Corpus humanum.

Conſideratis virtutibus & noxis, quas Mercurius in corpus Hominis ut- urimum exercet, tranſitum facimus pro- mè ad illas *vires*, quas quidem poſſidet ctra Corpus humanum, ubi poſtpoſitis iis pluribus ea primùm occurrit *Proprie-* -, quâ Mercurius Metalla reddit mallea- lia & mollia. *Malleabilitatem* verò Me- llis conciliare Mercurium cum pluribus ilofophis & Chymicis etiam aſſerit ECHERUS *Phyſic. ſubterran. p. m.* 588. *oll.n* Metalla per Mercurium nemo ſa- s inficiabitur, niſi amalgamationem eo- m cum Mercurio negare velit, quod tan- abſurdius foret, quanto magis à ratio- atque experientiæ teſtimonio ablude- : ipſa certè vox *Amalgama* ſeu *Malagma*, od derivatur à græco μαλάσσω ſeu μαλάττω, *ollio*, rem ſatis claram reddit. Eſt au- m *Amalgamatio* nil aliud, quàm Calcina- Metallorum per Mercurium, vel ſicut DHNIUS in *Diſſert. Chymico-phyſic.* de- ibit, arcta unio Metallorum cum Mer- rio, quâ quidem Metalla per admixtio- m Hydrargyri in maſſam magis vel mi-

Mercurius fecit Metalla malleabilia.

Amalgamatio.

nus fluidam rediguntur. Aliàs ad commune Amalgama requiruntur Mercurii commun. partes quatuor, & Metalli pars una: Quòd ſi verò amalgama fluidius deſideretur, ſumuntur partes ſex vel plures Mercurii. Summa interim, ſingulis ferè ævis inter Chymiæ gnaros agitabatur lis, *an videlicet omnia Metalla cum Mercurio in amalgama redigi poſſint, nec ne?* Ubi priorem ſententiam non ſine ratione amplectimur: hoc tamen ſimul monendo, quòd lubentiſſimè omnium hanc operationem ſubeat *Plumbum*, dein *Aurum*, *Argentum* & *Stannum*: difficiliùs *Cuprum*, difficillimè tandem *Ferrum*, quod nonniſi, vel ſecundùm mentem quorundam Chymicorum cum adjecto Vitriolo de Cypro, vel juxta BECHERUM cum additis duabus Dianæ columbis in amalgama cum Mercurio redigitur. Plura circa hanc operationem Amalgamationis dicere poſſemus, niſi brevitatis ſtudio ad dicti ab hoc conatu deſiſtere cogeremur.

Mercurius utilis ad opera mechanica.

II. Liceat tamen adhuc inſerere heic quòd Mercurius noſter ad varia quoque in Artibus mechanicis experimenta & opera producenda apprimè conducat. Ut enim hic præteream *experimentalem Phyſicam*, in quâ requiritur ad conficienda *Barometra* indeque demonſtrabilem variam elaſtici aëris gravitatem ac preſſionem; Certè *Auri-*

fabri

ıbri & Cingularii mediante Hydrargyro va- *Ad deaurandum.*
. quæque, è Metallis omnibus (exceptis
tanno & Plumbo, quia hæc ignem, qui
:quiritur ad evaporandum Mercurium,
on ſuſtinent) parata Auro vel Argento
oducunt, Sed & Mercurius cum Auro
nalgamatus incaleſcit præter ſolitum;
ıjus caloris ratio hæc videtur eſſe, nimi-
m Mercurius corpus ſummè activum, &
uri avidiſſimum, iſtud in tali opere vi
ıâdam aggreditur, & ſulphur, quod in
ɔ fovet ſinu, vi alliſionis ad calorem ta-
n excitandum diſponit. Porrò idem Hy-
argyrum *Menſtrui* vices ſuſtinet & qui- *Menſtrui vices gerit.*
m ſicci, ſolvens & emolliens Metalla,
lut hoc in antecedentibus jam ſufficien-
commonſtratum eſſe putamus. Si verò
ymiam ſpectemus, in ea *Mercurius* ſe gerit *In Chymiâ præcipitans eſt.*
aquam *præcipitans*, tale quidem, quod pon-
s addit particulis in ſolutione hærentibus,
æ proin acceſſu Mercurii graviores factæ
n poſſunt non fundum petere, uti videre
et in ſolutione Martis & Zinci cum Spi-
ı Nitri, ac ſolutione Auri & Argenti
n propriis menſtruis paratâ, Mercurio-
: præcipitatâ. Tandem in Opticis quæ- *In Opticis phænomena varia producit.*
n experimenta Hydrargyri ope in lucem
deunt, ita enim ſi ſolutiones Mercurii
Martis, quæ utræque limpidæ exiſtunt,
icem miſceas, nigri prorſus coloris li-
orem obtinebis. Sic Aqua vel ſolutio

Mercurii ſublimati & Oleum Tartari per del. invicem mixta rubrum procreant colorem; eadem Aqua lacteum à Spiritu Salis armon., à Spiritu Urinæ autem flavum acquirit colorem.

Mercurii ſympathia. III. Supereſt ut paucis attingamus *Sympathiam*, quam Mercurius vulgò habere credebatur maximè cum Auro, cujus rei fundamentum in eo conſiſtit, quòd Auri ſubſtantia taliter ſit à Naturæ Opifice contexta, ut quàm promptiſſimè Mercurium intra ſuos poros recipiat, cumque hoc ſeſe mox arctè uniat, id quod experientia multiplex abundè teſtari valet; quando enim v. gr. Annulum aureum ori Hominis, ab uſu Mercurii ſalivantis, immittis, eum citiſſimè mercurialibus moleculis ita pollu videbis, ut nonniſi Vulcani ope à ſeinvicem ſeparari poſſint. Vide præter LEVINUM LEMNIUM, *Ephemerid. Natur. Curioſ. Decur. I. Ann. I. & Decur. II. Ann. III.* Simile quid in Macrocosmo efficere ſolent Metallicolæ, dum mediante Mercurio Aurum è mineris ſuis provocant atque eliciunt, ut de hoc videri poteſt BARCKHAUSEN *Pyroſophiæ pag. 393. & 400.* Inſuper Aurum cum Mercurio philoſoph. ita unitur ut cum hoc non ſolùm corii poros penetret, ſed & retortam aſcendat, teſte BECHERO *Phyſic. ſubterran. pag. 750.* Imò cum

um Mercurio ſub amalgamatione per
nem paulo vehementiorem tractatum Au-
um in liberas evolat auras. Sed & inter-
edere quoque creditur amicitia inter Mer-
urium noſtrum & Salia acida, quod vide-
contingit in præparatione *Mercurii ſubli-
ati*, ubi cum acidis particulis intimè com-
iſcetur, ita ut nonniſi per admixta alca-
na ab iisdem liberari poſſit. Hinc enim
t, quòd alcalina abſorbentia, & antimo-
ata diaphoretica operationem ſiniſtram,
am Mercurius à ſuccis acidis in corpore
ſtro alteratus exercere ſolet, egregiè al-
rent, invertant, atque emendent.

CAPUT VII.

Medicamenta ex Hydrargyro parata varia.

QUod *Uſum* denique *medicum* Hydrargyri concernit, diverſa ex illo
rari poſſunt ac ſolent *Remedia*, quæ, prout
bile hoc fluidum à magis vel minus pe-
â tractatur manu, ita plus minusve ſalu-
ria evadunt; ſicuti enim, uti in prover-
dicitur, non è quovis ligno fit Mercu-
s, ita non cuilibet conceſſa eſt notitia
ars, ſalutaria ex eo parandi Medicami-
. Veteres quidem, & inter hos Arabes,

Uſus medicus Hydrargyri.

Remedia mercurialia. quos primos Inventores uſûs Mercurii fuiſſe refert POTERIUS *Operum ſuorum p. m.* 563. hunc in ſubſtantiâ uſurpâſſe, atque notabili cum effectu exhibuiſſe conſtat; notabiliorem verò atque præſtantiorem poſtliminiò virtutem exercuiſſe obſervatæ ſunt Recentiorum variæ ex Mercurio factæ præparationes; creſcente enim Scientiâ vel Arte chymicâ ſubinde magis ac magis excellentia è laudabili hoc Concreto parata fuere Medicamina, ut hiſce temporibus in pharmaceuticis Officinis vix quicquam reperiatur, è quo major remediorum farrago elaboretur (ſolùm *Antimonium* ſi excipias) quàm *Mercurius.* Quanquam igitur numeroſæ ſint Hydrargyri *præparationes* à Chymiſtis excogitatæ, earum tamen nonniſi præcipuas, magisque uſitatas heîc congerere, atque alphabetico ferè ordine deſcriptas dare conſtitui.

Æthiops mineralis. II. Primo itaque loco occurrit *Æthiops mineralis*, à nigro, quem habet, colore ſic dictus Pulvis, cujus diverſas præparationes apud Chymiſtas invenimus quidem, ſed ſequentem reliquis præferendam eſſe credimus: ℞. *Mercurii opt. notæ q. v. indatur mortario vitreo vel lapideo, huic adde ſtillatitii Goslarienſis Sulphuris tantum, quantum abſorbere Mercurius valet, ſic acquires cum Pulvere nigro ſimul Medicamentum mercuriale, eximiarum*

cum virtutum in corrigendis ſanguinis impuritati-
ous, reſerandis Viſcerum obſtructionibus, Cachexiâ,
Scorbuto, Lue venereâ, Lumbricis necandis & ex-
pellendis: Doſ. à ℈ß. ad ℈j. Hoc inſuper cum
Balſamo Peruviano & Roob juniperino permix-
tum, interneq́ ſæpiùs ad ʒß. aſſumtum, Fluorem
album, Gonorrhæam & Scabiem inveteratam fe-
iciſſimè ſanat.

Antiquarium Riverii.

III. Secundum locum tenet *Antiquar-*
ium Riverii, quod fit ex *amalgamate Mercu-*
ii & *Solis*, *ſuperaffundendo nimirum huic ſ. q.*
Aquæ regiæ ad diſſolutionem; quando ſoluta eſt
Maſſa, tum abſtrahitur Aqua regia, & rema-
entia quàm optimè dein per affuſionem multi-
plicem Aquæ ferventis edulcoratur, ſic habebitur
Medicamentum præſtantiſſimum ad Obſtructiones
pertinaces reſolvendas in Morbis chronicis, Febrim
quartanam profligandam, Sudore movendo, &
Salivâ in diſpoſitis leniter pellendâ. Doſ. à gr. vj.
ad xij.

Aquæ mercuriales.

IV. Tertium locum occupant *Solutiones*
mercuriales, quas *Aquarum mercurialium* no-
mine inſignire ſolent. Diverſiſſimo autem
æ modo parantur, etenim vel *Mercurius*
crudus ſolâ aquâ fontanâ coquitur, aut *Mercurii*
ublimati ʒij. in Aquæ fl. Fabar. Spermat. Ranar.
a. ℔ß. ſolvuntur, & ſolutioni huic adduntur
ach. Saturni ʒij. Hic Liquor optimo cum
ucceſſu ad delendas *Faciei Maculas* & *Guttam*

roſaceam extus applicatur; inſuper *Pſoram*, *Serpiginem*, *Lentigines*, *Puſtulasq;* *ſcabioſas* egregiè ſanat. Sic quoque apud Chymiæ gnaros reperitur *Aqua* quædam *phagedænica* dicta, cujus legitimam præparationem hanc eſſe credimus: ℞. *Aquæ Calcis viv.* ℔j. *Mercurii ſublimati* ℈j. *Miſce.* Inſignis eſſe ſolet in extergendis ac perſanandis *Ulceribus ſordidis*, *malignis* vel *venereis*. Verùm ut in applicatione harum *Aquarum* cautè mercemur, optime monet WILLIS in *Diatrib. de Medicament. operat. Part. ſecund. p. m.* 244. vel ſimpliciſſima *Solutio Mercurii* in Aquâ qualicunque pro phagedænicâ admittitur. Hiſce jam recenſitis addere placuit ſequentem injectionem: ℞. *Aqu. Roſar.* ℔ß. *Mercurii dulc.* ʒß. *Miſc.* Hæc *Aqua* in *Gonorrhœâ* injecta divinam fert opem. Plura vide in WEIDENFELDII *Tractat. de Secretis Adeptorum.*

Aqua phagedænica.

Arbor philoſophica vel Dianæ.

V. *Arbores* dein è Mercurio parantur artificiales, *philoſophicæ* ab aliquibus, ab aliis *Dianæ Arbores* dictæ, quas FRID. HOFMANNUS in *Notis ad Poterium* ex ſolo Amalgamate *Solis* vel *Lunæ*, debito igne adhibito; BOHNIUS verò in *Diſſertat. Chymico-Phyſicis* ex Amalgam. *Lunæ* additâ *Aquâ forti* parare jubet; idque per ſublimationem in debito Vitro inſtituendam, ubi emergens è fundo materia mercurialis ad latera

Vaſis

Vaſis applicabitur, adhæreſcet, atque egregiè figuram alicujus Arboris repræſentabit, quam dein diutiſſimè aſſervare, & tanquam curioſum magis naturæ phænomenon, quàm tanquam medicamentum, Rerum naturalium æſtimatoribus contemplandum offerre poſſumus.

VI. *Arcanum corallinum*, quod TH. PARACELSUS tanquam remedium è Mercurio fixato paratum mirè pluribus in Morbis extollit, Pulvis eſt rubicundus, adeoque à colore, quem cum Corallis rubris communem habere debet, ſic dictum; quomodo autem parari debeat vel poſſit, arcanum profectò eſt adhuc maximum, cùm citatus PARACELSUS nonniſi obſcurè atq; ænigmaticè ejus deſcriptionem exhibuerit. Vult autem hic *Protochymiſta*, in præparatione hujus Medicaminis Hydrargyrum perfectè figi debere, ita ut reſuſcitari amplius nequeat; omnes autem Mercurium figendi hactenus ab Auctoribus adductæ deſcriptiones atque elaborationes ejus ſunt generis, ut perfectam Mercurii fixitudinem neutiquam oſtendant, cùm è ſingulis iterum ad priſtinam ſuam fluiditatem revocari queat. Dum igitur in eâ adhuc opinione hæremus, figi perfectè Mercurium nullâ arte poſſe, placet aliquam *Arcani* illius *corallini*, quale quidem non ſine felici ſucceſſu in uſum fuiſſe tractum

Arcanum corallinum.

Mercurius perfectè figi nequit.

tum novimus, deſcriptionem fideli calamo exaratam in medium protrudere: ℞. *Mercurii vivi optimè depurati q. pl. affunde Spiritûs Nitri q. ſ. ſtent in loco tepido usq; dum Mercurius probè ſolutus fuerit; poſtea Spiritum denuò abſtrahe ad ſiccitatem usq;, Pulveri mercuriali ſicco affunde Aquam Roſarum, in quâ Sal Tartari fuerit ſolutum, Liquorem hunc ſimiliter abſtrahe ab eodem; Pulverem denuò relictum aliquoties affuſâ calente Aquâ edulcora; tandem ſuper ſiccatum pulverem Spiritum Vini rectificatum aliquoties accende & deflagrare permitte, ac dein ſiccatum Pulverem uſui adſerva. Doſis eſt à granis ij. ad grana v. vel vj. cum liquore conveniente, in Affectibus ſupra dictis; Sudorem blandè movet, quandoque ſimul per alvum laxat, Obſtructiones reſerat, Scirrhos internarum Glandularum emollit & aperit, Gonorrhæam & Fluxum album ſiſtit.*

Aurum horizontale.

VII. *Aurum horizontale* à nonnullis ſic appellatum contemni haud debet, medicamentum quippe inſigne abſorbens, edulcorans, blandè reſolvens, acida ſpasmodica deſtruens, corroſivas venenatas particulas invertens, tonum fibrarum nervoſarum ubicunque roborans, apoplecticos, vertiginoſos, atque epilepticos inſultus præcavens, modo probata ejus elaboratio habeatur; nobis certè ſequens compoſitio hactenus egregiè ſatisfecit, loco aliarum quarum-cun-

tunque deſcriptionum: *℞. Cinnab. Antim. rectif. ʒß. Croci Solis probè edulcorat. ʒij. Ol. Dillat. Cinam. gutt. ij. M. f. Pulv. ſubtil. cujus Doſis eſt à gr. vj. ad grana x. vel xv. in convenienti vehiculo.*

VIII. *Aurum muſicum, ſophiſticum*, item *Azoth Heslingii*, ſunt certæ quoque præparationes è Mercurio, variisque Metallis fieri ſolitæ; cùm autem partim curioſæ tantùm exiſtant, partim utilitate notabili careant, ac præterea tædioſæ admodum, laborisque diuturni exiſtant, hinc meritò illas præterimus. Si quis verò nihilominus tales Proceſſus chymicos deſideret, conſulere poterit BARCKHAUSEN in *Pyroſoph.* JUNGKEN in *Lexicis Chymic.* COLLECTANEA *Chymica Leidenſ.* aliosque auctores. *Aurum muſicum, ſophiſticū, Azoth Heslingii.*

IX. *Balſamus Mercurii* eſt *remedium* conſiſtentiam Unguenti gerens, quod variâ quoque ratione componi & parari ſolet, ſequens deſcriptio multis placuit: *℞. Mercurii opt. depur. ℥ij.* ſuperfunde *Ol. Juniper. ℥iij. invicem mixta leni calore digerantur, usq; dum mixtura coëruleum acquirat colorem.* Vel ad mentem FRID. HOFMANNI *in Notis ad Poterium p.* 214. certa portio *Mercurii dulc.* a *ſ. q. Ol. Hyperic. ſolvenda eſt:* ſic oritur *Balſamus* egregius in *Ulceribus* variis, præſertim *Balſamus Mercurii.*

ſertim *Aurium*, nec non in *Carcinomate* uſurpandus.

Remedia cinnabarina, nativa, artificialia.

X. Si quæ etiam ex *Mercurio* parata remedia laude digna, ſanè ſunt ſic dicta *Cinnabarina*, quæ varia eſſe ſolent, vel à *naturâ*, vel à *peritâ* Chymici *manu* parata, hinc vel *nativa*, vel *artificialia* dicuntur. Primò itaque conſiderare ſtatuimus *Cinnabarim* ſic dictam *vulgarem*, quæ licet à quibusdam pro veneno fuerit habita, & adhuc habeatur, attamen ſi ritè præparetur, minimè venenatam, ſed egregiè medicamentoſam poſſidet virtutem. Ejus, quanquam varii à peritis Chymicis nobis exhibeantur parandi modi, ex illis tamen eligimus ſequentem: *Sulphuris Goslarienſ. ſtillat. pulveriſ. q. v. indatur mortario lapideo & huic adjiciatur Mercurii probè depurati q. ſ. hæc invicem accuratè agitentur, donec Hydrargyri globuli protinus evaneſcant, & maſſa gryſeo ſit imbuta colore, poſtea indantur cucurbitæ vitreæ, quâ arenæ impoſitâ ignis ſubdatur, & adminiſtretur per gradus, ita adhærebit collo vitri materia ſplendeſcens rubea, Cinnabaris dicta, quæ eximenda, pulveriſanda & aliquoties adhuc ſublimanda, demum trituranda, & Aquâ fontanâ elutrianda,* ſic non modò ejus virtus, quam cum *Cinnabari Antimonii* communem habet, ſed & color inſigniter exaltatur.

Cinnabaris vulgaris.

XI. *Cin-*

XI. *Cinnabaris Antimonii* eſt Pulvis ſplen- *Cinnabaris Antimonii.*
lidè ac pulcherrimè rubicundus, diverſimo-
lè parari ſolitus, etenim non tantùm pon-
lere ingredientium, (ſiquidem aliqui ſu-
nunt *Antimonii & Mercurii ſublimati partes*
qua̧les; alii verò recipiunt *Mercurii ſubli-*
nati partes tres, & *Antimonii partes duas*;
ıonnulli denique malunt *Mercurii partes*
uas, & *Antimonii partem unam*,) ſed etiam
pſius encheiriſeos ratione Jatro-Chymiſtæ
nter ſe diſcrepant; in quâ profectò en-
heiriſi plurimum eſt ſitum, ſi notabilem
innabaris, & quidem *optimæ* quantitatem
anciſci cupias. Pro regulâ interim certâ
oc teneto, quòd quo plus *Antimonii* mi-
usque *Hydrargyri* in hujus remedii præpa-
ıtione adhibueris, eo plus *Butyri Antimonii*,
ninusque *Cinnabaris*; quo verò plus rece-
eris *Mercurii ſublim.* minusque *Antimonii*,
ɔ plus *Cinnabaris*, minusque *Butyri* illius
anciſceris. Optimus itaque *Cinnabarim*
ntimonii conficiendi modus ſequens nobis
idetur eſſe: ℞. *Mercurii ſublimati opt. not.*
rſenico minimè adulterati ℥viij. *Antimonii mi-*
ıs ſtriati ℥vj. *Pulveriſata exactiſſimè miſcean-*
r in mortario lapideo, & quantum poſſibile,
ıtentur vapores, præſertim admixtâ paucâ aquæ
ıantitate prodeuntes; mixta ſic indantur Re-
rtæ vitreæ forti, collo amplo præditæ, quæ im-
ittatur arenæ, præpoſito Recipiente ſat capaci,
timè lutato; Ignis hinc primò adminiſtretur le-

nis,

nis, ut fiat maceratio, aucto poſtmodum igne ex-ſtillat Liquor albicans, dein butyroſus, qui ali receptaculo excipiendus, poſt hunc prodit luteo-lus humor guttatim extillans, quo apparente ſta-tim ignis vehementiſſimus dandus, antequam ma-teria in Retortâ comburatur, & parum dei Cinnabaris exhibeat; ſic cum fumis rubentibu Cinnabaris promtè omnis in Collum Retortæ ſub-limabitur. Quo facto omnia refrigerari ſine Retortam exime, frange, & Cinnabarim, qu quinque plus minus uncias ponderare debet, col-lige, & ulteriore dein ſublimatione, ad mini-mum ſexies iteratâ, rectificatam uſui aſſerva Quod ſi *Caput mortuum* in hâc præparation relictum, ſtatim in pulverem ſubtilem re-digas, hujusque unam partem cum ſex partibus *Mercurii ſublimati* optimè conteras miſceas, & ex arte ſublimes, denuò quan-titatem *Cinnabaris Antimonii* ſtupendam ob-tinebis, ſed *Caput* illud *mortuum* ſtatim ſu-mi debet, antequam ex aëre novam humi-ditatem attraxerit. Ratio hujus proceſſu hæc videtur eſſe: particulæ nimirum ſali-næ in *Mercurio ſublimato* hæſitantes acce-dente calore, moleculas antimoniales, tan-quam magis amicas aggrediuntur, illasque intimè ſolvunt, inque *Liquorem glacialem* à frigore facilè condenſabilem, ſeu *Butyrum Antimonii ſic dictum* mutant; relicti ſic glo-buli mercuriales ſe cum ſuperſtitibus par-ticulis *Antimonii* ſulphureo-acidis arctiſſime

com-

ombinant, applicatoque fortiſſimo ignis
radu in collum Retortæ aſcendunt, ibi-
ue ſub formâ Maſſæ rubicundæ colligun-
ur. Hæc igitur tali encheiriſi parata *Cin-
abaris Antimonii*, & ſuprà deſcripta *vulga-
r*, cæteris Medicamentis *mercurialibus*, ſi
almam non planè, maximâ tamen ex par-
præripit; quantas enim ad debellandos
Corpore humano contingentes plures
ffectus morboſos poſſideat vires, paſſim
Auctoribus & Obſervationibus diſcere
cet. Potens certè eſt, ſed minimè tamen
hemens remedium ad expugnandos Mor-
s etiam valde rebelles, Epilepſiam præ-
rtim, convulſivos & hyſtericos Affectus;
noxium planè & ſecurum ita ut cuivis
ati & temperiei conveniat: ſulphureæ
im particulæ Mercurio in Cinnabaris præ-
ratione intimè ac tenaciſſimè ſociatæ om-
externorum poſtliminiò ſalium, corro-
itatem venenatam conciliaturorum, ac-
ſui reſiſtunt, globulosque Mercurii ita
os retinent, ut impetum nullum exer-
re valeant. Doſi autem dari debet non
eo parvæ, ſed ad grana 15. vel ℈j. imò
in robuſtioribus, bis vel ter quotidie,
vehiculo aqueo, per plures etiam dies
ntinuando, modò alvus ſemper naturâ
arte reſponderit, & tonus fibrarum ner-
ſarum in primis viis non ſit flaccidus.
æſtantiſſimum ſic eſt remedium in Verti-

 gine

gine caducâ, Epilepſiâ, Convulſionibus, Cephalalgiâ, Scabie, Cachexiâ, aliiſque morbis chronicis.

Mercurius coagulatus. XII. *Mercurius coagulatus* eſt craſſum quoddam Amalgama mercuriale, nullius in Medicinâ certi uſûs vel effectûs, ſi ſuperſtitioſam illius appenſionem, Amuleti inſtar, excipias, in Scabie, Dyſenteriâ, Febri Hungaricâ, Peſte, Vertigine epilepticâ, aliiſque morbis à nonnullis commendatam. Ejus deſcriptionem, ſi quis deſideret, invenire poteſt fideliter traditam apud BARCKHAUSEN *Pyroſoph. p.* 426.

Mercurius corallatus. XIII. *Mercurium* ſic dictum *Corallatum* ab *Arcano corallino* ſuperiùs deſcripto parum differentem, nonnulli valde extollunt, illumque ſequentem in modum optimè parari exiſtimant: ℞. *Mercurii crudi optimè depurati q. pl. affunde Spiritûs Nitri q. ſ. ſtent donec ſolutio ſit facta; ab hâc dein ſolutione Spiritum abſtrahe ad ſiccitatem; remanentem in fundo pulverem rubrum affuſâ aliquoties, vel copioſâ aquâ calente edulcora; hinc tertiâ vice Liquorem Tartari per deliq. affuſum abſtrahe; tandem vehementiſſimo igne Mercurium ſublima, ſublimatum Aquâ Ovorum denuò ablue & edulcora; ſuper edulcoratum verò & ſiccatum pulverem denique Spiritum Vini rectificatiſſ. aliquoties deflagra;* ſic obtinebis *Remedium* in Epilepſiâ,

Paſſ

Paſſione hyſtericâ & convulſivâ, Gonor-
rhœâ virulentâ, Bubonibus & Ulceribus
enereis, aut ſordidis aliis & inveteratis
ximium, cujus gr. 5. 6. 8. pluráve, quo-
die per plures dies data, per inſenſibilem
anſpirationem, ſudorem lenem, rariùs
er ſeceſſum operari, ſanguiniſque maſſam
gregiè depurare valent.

XIV. Duo potiſſimùm requiruntur, ne oceat *Mercurius*: *primum eſt*, ut nimia ejus tivitas quodammodo temperetur, vel coër-atur: *ſecundum*, ne jungatur cum Salibus, æſertim acidis, cum his enim conjunc-s, naturam venenatam, *Mercurii ſublima-* æmulam, induit. Quòd ſi autem acti-tatem illam coërcebimus, ſimulque con-nctionem cum acidis impediemus, vel n inſtituemus, tum habebimus inſignis ficaciæ Medicamina, tantò magis, ſi præ-rationes *Mercurii* duobus illis Metallis, *rro* atque *Stanno*, non ſecus atque *Sulphure nerali* abſolvemus. Feliciter hoc quoque tinemus in remedio ſat laudabili, *Mer-rio Diaphoretico* nuncupato, nec non in *Cin-barinis* ſuperius deſcriptis. *Mercurium* quod inet *Diaphoreticum*, is triplici utplurimùm odo parari ſolet: vel per *Aurum*, vel per *annum*, vel denique per *Sulphur Antimonii*, jus deſcriptionem nobis exhibet TILIN-IUS *Ephemer. Naturæ Curioſ. Decur. 2. Ann. 2.*

Cautelæ in uſu Mercurialium.

Mercurius diaphoreticus.

Licèt verò hic proceſſus non contemnendus veniat, attamen cum illo per *Aurum* ac *Stannum* parato minimè comparandus, & potius ad *Cinnabarina* referendus. Paratur itaque *Mercurius Diaphoreticus jovialis* ſequenti modo: ℞. *Mercur. depur. p. ij. Stanni Angl. p. j. M. f. ſ. a. Amalgama, hoc immitte Retortæ vitreæ, & ſuperaffunde incirca Olei Vitrioli p. iv. abſtrahe dein Oleum forti igne, remanentiam edulcora ſ. q. Aquæ pluv. calidæ, exſicca, & ſuper eam dein aliquoties deflagra Spirit. Vin. rect. Sic paratum tenebis remedium inſignium virium ſudoriferarum*, præſertim ſi cum *Decoctis appropriatis* exhibeatur, quod inſuper magnum & efficax eſt in *Morbis chronicis pertinacibus, Sanguinis impuritatibus, Lymphæ vitiis*; præſertim verò in *Febribus quartanis, Lue venereâ, Scorbuto, &c. Doſ. à gr. viij. ad ℈j.*

Mercurius dulcis. XV. *Mercurium diaphoreticum* ſequitur aliud ſummè laudabile remedium mercuriale, *Mercurius* ſic dictus *dulcificatus*, ſive *Draco mitigatus*, quod ſynonymum meritò ei attribuitur, ſicut enim *Draco*, animal illud ſive verum ſive fictum & fabuloſum, à variis Auctoribus nobis deſcribitur generi humano ſummè infenſum, ita *Mercurius* etiam *ſublimatus corroſivus* valde nocivus eſſe ſolet Microcoſmo, niſi additis & avulſis quibuſdam mitigatus fuerit. Quanquam autem varii præſtantis hujus pharmaci pro-

ſtent

ſtent proceſſus haud contemnendi, inter omnes tamen nobis perplacet ſequens: ℞. *Mercurii ſublimati corroſivi non fucati* (qui cognoſcitur ex affuſo *Oleo tartari* per deliquium, unde ſi genuinus, flavum, ſi adulteratus ſit, nigrum acquirit colorem) *q. v. contere probè in mortario lapideo, & ei admiſce Mercurii vivi opt. tantum, quantum Mercurius ſublimatus abſorbere valet, hanc mixturam immitte aquæ calidæ, ut ex parte corroſivitatem ſuam deponat, exſiccatam dein vaſi convenienti inde, juſtoq; adhibito ignis regimine ſublima. Facto poſt abſolutam ſublimationem vaſe eximatur Mercurius hoc pacto dulcis redditus, ſub formâ ſplendeſcente collo vaſis appendens, ſeparetúrq; tum ab illâ materiâ, quæ ſupremam occupat partem, floresq; æmulatur, tum & à remanentiâ gryſei ferè coloris. Mercurius dulcis* pulveriſatus trinâ, imò pluries adhuc repetitâ ſublimatione rectificetur, rectificatus denuò aquâ calidâ edulcoretur, ſic tutius hoc Medicamen redditur. Ratio proceſſûs hæc eſt: *Mercurius ſublimatus* copioſiſſimis refertus particulis ſalinis, generi nervorum infenſiſſimis, ab admixtis particulis mercurialibus, globoſâ figurâ gaudentibus ideo dulcificatur, & vis ejus corroſiva domatur, quia globuli mercuriales ſeſe affigunt quaſi ſpiculis illis ſalinis, & hoc modo impediunt, quò minus ea hebetia ſic facta, fibrillis quibuscunque, præſertim nerveis, poſſint

Ejus vires. eſſe nociva. *Domatus* itaque hic *Draco* vires ferè divinas in debellandis variis Affectibus morboſis edere ſolet, quas ſi omnes vellemus recenſere, anguſtæ hæ pagellæ in volumen excreſcerent. Principes autem illius virtutes, quas præterire non poſſumus, eò tendunt, Lymphæ ſive Seri ubicunque ſtagnantis viſciditatem ac tenacitatem ejus ope incidi, reſolvi, ſicque ad debitam ac naturalem fluiditatem redigi. Præterea autem idem Medicamentum ſanguineam maſſam acrimoniâ ſalinâ ſcorbuticâ, venereâ infectam edulcorare emendare, in nonnullis quoque ſubjectis virtutem catarcticam blandam exercere denique in omnibus ſi pluries aſſumatur ſalivationem excitare, vermes necare ac pellere, obſtructiones pituitoſas reſerare coagula varia reſolvere ſolet. Doſ. à ℈ß ad ʒß. Specialiores plures, qui deſiderat ejus uſus, evolvat *Virorum celeberrim. Bohnii Wedelii, Poterii*, aliorumque Practicorum ſcripta. Hiſce *Mercurium dulcem* componentibus ſi addas debitam quantitatem *Florum Sulphuris*, (nimirum ad *Mercurii ſublimati* ℥iij. *Fl.* illorum ℥ß.) acquires *Mercurium ſublimatum dulcem, rubicundiſſimi coloris*; *Mercurius dulcis rubicundus.* qui vires cum *Cinnabarinis* habet communes, & in hoc ſolo differt, quòd alvum magis irritet: Doſis etiam à ℈ß. ad ʒß.

XVI. *Mer-*

XVI. *Mercurius ſublimatus corroſivus* au-*Mercurius ſublimatus corroſivus.*
tem ſequenti modo juxta BARCKHAU-
SIUM præparari poteſt: ℞. *Mercurii vivi*
℥. v. diſſolve in ſ. q. Aquæ fortis, vel Olei Vi-
trioli, vel Spiritûs Nitri; ſolutum mitte in Re-
tortam, abſtrahe hinc ſuperfluam Spirituum cor-
roſivorum quantitatem, nempe donec Mercurius
ſiccescere incipiat; huic dein è Retortâ exemto
admiſce partem æqualem Salis communis decre-
pitati, commixta inter ſe Cucurbitæ terreæ vel
vitreæ inde, ac ſuperimpoſito alembico vel ex
arenâ, vel igne aperto ſ. a. ſublima, uſque dum
Alembicum vel aliud ſublimatorium vas frigeſieri
ſentias, nulloſq; amplius fumos aſſurgere videas:
finitâ ſic operatione Mercurius, albi coloris, la-
teribus vaſis circumcirca in unum fruſtum con-
glomeratus adhærens eximatur, & in vitris uſui
aſſervetur. Alius modus præparandi ſequens
eſt: ℞. *Mercurii vivi uncias* 35. *Mercurii ſub-*
limati corroſivi ℥iiß. *Nitri purif. uncias* 16. *Sa-*
lis communis fuſi vel decrepitati uncias 30. *com-*
miſceantur benè, quouſque Mercurius extingua-
tur, quibus peractis addantur iis inſuper Vitrioli
ad rubedinem calcinati, vel Capitis mortui Aquæ
fortis unciæ 50. *in pulverem omnia trita, mix-*
taq; vaſis ſublimatoriis convenientibus immittan-
tur, atq; ſublimatio ſ. a. inſtituatur. Acerri-
mus hic Mercurius eſt venenum, adeoque
intus in corpore humano neutiquam uſur-
pandum: externè autem ad carnes ſuper-
fluas exedendas, Ulcerum cacoëtheorum

ſordes extergendas, Scabiem & Impetigines ſanandas, aliaque mala confert plurima; ſi v. gr. Ipſi Aquæ Plantag. vel *Roſar.* aliûsve q. ſ. ſoluto æqualis quantitas *Mercurii dulcis* admiſceatur, hâcque Mixturâ partes affectæ ſæpius de die cum linteolo molli laventur.

Emplaſtrũ mercuriale. XVII. *Mercuriale Emplaſtrum* in Officinis nullum extat, niſi illud de *Ranis Vigonis cum Mercurio*, cui ſimile tamen pro cujusque arbitrio ex tempore parari ſolet, modò hæc vel illa commiſcere velimus *Ejus vires.* ingredientia. Vires autem potiſſimùm *Emplaſtra mercurialia* obtinent reſolvendi, & diſcutiendi, hinc in Tumoribus variis pituitoſo-ſcirrhoſis, Doloribus partium profundis, optimo cum ſucceſſu adhibentur. Ita SIMON PAULI *Digr. de Febribus malign. pag.* 27. refert, *Emplaſt. de Ranis Vigon. cum duplo Mercurii paratum*, colloque circumdatum *Ptyaliſmum* excitâſſe.

Mercurius fixus. XVIII. *Mercurius* vocatur *fixus*, non quòd adeo corpus ejus ſit deſtructum & fixum redditum, ut vel violentiæ Vulcani maximè reſiſtat, vel etiam certâ encheiriſi reduci nequeat, ſed quia tantùm ſumma ejus activitas plus minus inhibita; hinc ferè nullam differentiam inter hunc & *Mercurium diaphoreticum* facere licet, niſi quòd HOF-

HOFMANNUS *Tractat. de Cinnabari Antimon. pag.* 111. alium *Mercurii* figendi modum exhibeat, unde Mercurius aliam quidem faciem, minimè verò aliam virtutem acquirit. A *Thomaſio Bovio* communicatum interea fuit remedium, *Hercules* ab ipſo Auctore appellatum, quod ſequenti paratur modo: ℞. *Mercurii purg.* ℥iv. *Auri lim.* ʒß. *M. f. Amalgama, hoc indatur Retortæ, & ſuperfundatur Menſtrui Bovii (quod eſt Spiritus ex Nitri, Vitrioli calc. & Salis calc. anaticâ portione prolectus) q. ſ. ad ſolutionem, & aliquoties abſtrahatur, dein remanentia edulcoretur, & Spir. Vin. rectif. ſuper hanc accendatur*: Sic habebitur egregium *vomitivum*, cujus Doſ. à gran. iij. ad gran. vj. in liquore convenientes. *Hercules Bovii.*

XIX. *Liquor mercurialis* hoc modo paratur: ℞. *Mercurii ſublimati* ʒiß. *Aqu. Roſ.* ℥xij. *M. ſtent. per* ♂♀. *in vaſe ſtanneo, poſtea filtrentur, filtrato liquori adde Sacch. Saturni* ʒij. *Mercurii dulc.* ʒiß. *M. uſuiq; ſerva*, qui præſtans eſſe creditur, in *Ulceribus inveteratis, Cutis affectibus* ferè quibuslibet, ſi modò locus affectus cum *Liquore* hoc ſæpiùs humectetur tepidè. *Liquor mercurialis.*

XX. Inter diverſas *Oleorum Mercurii* deſcriptiones eligo illam, quam D. MAETS *Collect. Chym. Leid.* ſub nomine *Butyri jo-* *Oleum Mercurii.*

vialis tradit, & ſic conficitur: ℞. *Stann. Angl. Mercurii viv. aa. part. æq. M. f. Amalgama, quod per lotionem à nigredine liberandum, huic adde pondus æquale Mercurii ſublimati, hæc invicem probè mixta effundantur ſuper tabulam marmoream vel vitream inclinatam, & ponantur in cellam, ſic Maſſa reſolvetur partim in liquorem, partim verò revificabitur portio quædam Mercurii; Liquor immittatur Retortæ, & applicetur primò ignis lenis, ſic prodit phlegma auđo verò igne aſcendet quoque Oleum* quæſitum, magnarum virium in *Ulceribus malignis, Gangrænâ, Sphacelo*, & ſimilibus.

Mercurius præcipitatus albus.

XXI. Porrò Mercurius quoque præcipitari ſolet, & quidem diverſimodè, unde varius prodit *Mercurius præcipitatus*, quos inter primò occurrit *albus ſ. coſmeticus*, cujus proceſſum hunc pro genuino ſtatuimus: ℞. *Mercurii comm. ℥ij. ſolvantur in Aquæ fortis ℥iv. ſolutio cum ſ. q. Muriæ præcipitetur, ſic fundum petet Pulvis albus, à quo per inclinationem ſeparandus liquor innatans, pulvis verò Aquâ fontanâ edulcoretur & exſiccetur.* Uſus hujus *Mercurii præcipitati* præcipuus eſt externus, non modò *coſmeticus*, ſed & in *Scabie, Serpigine, Ulceribus, Lichene*, & *Pruritu inſigni cutaneo* commendatus; *Unguentis* & *Balſamis* miſcendus.

Flavus.

XXII. *Mercurius præcipitatus flavus*, hoc modo

modo conficitur: ℞. *Mercurii ſublimati q. l. ſolvatur in ſ. q. Aqu. fontan. ſolutionem filtra, & præcipita cum Oleo tartari per deliq. ſic in fundum cadit Pulvis lutei coloris, qui Aquâ fontanâ calidâ edulcorandus, & in Ictero à gr. iij. ad gr. vj. uſurpandus:* extus verò in *Ulceribus cacoëtheis*, Cancroſis, *Scabie*, *Tineâ* &c. utilis.

XXIII. Inſuper *Mercurius* præcipitatur *per ſe*, h. e. ſine additione, & quidem hoc modo: ℞. *Mercurii crud. q. l. indatur vitro plano gaudente fundo, admoto prius leni igne, dein per aliquot dies fortiori, donec Mercurius ab effluviis ignis ſalino-æthereis prorſus in Pulverem rubrum fuerit mutatus, qui eximendus, probeq; edulcorandus; ſic paratum habebis Emeticum mercuriale inſigne*, quod etiam absque ſalivatione operatur, & à gr. iv. ad gr. vj. exhiberi poteſt. *Mercurius præcipitatus ruber per ſe.*

XXIV. Communis autem *Mercurius præcipitatus ruber*, tritum illud Chirurgorum remedium, licèt variis parari ſoleat modis, hunc tamen præ cæteris eligere placuit: ℞. *Mercurii viv. ℥ij. Aqu. fortis bonæ notæ ℥iv. M. ſtent ad ſolutionem usque, hâc peractâ abſtrahatur Aqua fortis ad ſiccitatem, remanentiam autem in vaſe terreo continuâ agitatione calcina ad rubedinem, dein Spirit. Vin. rectif. ſuper illam deflagretur.* Uſus ejus utplurimum ſolet eſſe *Cum additione communis.*

eſſe externus, hinc Chirurgis maximè familiaris ad *Hyperſarcoſin* & *Polypum Narium* tollendum, nec non ad *Scabies fœdas*, *Ulcera inveterata*, *venerea*, *fiſtuloſa* detergenda, mundificanda. Si velis hunc cum *Williſio* internè exhibere, tum prius oportet eum *Aquâ* fontanâ calidâ probè edulcorare; ſic à gr. ij. ad iv. pro vomitu excitando dare poteris.

Mercurius præcipitatus viridis. XXV. In Officinis quoque extat *Mercurius præcipitatus viridis*, hoc modo parandus: *℞. Mercurii vivi ℥iij. ſolve in ſ. q. Aquæ fortis, ſic quoque Veneris ℥iij. in ſ. q. Aquæ fortis ſolvantur, hæ ſolutiones invicem mixtæ indantur vaſi convenienti, & avocetur Aqua fortis: donec ſurgat fumus craſſus, quo apparente ignis extinguatur, & præcipitatum viride eximatur: teratur, edulcoretur atque exſiccetur.* Egregius hic *Pulvis* prædicatur in *Gonorrhœâ virulentâ*, partim promovendâ, partim extirpandâ. Doſ. à gr. vj. ad xij. cum *Terebinth. l. Reſin. Lign. Guajac.* in formâ *Pilularum*. Alia inſuper ab Auctoribus variis Chymicis nobis traduntur præcipitata *Mercurii*, quæ verò tanquam minus uſualia intacta linquimus, ſi quis tamen illa deſideret, evolvat *Poterium*, *Schrœderum*, *Glaſerum*, & *alios*.

XXVI. Inter præcipuas autem è *Mercurio* factas compoſitiones meritò recenſetur laude

ude ſummâ dignum illud remedium *Spe- Specificum* ficum cephalicum*, ab inventore *Mihaële* vo- *cephalicum Michaëlis.* tum; verùm cùm ipſemet Auctor ad com- oſitionem hujus egregii medicamenti in ſum vocet Magiſteria, quæ tanquam Cal- es rerum, minimè deſiderabilem edere va- nt effectum, hinc ea omittenda, & Me- icamentum hoc præſtantiſſimum tali mo- o parandum eſſe judicamus: ℞. *Cinna- ris Antimonii ℥j. Rad. Pœon. alb. ℥ß. Lap. ancr. ppt. Corallor. rubr. præp. Succin. præp. ngul. Alcis aa. ʒiij. Unicornu ver. Cran. hu- an. C. C. phil. præp. aa. ʒij. Fol. Auri q. ſ. . f. l. a. Pulvis, qui in omnibus ferè Morbis phalicis, nervinis, hyſtericis & convulſivis uſur- ri poteſt; abſorbet enim acidos humores, vim bet anodynam, cephalicam, ideò in Epilepſiâ, ralyſi, Vertigine, & reliquis etiam Nervorum fectibus conducit. Maximè autem in Spasmo, impetuoſo Spirituum animalium motu ſedan- laudatur. Eſt quoque bezoardicum, hinc in orbis malignis, ubi Bezoardica proſunt, lau- tiſſimum eſt:* verbi gratiâ, *in Variolis, Pe- chiis, maximè verò in Morbis Infantum ceu Pa- cæa adhiberi ſolet. Doſ. à gr. vj. ad ʒß.*

XXVII. Quanquam *Spiritus mercuriales Spiritus Mercurii jovialis fumans.* x & ne vix quidem in Pharmacopoliis veniantur, attamen quia *Spiritûs Mercurii vialis fumantis* ſæpius, præſertim in *Colle- s Phyſico-Chymicis experimentalibus* fit men- tio,

tio, hinc ejus deſcriptionem legitimam heîc tradere cogitavimus, fit autem tali modo: *℞. Mercurii ſublimati ℥iij. Nitri, Vitrioli, Salis comm. aa. ℥iv. Lim. Jov. ℥v. M. exactè, & affunde Aquæ comm. ℔ij. digerantur leni calore, donec Jupiter ſit ſolutus, poſtea igne evaporetur ad ſiccitatem, materia remanens indatur Retortæ vitreæ, & ex arenâ fiat deſtillatio, adhibito igne fortiſſimo, ſic acquires Spiritum, ſub formâ fumorum in Recipiente apparentem.* Uſurpatur hic utplurimum ad conficienda experimenta varia, *nec non à quibusdam, ſi cum Spir. Vin. fuerit mixtus, tanquam remedium divinum in compeſcendis Doloribus podagricis laudatur.*

Turpethum minerale.

XXVIII. Tandem deſcribendum quoque venit *Turpethum minerale*, tritum illud *Chirurgorum Emeticum*, quod optimè WILLISIUS ſic parare jubet: *℞. Mercurii crudi, Spir. Nitri, aa. p. æqu. M. indantur Retortæ vitreæ, hinc, quando Mercurius ſolutus erit, humiditas abſtrahatur omnis, reſtans in fundo maſſa alba edulcoretur Aquâ fontanâ calidâ, quæ dein à gr. iij. ad gr. vj. data, non modò vomitum movet, ſed & ſalivationem excitat*; hinc in *Lue venereâ, Gonorrhœâ, Scabie, Cacochymiâ*, & ſimilibus aliis Affectibus conveniens.

FINIS.

Appen-

ppendicis loco Diſſertationi huic annecte-re liceat *Epiſtolam* curioſam & elegantem, quæ hanc ipſam Hydrargyri materiam concernit, atque inter Epiſtolas Virorum Doctorum manu ſcriptas, quarum plus quam ſexaginta Tomos inter curioſa alia Bibliothecæ meæ ſtudiosè aſſervo, reperta eſt, à *Guilielmo Arragoſio, Tholoſate, Imperatorum & Regum Archiatro Celeberrimo*, Baſileæ, ubi octuagenario major apud Proavum meum *Jacobum Zuingerum, Medic. Doct. & Profeſſ. Chymicum præſtantiſſ.* degebat, in pace & tranquillitate vitæ ſuæ terminum, quem demum Anno 1610. ætat. 97. attigit, expectaturus, ſcripta & exarata.

PAULO JOVIO, *Florentino*,
UILIELMUS ARRAGOSIUS.

S.

ACcepi tuas literas, Vir Clariſs. quibus à me petis, ut meam ſententiam de *Hydrargyro* ad Te ſcribam; an videlicet ita præ-ari queat, ut ſit Medicamentum ſalubre, corporibus expurgandis ſine læſione poſ-ſit

ſit exhiberi? Et quid de *Unguentis* ex ipſo compoſitis, atque de *Præcipitatis* ſentiam? quibus imperiti Tonſores multa Corpora, ſimplici intemperie & materiâ quandoque malignâ laborantia, miſerè ac perniciosè præcipitant. Quod ſi illud Te moveat, ut aliquid jucundius ac tutius in morbis curandis deſideres, hoc ſanè tam rationi & & Arti Medicinæ eſt conſentaneum, quam pietas ipſa Rempublicam Chriſtianam poſtulat. Nam inter reliquas errorum cauſas, qui proximis ſeculis in Scholâ noſtrâ acciderunt, hanc unam ex maximis exiſtimo, quòd Chirurgi & Barbitonſores omnes nihil de Argenti vivi naturâ cognoſcentes, adhuc minus morbi eſſentiam, ad cujus uſum illud adhibent, conſiderantes, pro arbitrio adverſus ſymptomata, dolores, tumores, & Ulcera manifeſta atrociter pugnant. Unde, morbo prætermiſſo, multo majorem noxam corporibus inferunt, quàm Lues ipſa per ſe inferre poſſet. Hæc autem ſuo loco diſputanda relinquo, & ad Quæſtionem de Argento vivo redeo, quæ ſanè ardua eſt, & ſolutu perdifficilis, propterea quòd perpauci ſunt, qui Hydrargyri naturam probè nôrunt. Pendet autem Hydrargyrum ab humido & calido naturæ propinquo, virtute cœleſti utrumque roborante; eſt enim ipſius natura divina & æterna, quæ nec corruptioni, nec alteratio-n[i]

Barbitonſores temerarii in uſu Mercurii.

Hydrargyri natura.

ii eſt obnoxia, quam eleganter PLINIUS *iquoris æterni vomicam* appellavit. In eo eſt ermen metallicum, è quo generatur Meillum, ſicut in ovo, è quo pullus è poentiâ in actum educitur. Sed quamvis æc diſputatio Hominem in Phyſicis ac letaphyſicis perexercitatum requirat, atmen quoniam noſtri utriusque opinio uandam inter ſe ſimilitudinem habere vietur; nimirum quòd Tu de me ita peraſus ſis, ut in tali quæſtione Tibi ſatiscere poſſim, & ego viciſſim de Te, quod nto ingenio & naturali judicio polleas, quæ cum ratione ac demonſtratione Ti proponam, ea rectè intelligas, & de iis dicare ſcias; hæc ſanè erit cauſa, quæ à utuâ dilectione proficiſcitur, quòd auacter & hilari animo, pro virili ac cœleſti vore, amici officium ſubeam, Te inpriis monens, ut in ſingulorum explicatio, in multis non vulgari, in omnibus taen ſecundum rationem, quæ ab uno prinpio pendent, velis eſſe attentus, quanm res ipſa poſtulat, ex quâ ratione omа ad unum finem tendere cognoſces, qui Argenti vivi cognitio; de quo tutius dicare poſſis, quatenus ſimplex, aut cum iis miſtum; crudum in ſuâ naturâ aut ctum; ſublevatum aut præcipitatum; rpori humano ſit amicum aut inimiam.

Hydrargyri deſcriptio. Noſtri itaque ſermonis initium à Re definitione ſumetur: *Hydrargyros*, ſeu *Argentum vivum* eſt ſemen metallorum & eorum ſubſtantia materialis; velut in Animalibus ſanguis menſtruus eſt Embryoni alimenti materia appropriata. Hæc eſt ALBERTI MAGNI, & aliorum multorum communis definitio; nam omnia Metalla ab Argento vivo generantur mediante ſolo calore minerali ſibi proprio, quo digeruntur, coquuntur ac perficiuntur. Sed ut hæc definitio clariùs innoteſcat, priusquam ejus differentias adducamus, explicandæ nobis erunt primordiales & elementales cauſæ, à quibus ipſum Hydrargyrum ſuam originem primariò deducit: item qualis ſit ipſius ſubſtantia, quæ à raritate & denſitate in ſuo ortu, per agentia & patientia eſt conſtituta; quibus expoſitis ipſius vires ac facultates, ſimulque temperamentum nobis facilius patefiet. Nam Veteres & Avi noſtri, qui Priſcorum more de Argento vivo diverſa ſcripſerunt, quamvis vigilanter ipſius naturam inveſtigare conati fuerint, ipſam tamen non rectè à plurimis cognitam, nec ſatis apertè ac ſufficienti demonſtratione explicatam, poſteritati tradiderunt: quos ego nec accuſare nec reprehendere inſtitui, ſed potius de iis qui mihi rectè ſcripſiſſe videbuntur, teſtimonium ſecundùm veritatem ferre, & ſin-

gul-

ula ab ipſis ſcripta juxta rationem & rei
aturam exponere.

Sunt autem duo Philoſophorum genera, *Scriptores de Hydrargyro diverſi.*
ui modo diverſo, ac fine diſſimili de Ar-
ento vivo ſcripſerunt, unum genus eſt
hyſicorum, alterum verò Chymicorum;
primùm de *Phyſicis*, qui de Naturâ aper- *Phyſici.*
locuti ſunt, diſſeramus. Conſtat Peri-
teticos cum Academicis in eo convenire,
od humidum & ſiccum in generatione
materia rerum omnium, calidum autem
frigidum ſint agentia. Ergo in Hydrar- *Principia generationis Hydrargyri.*
ri procreatione eadem nobis *principia*
nt conſideranda, & in præſenti diſpu-
ione aſſumenda; illud ante omnia præ-
onendo, quod in mineralibus ſubterraneis *Materia.*
alitates eſſentiales, dum elementa in ge-
ratione componuntur, ſunt minimum
eratæ, ſi cum vegetantibus & animanti-
s conferantur, & præſertim, quæ ma-
i terræ & aquæ portione conſtant, qua-
ſunt Metalla & Lapides, in quorum ge-
ratione humidum valdè viſcoſum & glu-
oſum pro materiâ accedit.

Cauſa verò *efficiens* & motus principium *Efficiens remota.*
mentorum eſt virtus quædam mineralis,
æ prædictis duobus eſt communis, à
llis & corporum cœleſtium virtutibus
manans, ut ferè omnes, qui de Mine-
ibus ſcripſerunt, teſtantur: quam cau-
n uti à nobis remotam, nos non quæri-

 mus,

Proxima. mus, ſed cauſam efficientem proximam quæ materiam Argenti vivi determinat, & ejus formam è poteſtate in actum deducit Hæ itaque ſunt prædictæ cauſæ primariæ à quibus Argentum vivum naturaliter con ſtituitur: primùm enim Ignis efficiens & agens totam materiam Hydrargyri congre gat, ſuâ virtute calorificâ homogeneam col ligendo, & heterogeneam ſeparando. Dein de alterum agens frigidum prædicta collect & congregata conſtringit, condenſat, & ſtrictè colligat. Hæc autem dum ſimu agunt, ipſam materiam, ſeu humidum & ſiccum determinant, alterando & permiſ cendo, donec utriusque terminus alien termino quieſcat, nempe ſiccum in humi do, & humidum in ſicco. Quæ naturali actio non fit, niſi temporis ſucceſſu, hoc eſt à principio motûs, qui fit ἐν δυνάμει, pe mediam ἐνέργειαν uſque ad ἐνδελέχειαν, qui eſt finis & rei perfectio, quæ fit in inſtanti Hæc verò agentium & patientium determi natio fieri minimè poteſt ſine fermentatio ne, quæ nihil aliud eſt, quàm partium ſub tilium acutarum, ignis & aëris, cum craſ ſioribus terræ rarefactis per minima com miſtio. Nec talis Fermentatio naturali facilè exercetur ſine occulto quodam fer vore; dum enim acutum illud igneum & aëreum, ſubtile, terreum, ſalſum aggredi tur, illud ſalſum ab acuto ſolvitur, & acu

tum

m concreſcit ſeu incraſſatur à ſalſo, & fit
ova quædam generatio, ac media ſubſtan-
a duorum extremorum, agentis & pa-
entis, ſine quâ fermentatione nulla fit ge-
ratio, neque ab aliis quàm ex prædictis,
uod *PLATO* teſtatur, dicens: *Omnis fer-
entatio fit ab acuto & ſalſo.* Talis autem
eterminata miſtio & elementorum unio *Temperamentum.*
mperamentum appellatur, & paſſim ab
IPPOCRATE Pondus dicitur, qui in om-
Temperamento gravia vult reſpondere
utis, & acuta gravibus. A Mathema-
cis autem vocatur *Proportio*, quæ omnem
lundi harmoniam à tribus Symphoniis
nſtituit: quas Proportiones *PLATO* ſcri-
t eſſe firmiſſima vincula, quibus res Mun-
, uti catenarum hami, nodo indiſſolubili
nciuntur. Hanc doctrinam SALOMON
uoque annunciavit, quando effatus eſt:
*mnia conſtituit Dominus in pondere, numero
menſurâ.* Hoc enim pondus nihil eſt
iud, quàm proportio numeri ad nume-
um, & menſuræ ad menſuram; atque hoc
t Univerſi Temperamentum, ſuperiora
via cum inferioribus elementis graviſſimis
l centrum Mundi contemperans, librans,
certo pondere adæquans, à quo cuncta
mnium ſpecierum individua ſui motûs
rincipium deſumunt, ut ortum & interi-
um per varias formarum mutationes, ſub
nâ primâ materiâ ſubſiſtente celebrent, ac

per motum continuum tempus producant, donec ultima dies ab uno conſtituta, illi ſoli nota, Univerſi formam, finem ac perfectionem cum rerum omnium complemento nobis adferat.

Raritas & denſitas. Supereſt ut videamus, qualis ſit ipſius Argenti vivi ſubſtantia à *raritate* & *denſitate* in ſuo ortu conſtituta. Certum eſt ex *ARISTOTELIS* doctrinâ, quod fons & principium omnium affectionum & proprietatum ſit raritas & denſitas, quæ in congregatione ac diſſipatione ortûs & interitûs cernitur. Cùm autem partes ſimilares cujusvis rei tunc ſuum robur habent, quando συμμετρίαν, ſeu moderationem meatuum obtinent, etiam horum nimia relaxatio aut conſtrictio ad ſummam denſitatem, partim corruptionem facit.

Ex dictis jam ſatis conſtat, Argentum vivum eſſe ſummè frigidum, & ſummè denſum in propriâ materiæ ſubſtantiâ: ergo quantum à naturâ temperatâ diſcedit, tantum ad alterum extremum accedit; unde *Hydrargyri temperamentum proprium.* facilè colligi poteſt, quale ſit proprium illius temperamentum, in quo Medici non parum diſſentiunt. In hoc autem conſtituendo duo nobis potiſſimum conſideranda ſunt: unum eſt, quòd ſubſtantiæ ipſius denſitas conſtat ſelectiſſimis, puriſſimis, flexilibus, globuloſis ac tenuibus partibns terræ, & aëris aliquali permiſtione interceptis,

ptis, & aquæ frigiditate minerali ſtrictiſ-
mè contextis, quam denſitatem *GALE-
US* σέγνωσιν appellat, eamque bifariam
eri ſcribit: nimirum per συνίζησιν τȢ σώμα-
, καὶ ἐμφράξιν τῶν πόρων. *Alterum* conſide-
ndum eſt, quod Argentum vivum per ſe
ixta naturæ finem & intentionem eſt to-
m crudum & indigeſtum, unde tempe-
menti bonitas uno modo, & cruditatis
m frigiditate malignitas alio modo, fa-
ltate & viribus mirum in modum inter
pugnant. Conemur igitur, quantum
eri poterit, cum quadam ſermonis ſim-
licitate, & animi dexteritate Hydrargyri
mperamentum deſcribere. Primùm di-
mus, humidum ipſius ſicco ita contem-
eratum eſſe, ut neutrum alteri ſuperabun-
et: ac tale quidem videtur eſſe, quale à
Medicis εὔκρατον deſcribitur, nam utrumque
git in alterum, & ab altero viciſſim pa-
tur. Prætereà humidum ſuo motu facili
ccum ſuum quieſcere non ſinit, & ter-
eum ſiccum non permittit, ut tangenti
dhæreat, illudque madefaciat. Quod au-
em hæc ſint ita temperata, patet, nam
æc duo igne quocunque non ſeparantur,
ed vel utrumque evolat, vel utrumque
nanet, quod eſt evidens argumentum,
anc materiam eſſe totam homogeneam,
uriſſimam, ac catenæ annulorum inſtar
conjunctam. Cujus rei contrarium vide-

Eſt humidum ſiccū, non madefaciens.

 mus

mus in Metallis heterogeneis ac imperfectis, ab Argento vivo licet generatis, in quibus igni expoſitis terreum aduritur, humidum verò evolat, quia utrumque non continetur in utroque, ſicut fit in Hydrargyro. Sed ut humidum hoc facilius intelligas, non putes illud eſſe Aquam humectantem, ſapore præditam, qualis eſt Vegetantium aqua; ſed eſſe talem, quam ARISTOTELES *in fine tertii Meteor.* deſignare videtur, ubi, *halitus*, inquit, *humidus lapidibus incluſus, dum præ ſiccitate exprimitur, in unum cogitur & concreſcit, roris vel pruinæ inſtar. Hæc enim quâdam ex parte aqua ſunt, quâdam verò non ſunt: materia quidem potentiâ aqua erat, jam verò amplius non eſt, dum metallum genitum eſt.* Quibus verbis innuit Auctor, aquam Hydrargyri, metallorum generationi adaptatam, eſſe ſpiritum quendam aëreum, ſubtiliſſimum veluti cœleſtem, & præpotentem, qui dum terræ, ad tales ſpiritus retinendos à naturâ appropriatæ, per minima conjungitur, poſtmodum temporis progreſſu in metallum tranſit. Quoniam autem prædictum humidum omnes ferè Philoſophi unctuoſum eſſe ſcripſerunt, propterea quòd ab humido radicali ſubſtantifico naturæ pendet, fatendum eſt, hujus unctuoſitatis ſubſtantiæ eſſe propriam & eſſentialem materiam ſulphuris. Quod ſulphur nil eſt aliud, quàm

ignis

ignis incluſus in centro ſicci, à prædicto frigido ſopitus & cohibitus, donec à calore minerali ſibi proprio, calor ſulphureus è potentiâ in actum reductus, Argentum vivum digerendo in metallum perficiat.

Ex prædictis itaque concludimus, Hydrargyri temperamentum eſſe bifariam conſiderandum; primum enim à qualitate frigidâ prædominante, & calorem proprium in centro ſicci cohibente, eſt actu crudum, ſummè frigidum, & imperfectum: ab æquali verò & ponderatâ minimarum partium humidi cum ſicco permiſtione, & totius ſubſtantiæ delectu, eſt in utroque extremorum genere medium, ἔυκρατον appellatum, actu quidem tale, potentiâ verò admirabile ac cœleſti virtute imprægnatum. *Hydrargyri temperamentum bifariam conſideratur.*

Hucuſque de Principiis & Cauſis, non ſecus atque de Subſtantiâ ac Temperamento Hydrargyri; nunc verò de ipſius *differentiis* pauca ſubjiciam. *GALENUS* Argentum vivum unum eſſe ſcribit, illudque factitium ſicut Lithargyrium, & de illo neque ſumto, neque admoto ullum ſe feciſſe experimentum. *PLINIUS* ex Lapide Mineræ Argenti perhibet extrahi Vomicam Liquoris æterni, quæ Argentum vivum appelletur: item & aliûs factitii duplici modo parari ſoliti, mentionem facit. *DIOSCORIDES* verò ipſum è Minio fieri tradit; præter hæc ex aliorum relatione *Differentiæ.*

 habet,

habet, quòd per ſe in metallis concretum inveniatur, illudque aſſervari in vaſis plumbeis, ſtanneis aut argenteis, quæ tamen vaſa Argento vivo non conveniunt, niſi ad illorum diſſipationem, nam omnia metalla erodit, & amalgamat. Quorum alioquin Doctiſſimorum Virorum opinio evidenter demonſtrat, Argenti vivi naturam, illiusque uſum eorum ævo non fuiſſe notum, ſicut notus eſt nunc ejusdem abuſus. *AVICENNA* verò & *ALBERTUS* cognomento *MAGNUS*, duas Argenti vivi differentias conſtituunt, quoddam enim eſt extractum à Minerâ ſuâ vivum; alterum verò extrahitur de Lapide, in quo generatum eſt, per aduſtionem. Quorum opinioni libenter ſubſcribo, & meam tandem, ſenſibus ac ratione comprobatam familiari ſermone expono.

Hydrargyrum nativum.

Phyſicâ ratione demonſtrari poteſt, unum eſſe naturale ſive nativum Argentum vivum, quale in ſuperioribus à nobis deſcriptum eſt, & illud per ſe non habere differentias, niſi quatenus à naturâ vel arte cum aliis mineralibus commiſtum eſt; cum quibus ita alteratur, ut ipſius ſubſtantia neutiquam mutetur à propriâ naturâ. Nam Argentum vivum non patitur commiſtionem ſordium, nec aliarum rerum, niſi cum metallis, propter ſimilitudinem ſubſtantiæ, quia ab Hydrargyro non differunt, niſi cruditate

tate & coctione; quòd autem ſordes non contineat, hoc demonſtrat experientia: nam quoties per ſe ſolum ſublimatur, ſi purum fuerit, nunquam aliquid de pulvere, aut aliis ſordibus in fundo vaſis invenietur: & ſi cum ſulphure vel aliis conrеſcat aut congeletur, aut ſuperius aſcendendo, aut inferius deſcendendo, dum ad ſuum Spiritum Argenti vivi redit, vix ullus defectus in pondere invenitur: quod evidens ſignum eſt, terream & aquam ipſius ſubſtantiam eſſe nimis per minima commiſtam. Si verò cum Plumbo, aut alio Metallo impuro commiſceatur, ſordes quidem & impuritates hærent utrique permiſti, ſed Argenti vivi ſubſtantiam non ideo afficiunt, ut non poſſit ſeparari.

Quod autem quidam literis mandârunt, Argentum vivum in ortu ſuo eſſe craſſius, impurius, & ad inaurandum ineptius, niſi accuratè expurgetur & attenuetur; fateor quidem, eſſe ſcoriam quandam à minerâ impurâ & ſordidâ contractam, quæ tamen facilè per loturam cum forti Aceto & Sale inſtitutam tollitur, quia hæc ipſius ſubſtantiæ neutiquam commiſcentur. Patitur ergo Argentum vivum tales differentias, quas jam demonſtravimus; vidi ego ſupra differentias decem minerarum Argenti vivi, tam in lapidibus diverſorum colorum, quàm in terris in lapideam naturam induratis,

Differentes mineræ Hydrargyri ab Arragoſio viſæ.

ratis, utplurimum ſpongioſis, à quibus Hydrargyri partim lapidi affixi, partim liquidi, & minimo concuſſu à ſuo loco dimoti ingens copia fluebat, non ſolùm in montibus, ſed etiam in planitie & regione calidâ. Anno 1551. cùm eſſem Monſpeſſuli in ædibus probæ & honoratæ Matronæ, perſpecto juxta puteum ſigno aliquo hujus mineræ, juſſi præſentem tum Ruſticum præmagnum, qui pro ſtrato ſubjiciebatur, lapidem elevare, quo ablato dum terram ſubjectam ad ſemipedem excavâſſet, derepentè effluxit rivulus Argenti vivi ad libras aliquot, quo fluxu ceſſante ego contentus, ne quid damni loco inferretur, non ſum ultra proſequutus; ſed tale Argentum vivum, mihi ſanè carum, cùm D. D. Rondeletio obtuliſſem, mirabatur, quod intra Urbem eſſet talis minera. Hujus Hydrargyri libras ſex in pyxide ligneâ firmiter obturatâ mecum Pariſios apportavi: quum ex continuâ longi itineris concuſſione Argentum vivum poros ligneæ pyxidis penetraverat, quoties lubebat apud amicos, accipiebam hanc Pyxidem, & levi concuſſione, plus centies repetitâ, ſemper Argenti vivi quidpiam extrahebatur. Sed quod maximè mirum, & multis inexpertis ſtupendum, ac tanquam fabula, me affirmante, reputatum eſt, Tibi referre non verebor. Quum Puer adhuc eſſem, annorum circi-

Obſervationes curioſæ circa proventum Hydrargyri.

circiter 12. non procul Tholosâ in Galliis natus & educatus, vidi pueros aliquot meos vicinos, à Mulierculis edoctos, qui circa finem menſis Maji, quo tempore prata defalcantur, ſub noctem, Lunâ lucente, contemplabantur Argentum vivum lucens in radiis Lunæ, & veluti lubricans ſuper Herbam ſeu Fœnum in plateâ & viâ communi, quod ex equo, præmagnos faſces fœni portante decidere vel defluere ſolebat: ſunt enim faſces tam magni, ut ex equis pendentes terram pertingant, & affricent. Poſtea hoc fœnum in patinis cautè colligebant, & eo leviter concuſſo inveniebant in fundo quidpiam Hydrargyri veri ac naturalis, ſicuti aliud quodvis minerale. Quod ego, dum poſt annos deinceps aliquot in Studio Naturæ ratiocinarer, eſſemque prædicti exempli memor, accepi clàm, nulli meam intentionem aperiens, ne forſan à multis irriderer, vas amplum terreum, quod ſubjeci ingenti acervo fœni, ad cubitum unum circiter excavato, dum in formâ pyramidali recens defalcatum conſtrueretur, & exactis quinque aut ſex diebus extrahens meum vas, inveni Argentum vivum ex fœno illo delapſum. Hæc exempla adducere volui, ut intelligas aëreos ſpiritus ubique diſſeminatos, vere ineunte multiplicatos, quando ad terram ſibi convenientem adaptantur, juxta modum ſuperius

perius à nobis deſcriptum noctu in frigido congelari in Argentum vivum purum: Quod ut facilius aſſequaris & animo complectaris, lege quæ in Chymicâ Hydrargyri deſcriptione paulò inferius traduntur.

Hydrargyri vires medicæ.

Supereſt ut de Hydrargyri facultate adverſus Morbos diverſos aliqua adducamus. Inter acerbas omnes & periculoſas curationes, quæ in Arte Medicâ fieri ſolent, ea quæ fit cum Hydrargyro omnium eſt & acerbiſſima, & periculoſiſſima, unde peritum, prudentem, longoque tempore exercitatum Medicum eſſe oportet eum, qui tam periculoſum pharmacum ſine noxâ uſurpare audeat. Incidit autem, reſolvit, & purgat à naturâ & inæquali intemperie ſuâ pituitam craſſam & lentam, cœterosque humores huic permiſtos, non ſolùm per os ſumptum, ſed etiam per Unguenta foris admotum. Quandoque purgat ſicut Antimonium, & alia validiora, ſupra & infra. Eo quoque non ſumto, ſed tantùm inuncto, purgatio acerbè cum ſalivatione tentatur, quæ ad multos dies ſuâ ſponte perducitur, & Ægrum naturâ debilem in vitæ periculum adducit. Qui verò ſine diſcrimine eo utuntur, non diſtinguentes Juvenum corpora carnoſa, robuſta, pinguia & valida à ſenioribus macilentis, debilibus

Noxæ.

& languidis, illi ſudoribus pernicioſis homines excruciant, ac univerſi corporis conſtitu-

ſtitutionem ita ſubvertunt, ut totâ impoſterum ſequenti vitâ ſputo craſſo & lento muco ſint obnoxii. His verò nervos & alias omnes partes nervoſas ac ſolidas reſolvunt, & propriam ſubſtantiam colliquant. Ita quoque paucos videas Unguento illo inunctos, quos Nervorum contractio, Paralyſis, Tremor, continuus Dolor, & diri cruciatus, brevique tempore mors non ſubſequatur. Offenditur enim in macilentis corporibus tota ſubſtantia nervoſa, ac demum ipſa oſſa ad medullam uſque. Atque tales curationes in omni ferè Morborum genere tentari ſolent à Tonſoribus, & aliis ſceleratis Impoſtoribus, qui Hydrargyrum imperiti adhibent in Ægrotantium perniciem.

Non eſt à Scholâ Medicâ penitius damnandum.

Sed quamvis Argentum vivum quovis modo paratum, & ſine ratione exhibitum, valdè periculoſum ſit, nondum tamen eapropter à Medicorum Scholâ tanquam humano generi abſolutè pernicioſum & exitioſum eliminari atque expungi debet: habet enim ſuas dotes atque cœleſtes virtutes iis potiſſimum cognitas, quibus genuina ipſius præparatio perſpecta eſt, quæ prorſus una eſt, ut Philoſophi omnes teſtantur, extra quam etiam Hydrargyri natura talis eſt, ut vel fugiat, vel mordeat, vel calcitret, quando verberatur ab indocto Domino. Peſſimæ enim operationes, quæ

ab

ab hoc Pharmaco procedunt, magis pendent ab ignaro Artifice, quàm à materiâ aut inſtrumento; & ideo magis peccare videntur, qui de Hydrargyro perperàm judicant, ejus naturam non cognoſcentes. Sed peſſimè omnium is facit, qui Hydrargyrum quovis modo pro arbitrio ſuo parat & adminiſtrat. Non enim præparatur benè aut melioratur Aquâ forti, Vitrioli, Sulphure, aut alio erodente; ſed ſolâ calefactione frigidi, & coctione atque digeſtione crudi, à ſuo proprio calore in actum excitato, per inſtrumenta apta juxta votum naturæ accommodata.

Cauſæ operationum Mercurii.

Jam verò, ſi Hydrargyri cauſas efficientes, quæ tanta mala producunt, inveſtigare velis, invenies ex primis qualitatibus extremam frigiditatem congelantem, & calorem naturalem interimentem, parteſque ſolidas nervorum reſolventem. Ex ſecundis verò qualitatibus tenuitatem ſubſtantiæ aut materiæ ſummè penetrantem. Quas cauſas inſignis cruditas comitatur, & tales effectus hæc ſimul concurrentia producunt. Cauſas verò, quæ à formâ ſeu occultâ proprietate pendent, & quæ in actum non veniunt, niſi per præparationem, Divinas ſanè & admirabiles, eas non ab inferioribus elementis produci exiſtimes, ſed à Quadrato cœleſti, & ipſius elementorum puritate à quâ rerum proprietates, facultates & virtutes

tutes omnes emergunt, & rebus inferioribus omnibus communicantur. Sunt autem Quadrata tria in hoc Univerſo, unum in Elementis quatuor, alterum in Cœlis, tertium in ſupercœleſtibus; illud impurum ſordibus, hoc purum, iſtud vivens, aliaque vivificans. Hucuſque de Hydrargyro, juxta Phyſicorum ſententiam deſcripto.

Reſtat, ut ad Chymica noſtrum jam ſermonem convertamus, eadem enim ſunt Chymica principia in Hydrargyri præparatione, quæ in naturali ipſius generatione diximus; manent enim eædem cauſæ materiales & efficientes; ſed inſtrumenta diverſa ſunt; primùm enim Artifex humidum aëreum ab aquâ, & terreum ſiccum à terrâ extrahit, ſeparat, ac per fermentationem utrumque ſimul jungit, eaque per alterationem ac miſtionem unit. Nam per determinationem materiæ ab agentibus, per elementa ſimul juncta, alterata & miſta, unum faciunt: tunc hoc unum figitur, & paulatim per reductionem illius in naturam olei inſpiſſatur, & hoc inſpiſſatum per coctionem ac digeſtionem tranſit in naturam terræ ſulphureæ; quæ terra dum in ſuâ aquâ ſolvitur, iterum in Argentum vivum reducitur, & per alterationem atque miſtionem ſuperiori ſimilem fit digeſtio & coctio multo præſtantior quàm antea. Nam in primâ digeſtione pars aërea & aquea ex- *Chymica analyſis Hydrargyri.*

trahitur; in ſecundâ verò pars terrea & ignea ſimul. Fit autem, ſicut quidam ſcribit, veluti ex pullo in aquâ ſimplici elixo juſculum; in quo ſi dein pullus per fruſta diſſectus atque contuſus iterum coquatur, erit ſic excocta tota Pulli ſubſtantia, & cum ſpiritibus aëreis aqueis per minima conjuncta. Sic modo perſimili ex materiâ & agentibus ſubſtantia miſta Argenti vivi per talem præparationem generatur. Nam illud denſum, quod rarum factum eſt & molle, in Hydrargyro eſt aptum ad ſuſcipiendum multiplex temperamentum, quod deduci poteſt per convenientem digeſtionem ad optimum. Hoc HIPPOCRATES inter alia Naturæ arcana paucis admodum ſcribit: *Æs*, inquit, *molliſſimum ac rariſſimum, plurimum temperamenti ſuſcipit ac optimum evadit. Nam quod tenuiſſimum eſt in aquâ, & rariſſimum in ſicco igneo, hæc ſi temperamentum faciant, ſaniſſimum habitum in homine conſtituunt. Poſſunt etiam hæc ambo tenue aqueum & rarum igneum, tum in homine & reliquis omnibus animantibus, tum etiam in ære, ſeu Metallorum ſemine, & generationem & ſatietatem plurimam ſuſcipere.* Neque mireris, quòd *Hippocrates*, Priſcorum Philoſophorum more, ex duobus elementis omnia conſtituit, reliqua enim duo in his ipſis continentur, ut ex multis locis facilè colligi poteſt. Sunt itaque hæc duo, quæ

Hydrar-

Hydrargyron ſecundùm naturam conſtituunt: ſunt quoque eadem, quæ ipſum ſæpius deſtructum per artem ad altiſſimum ac nobiliſſimum gradum reſtituunt. Vocant autem quidam hoc Argentum vivum in primo gradu ſic digeſtum, *Mercurium vulgi*; è quo poſtea alius paratur, quem appellant *Mercurium communem*: & ex his præparant tertium, quem dicunt eſſe *Mercurium Philoſophorum*. Tale autem Argentum vivum ſic præparatum corpori humano ſaluberrimum eſſe arbitror, cujus opinionis rationem & cauſam ſic demonſtro. Dictum eſt in præcedentibus, quòd Hydrargyrum excedat plurimum in frigidâ qualitate, & deficiat in calidâ, quippe abſtrusâ in centro ſicci. Item quòd denſitas ſubſtantiæ, ex Hydrargyri pondere manifeſta, multum à συμμέτρῳ diſcedat, atque raritas occulta in profundo potentiâ deliteſcat. Tertiò, quòd Argentum vivum totum ſecundùm naturam ſit actu crudum, potentiâ verò coqui & perfici poſſit. Hæc omnia ſimul ſunt inæqualia. Nunc verò frigidum excalefactum eſt, & calidum excitatum à centro dimotum. Denſum quoque & rarum ad σύμμετρον deductum. Ac demum crudum per digeſtionem eſt excoctum: ſic ſingula & ſimul omnia æqualia facta ſunt. Æqualia verò inæqualibus imperant, eaque regunt & ordinant. Ergo & hoc tale ita

U 2 para-

paratum Hydrargyron humoribus noſtri corporis inordinatis præſidebit, inæqualia expellendo, & æqualia ad ſanitatem conſervando. Quamobrem conſulo, ut aliis omnibus parandi modis prætermiſſis, hoc ſolo in Arte Medicâ utaris. Quod ſi per ea, quæ ſuperius ſcripta ſunt, præparandi modum non recte ſis aſſecutus, cum ingenii dexteritate erigendus eſt animus, inveſtigando per omnes modos, donec inveniatur. Prima autem cura Tibi erit, noſſe aquam illam, cu terra permiſta eſt, & unde, & per quæ deinde lucem è tenebris extrahere, hoc eſt originalem maculam ab Argento vivo expurgare, unde morbis omnibus facilè medearis. Vale. Baſileæ, Calendis Aprili Ann. 1597.

DIS

DISSERTATIO MEDICA SEPTIMA

De

ALETUDINE PLANTARUM SECUNDA

ET

ADVERSA.

PROOEMIUM.

M*Iram eſſe rerum hujus Mundi Varietatem non ambiget facilè, qui ſenſu & ratione ſanâ gaudet. Sed longè major forſan eſt diverſitas utationum, quas in rebus iisdem quodie contingere deprehendimus; tot im profectò ſunt & tantæ, ut ſingus ad amuſſim exigere, adcurateq́ perrutari unius minimè Hominis, imò nec urium eſſe videatur. Saltem hucusq́* *Mutationes in rebus naturalibus variæ.*

inventus nemo, qui, quamtamcunq; etiam diligentiam & ἀκρίβειαν, reiterato ſæpiùs examine, adhibuerit, perfectiſſimam earundem notitiam adipiſci potuerit. Atque ut miſſa faciamus corpora inanimata, *in* animatis *ſeu* viventibus *id ipſum abundè patet, generabilibus illis atque corruptibilibus, quæ certè ſuo in ortu, progreſſu atque interitu mutationes ſæpè ſtupendas experiuntur. Notum ferè jam eſt lippis atque tonſoribus, ex ovulis illa prodire ſingula; ſed quomodo hoc fieri poſſet, niſi mutatio quædam ſubſtantiæ ovulorum præcederet? Conſtat dein experientiâ quotidianâ, eadem viventia corpora, quamprimum ergaſtula ſuorum ovulorum evaſerunt, in eodem ſtatu haud perſiſtere, ſed creſcere ſtatim, augeri paulatim ſuâ in mole, adoleſcere, ad perfectionis ſummæ ſtatum aſſurgere; deinceps verò iterum diminui, ſeneſcere, ac tandem penitus interire & mori. Annon inſignes hæ mutationes nominandæ veniunt? imò verò quàm maximæ, ſed quæ tamen omnes, morte exceptâ, dummodo ſecundùm ordinarium Naturæ curſum contingant, faciunt, ut*

Viventia corpora ſanitati & morbis obnoxia.

Vi-

Vivens corpus *in* ſano *ſtatu exiſtere dicamus: ſi quid autem ſecus evenerit,* Morbo *ſtatim aliquo afflictum eſſe illud pronunciemus. Cùm autem tria Viventium genera in hoc univerſo exiſtant*, Plantæ *nimirum*, Bruta *&* Homines, *profectò in ſingulis eorum obſervandæ occurrunt mutationes, modò naturales, modò præternaturales, Jatro-phyſicorum attentâ conſideratione digniſſimæ. Equidem Corporis humani Status tam ſanus quàm Æger innumeris Medicorum libris tantoperè jam examinatus & excuſſus fuit, ut nauſeam movere crediderim, ſi eodem Diſſertationis argumento aſſurgerem. Sanitatem verò & Morbos Brutorum nihili curamus, vel certè hos Veterinariis diſcutiendos relinquimus. Operæ hinc majus nos facturos eſſe pretium exiſtimavimus, ſicubi curioſam magis, atque rariorem de* Valetudine Plantarum ſecundâ & adversâ *materiam, rudi quamvis depictam & adumbratam penicillo, in publicum proferremus. Thema eſt, ut cuivis patet, difficile non minus quàm prolixum, ac eapropter hactenus à paucis tractatum, adcurateq; deſcrip-*

tum. Veniam hinc dabit, ut ſpero, Lector benevolus, *ſicubi meum qualemcunque conatum rei ſuſceptæ nobilitati nequaquam reſpondere deprehendet.*

CAPUT I.

Plantarum Nomen, Eſſentia, Partes, Differentiæ, & Valetudo proſpera, ſive Sanitas.

Plantæ etymologia. I. PLANTÆ vox, quam nonnulli quidem à Græco πλανᾶσθαι, *errando*, dum ſuis Herbæ radicibus per terram oberrant; alii verò cum *Celeberr.* SALMASIO à græco βλάστη, *germinatio*, deduxerunt, non indigitat heîc vel *partem infimam* ſive *veſtigium pedis*, cui inſiſtimus; *Homonymia.* vel *ſurculum* ab Arbore inſitionis gratiâ decerptum abſciſſumve; vel *ſtirpem* adhuc *teneram*, cum radicibus de loco in locum transponi ſolitam; ſed potiùs aliquod deſignat *Corpus animatum* à Terrâ progerminans ac naſcens, quod interdum etiam *Stirpis*, *Herbæ*, aut *Vegetabilis* nomine *Synonymia.* exprimi ſolet. *Græci* appellant φυτὸν, vel etiam Βοτάνην, unde *Phytologiæ*, *Phytographiæ*, & *Botanices* appellationes originem traxerunt.

II. Quòd

II. Quòd ſi verò *Eſſentiam* Plantæ ſpecte- *Eſſentia Plantæ.*
mus, exprimi illa definitione poterit, quâ quidem dicimus, quòd *Plantæ ſint corpora naturalia, viventia, ſenſu motuq; carentia, è partibus maximè tubuloſis, organicè invicem cohærentibus, ſuccumq; nutritium atque aërem devehentibus, conſtructa, ſicq; nutriri, augeri, & ſui ſimilia producere apta.* Plantas *corpora* eſſe nemo hactenus quod ſciam in dubium vocavit; ſenſus hoc certè nobis externi dicunt, atque extenſionem in illis commonſtrant, niſi penitus omnem ſenſuum teſtimonio certitudinem auſu temerario adimere velimus. Sed & nemo facilè è *Naturalium* illas corporum numero & claſſe expunget, quando in rerum Naturâ, etiam ſine intercedente induſtriæ humanæ artificio, eas progerminare obſervat; neque etiam hactenus viſum fuit ullum corpus artificiale vitâ præditum.

III. *Viventia* ſunt corpora Plantæ, aliàs *animata* dicta, quoniam vivunt & *animam* habent, ſi non *rationalem* aut *ſenſitivam*, attamen *vegetativam*, quâ gignuntur, creſcunt & nutriuntur. Equidem ſi placita antiquiſſimorum Philoſophorum, *Stoicorum* & *Epicureorum* ex PLUTARCHI *Lib. V. de Pl. Phil.* ſequi vellemus, omnem Plantis vitam animamque denegaremus; præſertim quòd GALENUS noſter in eandem quoque ſen- *Plantæ ſunt corpora animata viventia.*

tentiam inclinaverit, & *Scriptura Sacra* Animam, adeoque & Vitam Carni ſolùm attribuiſſe, nullibi verò Plantis adſcripſiſſe legatur. Vid. *Geneſ. Cap.* 1. *v.* 20. *&* 24. *Cap.* 2. *verſ.* 7. *Cap.* 9. *v.* 2. 3. & *Levitic. Cap.* 17. *v.* 11. *&* 14. Sed cùm à tot jam retrò ſeculis *exiſtentia Vitæ* ſeu *Animæ* viventis in Vegetabilibus recepta ſit ac manſerit, nil video nos impedire poſſe, quo minus eidem opinioni ſubſcribamus, modò rectè explicata fuerit, atque probè à *Vitâ Brutorum* & *Hominum* diſtincta. Rem totam, ſi quis unquam, adcuratiſſimè expoſuit *Celeberrim.* JOH. CHRIST. STURMIUS *Phyſ. Erotemat. p. m.* 651. ubi inquit, *eſt in Plantis vis aliqua, ex effectibus ipſis cognita, quâ quævis earum ex ſuo ſemine, terræ commiſſo, propullulat, deinceps ſenſim grandeſcit, & cum ad certam, definitamq; ſtaturam adoleverit, plura iterum ſemina illi uni, è quo qualibet primùm genita fuit, ſimillima progenerat. Hanc vim ſive actuoſum hoc in Plantis principium*, Animam vegetativam *ſeu* vitalem *appellamus, vivereq; adeo ea omnia dicimus, in quibus ejusmodi germinationem ope ſucci nutritii factam, & hanc conſequentem indies ulteriorem augmentationem, tandemq; ſuccedentem Seminum elaborationem obſervamus.* Quando igitur *Plantæ* organicam habent partium ſuarum v. gr. *Radicum*, *Trunci*, *Ramorum*, *Foliorum* &c. ſtructuram. *Tubuliq;* gaudent, ſuccum nutritium, aërem-

Exiſtit Anima in Plantis.

que

que continuè vehentibus ac motu perpetuo hinc inde portantibus, vel eapropter in Claſſem *viventium* & *animatorum Corporum* adſcitæ fuerunt, ſicque toto genere diſtinctæ ab omnibus illis non viventibus corporibus, quæ tubuloſo partium adparatu deſtituta, neque Plantarum modo oriuntur, neque ſuccum vel aërem intra ſuos facilè poros, nutritionis vel augmentationis gratiâ, admittere poſſunt.

IV. Utut autem *vitâ* & *animâ* præditas eſſe Plantas arbitremur, non tamen *ſenſitivam* hanc vel *rationalem* dicimus. Carent enim Plantæ ſenſu, carent viſibili motu, ſaltem qui ab interno venit principio. Non ſentiunt, quia partim debitâ organorum ſtructurâ, partim ratione ac perceptione deſtituuntur, ad ſenſationem perfectè formandam neceſſariâ; Senſationis enim modus conſiſtit in fibrillarum organi ſenſorii commotione, ab objecto externo factâ, hincque ad Senſorium commune ſive meditullium Cerebri continuatâ &c. Sed talia nulla ſunt in Plantis Organa, quomodo igitur Senſum illis qualemcunque adſcribere poſſemus? *Plantæ non habent animam ſenſitivam aut rationalem.*

V. *Partes* in Plantis exiſtere merè *tubuloſas* diximus, ſive enim *ſimplices* illas conſideremus, quales ferè exiſtunt *Fibræ*, *Nervi*, *Partes Plantarum merè ſunt tubuloſæ.*

Tracheæ

Tracheæ, vel *Fiſtulæ ſpiritales aërem vehentes*, *Venæ*, *Caro*. *Medulla*, *Lignum*, *Cortex* vel *Cutis*, mirando inter ſe ordine contextæ; ſive compoſitas ſpectemus, nimirum *Radices*, *Caules* vel *Caudices*, *Ramos*, *Folia*, *Flores*, *Fructus*, & quæ ſunt adhuc aliæ, organicam inter ſe ſtructuram adeptæ, omnes reverà vel *tubulis*, vel notabilibus *poris*, (in quibus fluidæ partim ſucculentæ, partim aëreæ partes deliteſcunt, aut circulari velut motu decurrunt) præditas eſſe MALPIGHIUS, GREW, & Curioſi dein omnes microſcopiorum ope αὐτόπται mirâ cum animi delectatione didicerunt. Atque hæc ipſa *tubuloſo-mechanica* talium partium ſtructura facit, ut ſuccus nutritius in totam commodè Plantam diſtribui, partes ejus ſingulas paulatim rectè expandere, atque ad integritatis, ſuæ naturæ convenientis, ſtatum perfectum provehere, ſicque nutritionem, augmentationem, ac ſui ſimilis propagationem efficere ac præſtare queat. De his verò ſi quis plenius, exactiusque inſtrui cupit, legere poterit, præter ſuprà allegatos Viros perſpicaciſſimos in ſuis Plantarum Anatomiis, etiam *Clariſſ.* EMAN. KOENIG *Regn. Vegetabil. Sect. I. Cap. 16. ac ſeqq.*

Uſus tubuloſo-mechanicæ ſtructuræ.

Plantarum differentiæ eſſentiales.

VI. *Differunt* inter ſe Plantæ multis modis, *primaria* & *eſſentialis* quidem diviſio earum eſt in *Herbas*, & *Arbores* quæ verò præ-

præter has *Suffruticum* aut *Fruticum* nomine innotuerunt, partim ad Herbas, partim Arbores commodiſſimè referri poſſunt. *Accidentales* differentiæ habentur quam plurimæ, à variis circumſtantiis petitæ. Reſpectu *durationis* Plantas adgnoſcimus *annuas*, ſingulis annis pereuntes, ac novam ationem requirentes, quemadmodum plurimæ ſunt Herbæ; & *perennes*, majorem minoremve ætatem impetrantes, veluti exiſtunt Arbores ac Frutices. Reſpectu *ætatis junior* una Planta, *adultior* altera. Reſpectu *compoſitionis* alia *ſimpliciter* alia *magis compoſita*. Reſpectu *magnitudinis* quædam *minutæ* & *exiguæ* ſunt Plantæ, quædam *mediocres*, quædam etiam *grandes* atque *proceræ*. Reſpectu *Figuræ* & *apparatûs Partium*, nec non reſpectu *Coloris*, *Odoris*, *Saporis*, aliorumque accidentium, plurimæ adhuc diverſitates occurrunt, quas certè omnes recenſere inſtituti noſtri ratio maximè vetat. *Accidentales.*

VII. *Valetudo ſecunda* vel *proſpera* denique, ſive *Sanitas* & *Incolumitas* Plantarum dicitur *naturalis* illa *partium* tam *ſolidarum* quàm *fluidarum* diſpoſitio, quâ quidem ſine ullâ labe feliciter ſuis quæque è radicibus, ſurculis, gemmis vel ſeminibus, modo ſuæ naturæ convenienti prodeunt, nutriuntur, creſcunt, atque ad maturitatem ſuam, perfectam- *Valetudo ſecunda Plantarum.*

fectamque ſtaturam ita proveniunt, ut nil ulterius in illis deſiderari queat. Nihil proin officit Plantis perennibus, quòd hyberno tempore foliis, floribus & fructibus deſtitutæ, ac nudæ prorſus compareant; Valere enim nihilominus poſſunt ſatis proſperè, & vigere perfectè, dum appropinquante poſtmodum ac præſente verni æſtivique Solis novo calore ſua iterum folia, flores, fructusque depromunt, & ita ſuam continuant vitam, qualiter quidem à Supremo Conditore juſſæ fuerunt. Non enim *mortuæ* ſunt, ſed *dormiunt* quaſi per hyemem Stirpes, quemadmodum & in *brutali Regno* dantur Animantia quamplurima, *Inſecta* præcipuè, ſub hyberni temporis rigore dormientia, atque ſenſu & motu eouſque privata, ut mortua planè crederes, niſi in calentem deportata locum paulatim ad motum ſuum ac ſenſum revocari videres.

Plantæ perennes hyberno tempore non ſunt mortuæ.

VIII. Valetudinem hanc *pr ſperam*, ſive *Sanitatem*, in *ſolidis* plantarum *partibus* dicimus eſſe debitam conformationem, compoſitionem atque unitatem. *Conformatæ* naturaliter dicuntur, quando convenientem ſuæ naturæ magnitudinem, figuram, numerum, poroſitatem &c. obtinent, ſive omnes Plantarum partes conjunctim, ſive ſingulas diſtinctè & ſorſim ſpectemus. Ita ſana eſt *herba Graminis* v. gr. *Parnaſſi*, quando

Sanitas partium ſolidarum.

lo ſuo ex ſemine, vel radice germinans, ſtatim atque terram egreditur, aliquot foliola cordiformia depromit, è quibus dein nunc unus tantùm, nunc duo vel tres aſſurgunt caules, ſpithamæ longitudinem vix excedentes, quadrati, virentes, foliolo unico, rarius duplici ornati, atque in ſummitate unicum floſculum album ſtriatum, pentapetalum gerentes, & quæ dein ulterius ad hujus plantæ veſtitum naturalem requiruntur. *Compoſitio* conſiſtit in debitâ connexione eorum, quæ naturaliter connexa, & ſeparatione reliquorum, quæ ſeparata eſſe debent. *Unitas* ſpectatur in debitâ continuitate partium, quâ quidem contra naturæ ſibi convenientem ordinem non ſint diviſæ.

IX. In *fluidis* atque *ſucculentis* Plantarum partibus juſtam deſideramus *temperaturam*, atque debitum *motum*. *Juſtè temperatus* eſt ſuccus, quando particulæ componentes debitâ proportione, numero, magnitudine, figurâ ac ſitu invicem concurrunt, ſicque plantis naturalem & congruum odorem, colorem vel etiam ſaporem conciliant. *Motus* dein ejuſdem ſucci debitus requiritur per venas & canaliculos, in totam Plantæ machinam, ut nutritio & augmentatio perficiatur, vel Planta certè in ſuo vigore conſervetur. Animadverterunt etiam Curioſiores *Sanitas fluidarum.*

Succus nutritius circulatur in Plantis.

ſiores hodierni Stirpium Indagatores, ſuc- cum nutritium circulatorio motu per illa- rum partes decurrere; ita ut, quicquid ad Plantæ extrema pervenit, ibique velut a nutritione reſiduum eſt, per peculiares fiſtu- las ad radicem uſque redeat, ut denuo hin- per priſtinas vias ad Plantæ partes una cun accedente è terrâ novo ſucco aſſurger- queat.

Valetudinis proſperæ ſigna.

X. *Proſperè* hinc *valent*, atque *incolume* ſunt Plantæ, ſi ex radicibus vel ſeminibu benè habentibus feliciter aſſurgunt, ſi ado leſcunt, & caules, ramos, folia, flores fructusque ſanos proferunt, adeoque parte eas omnes adipiſcuntur, quas quidem ſua naturali texturæ convenientes habere de bent. *Durat vita*, durat *ſanitas* in Planti diverſimodè; plurimæ certè Herbæ uniu æſtatis ſpatio totum ſuæ vitæ curriculur abſolvunt, quas Botanici eapropter *annua* vocitârunt; aliæ verò durant longiùs, & quidem, pro ſuæ ſtructuræ diverſitate, nun per paucos tantùm, nunc per plurimos an nos; inter hos numerantur variæ Herbæ, & omnes Frutices atque Arbores, uſque ade ut hæ quidem aliquando ad ducentorun annorum ætatem perveniant, antequan marceſcant & emoriantur. *Sanitas* quoqu *magis* vel *minùs firma* eſt in Plantis, prou teneriorem vel duriorem habuerint ſubſtan

Duratio vitæ & ſanitatis varia in Plantis.

tia

iæ ſuæ texturam. Penetrabile frigus hyemis adurit *Vites*, *aurantias citriaq; M los* facilè, *Tilias* verò, *Quercus*, *Pinos*, *Abietes*, & lurimas alias relinquit illæſas. *Aquatica* lantæ lætè ex aquis creſcunt atque vireſunt, dum interea ſicciorem terram amanes Herbæ in paludoſis locis putreſcunt & ioriuntur.

XI. Vitam dat Plantis *Solis calor natulis*, interdum & *artificialis Hypocauſtorum*; leoque particularum aërearum ætherea- mque motus blandus, ſed tamen ſuffiens. Contribuit *apta Seminum* vel *Radin diſpoſitio*, nutritium terræ ſuccum intra os facilè poros admittens; ita quidem, , quando ſemina nimis ſicca ſunt, emolii prius debeant lacte, aliove liquore, anquam telluri committantur. Excitat nirum Solis appropinquantis verni æſtus otum in Atmoſphærâ noſtrâ, hæc dein ros ſuperficiei telluris penetrans, ſuccutas, quæ ibi exſtant, particulas ſimul nmovet, agitat, ſicque tenues & ſubti- adeo reddit, ut hinc partim ab humidie terræ, partim ab elatere aëris poros, in ſeminibus vel radicibus exiſtunt, aper- ſubeant, & continuato deinceps uſque uſque copioſiore introitu ſenſim Plantæ mbra expandant, atque extra terræ greım in apricum aërem emergere faciant;

Cauſæ vitalitatis Plantarũ.

X ubi

ubi dein Solis radii immediatè accedentes motumque jam majorem particulis Planta aëreis vel ſucculentis conciliantes, dict membra, videlicet folia, caules &c. quo tidie magis explicant, donec ſucceſſu tem poris ad integram ſui corporis ſtaturar pervenerint.

Cauſa Sanitatis earundem.

XII. Sanitatem etiam Plantarum no dare ſolùm, verùm etiam conſervare ſole *blandus*, atque *ſufficiens calor Solis*; ubi ta men non prætereunda ſunt ulteriora requ ſita, quemadmodum ſunt bonitas Seminui ac Radicum, fertilitas Soli, clementia Co li, & ſi quæ adhuc ſunt alia; à quibus ce tè bona vel mala Plantarum valetudo m ximè dependet, in quantum videlicet m tatio talium rerum etiam diſpoſitionem n turalem partium alicujus Plantæ ſtati immutare obſervatur. Hortulanorum pro eſt in iſta omnia adcuratè inquirere, ſi quide ſuâ in arte periti, excellentes atque felic evadere geſtiunt.

CAPUT II.

Plantarum Valetudo adverſa ſive Mo bi, horum variæ Differentiæ, Cauſ Mors ſive Interitus.

I. F

FElices ſe exiſtimarent Hortulani, fe- *Valetudo adverſa Plantarum.*
lices Ruricolæ, ſi quæ ſolo commi-
erunt Vegetabilia, proſperè ſemper vale-
ent, nec ullâ unquam tempeſtatum alia-
umve rerum injuriâ plus minus graviter
blæderentur. Sed hâc certè re gloriari
equeunt; dum quotannis ferè has aut illas
tirpes minus feliciter provenire, vel ægro-
are prorſus aut interire experiuntur. *Ad-
erſa* hæc eſt Plantarum *valetudo*, *Morbus*
el *Ægritudo*, imò *Mors* tandem ipſa. De-
cribere autem poſſumus *Morbum Plantæ*,
uod ſit *præternaturalis & vitioſa qualiscunq;
artium ejus conſtitutio, nutritionem vel augmen-
tionem plus minus vehementer lædens, aut ab
âc etiam læſâ ſæpe deſcendens.* Ridiculum
ſſet, multis exiſtentiam talium in Vege-
abilibus Morborum probare velle, quando
xperientia annua, imò ferè quotidiana il-
am ad oculum commonſtrat; ipſaque ſi-
nul ratio evidenter confirmat, quâ qui-
em tubuloſa ac tenera Herbarum & Arbo-
um, inprimis adhuc juniorum ſtructura
xterna qualibuscunque injuriis non minùs
bnoxia deprehenditur, quàm ipſorum cor-
orum humanorum. Si nomina *Ægritu-
inis*, *Valetudinis adverſæ*, *Morbiq;* diſplicent,
ateri cogimur, nobis alia non occurriſſe,
uibus phænomena talia commodiùs ex-
rimere potuiſſemus. Neque videmus quic-
uam officere ſanitati noſtræ, aut nobili-

tati vel dignitati medicæ Artis aliquid de-rogari, etiamſi iisdem nominibus præter-naturales in Hominum Stirpiumque cor-poribus diſpoſitiones exprimamus.

Morbus Plantæ quid ſit?

II. *Morbus* itaque Plantæ eſt vitioſa par-tium hujus conſtitutio, quâ videlicet nun conformatio, compoſitio & unitas naturali in ſolidis; nunc temperies ſive craſis, textura magnitudo, figura, ſitus & motus particula-rum in fluidis læditur, atque ita mutatur, u hinc Plantæ conveniens nutritio vel augmen-tatio ſimul vitietur. Verùm ſingula fuſiùs exa-minari merentur: Atque ante omnia pro-bè notandum, *Morbos* eſſe vel *Plantæ* totiu ſeu *univerſæ*, vel ejus *Partium*; alios itiden univerſo Stirpium *generi communes*, alio *ſpeciebus* tantùm quibusdam *peculiares*.

Morbi Plantarũ univerſa-les.

III. Inter *univerſales* ſive Plantam totan infeſtantes Morbos occurrit primò Σφακελισ-μὸς, Σφάκελος, *Mortificatio*, *Sphacelismus*, *Spha-celus*, idem *Sphacelum*, teſte BENED. CUR-TIO, *Libr. Hort. XIII. Cap. VI.* Eſt auten *Sphacelus* ſive *Mortificatio* nil aliud, quàn motûs fluidarum in Plantis partium per-fecta extinctio & ceſſatio, cum ſubſequen-te radicum, ſtipitum vel caulium, ac fo-liorum tabe atque nigritie, proveniens ve à corrupto, ſtagnante ac putreſcente ſucco alimentario in fibris lignoſis, vaſculisve

chy

hyliferis; vel à copiâ & abundantiâ ejus-
em ſucci alibilis, fibras ligneas cum ductı-
us chyliferis & utriculis maximè diſten-
entis, hincque ſimul fiſtulas ſpirales ſeú
ëreas comprimentis, anguſtantis, & ita
uaſi ſtrangulantis; quod ſi enim compri-
iantur & anguſtentur tracheæ, tum aër in
s fiſtulis exiſtens exprimitur, quo ex-
reſſo partes Plantarum, incumbentis at-
oſphæræ ponderi reſiſtere amplius impo-
ntes, flaccеſcere, humi vergere, tabeſce-
atque paulatim emori incipiunt. Mor-
is hic quibusdam etiam *Strangulatio* au-
t; vide ſuprà citatum CURTIUM *Libr.*
t. XIII. Cap. 2. ubi hæc exſtant: *Nutri-*
me ſuperfluâ meatus præ obeſitate & conden-
ione obſtringuntur, ut Arborum, aliarumque
antarum *rami cibum accipere nequeant.*
nnia enim quæ ſupra Terram naſcuntur, ſpiri-
um & meatuum ſolutionem libertatemq́ deſi-
rant. Hoc autem vitio Ceraſus plurimum in-
ſtatur, cùm nimio alimento Gummi ſuperabun-
verit. Hoc vitium Strangulatio *dicitur.*

IV. 'A Sphacelo differt *Sideratio*, quæ **Sideratio.**
repentina quædam influxûs ſucci nutri-
ceſſatio vel abolitio, cum ſubſequente
ditate Plantarum, à variis cauſis plus
nus violentibus proveniens, veluti ſunt
civa intemperies Cœli, v. gr. æſtus ni-
us, fulminum afflatus, frigus item ex-

 ceſſi-

ceſſivum aëris, pruina, grandines &c. *E:* *cœlo enim tota conſtat Sideratio*, inquit BEN CURTIUS *Libr. Hort. XIII. Cap.* 4. JOH COSTÆUS autem *de Univerſ. Stirp. Natu* *p. m.* 463. ſtatuit, *Siderationem* non ſolùr à Cœli injuriis, ſed & ab ictibus & vulne ribus oriri poſſe; *ſanè autem*, inquit ille *eſt cum Sideratione innati caloris extinctio*, *princeps vitii culpa*, *repentina eſt ariditas*; *ict.* *nonnunquam & vulnera*, *præſertim autem So* *æſtum*, *fulminis afflatum*, *vel etiam terræ*, *aqu* *rum*, *alimentiq; corruptionem ſequens*. Vid tur tamen COSTÆUS heîc ſibi contrad cere, cùm inquit, Siderationis culpam r pentinam eſſe Plantarum ariditatem, oriri poſſe ab ictu aut vulnere, experie tia enim docet, Plantas vulneratas & læſ non repentinè tabeſcere ac areſcere, ſ paulatim, & quidem nunc pro diverſitate m joris vel minoris læſionis ſive vulneris, mo citius modò tardius id evenire. Afficiunt hoc morbo inprimis *Plantæ novellæ* ac *Su* *culi*, v. gr. *Nucum*, *Ficuum* atque *Vitium*, u pote qui ob fibrarum ſuarum teneritudine atque imbecillitatem à Gelu aut Pruinâ v no tempore matutinis horis, cùm cœlu ſerenum eſt, ipſaque Luna vividè ſplend facilè ita perſtringuntur, ut hinc ſuper niente Solis æſtu foliola talium Surculoru paucis momentis exareſcant, atque in p verem teri poſſint.

V. T

V. Tertiò inter Morbos generales occur- *Suffocatio.*
it *Suffocatio*, in quâ ſuccus nutritius nimi-
perè abundans, vi motûs ſui Plantarum
bras lignoſas, vaſa chylifera atque utricu-
os validè ſenſim diſtendit, tandemque in
aſcula aërea ſive tracheas effluit, unde
oſtmodum impeditâ ſeparatione ſimul &
irculatione ſucci alimentarii Planta emori-
ur. *Suffocationem* appellârunt, eò quòd
nors hæc contingat non ſecus atque in
Iomine, & Animali grandiore, quæ ſimi-
ter ſuffocari dicuntur, quando vel aqua
el aliud qualecunque corpus ipſorum aſpe-
am Arteriam, tracheaſque Pulmonis ita
nplet, ut aër penetrare & motus humo-
um vitales præſtare amplius nequeat. Ve-
ùm nimia alimenti abundantia apparet
eculiariter in Vite, Pinu, ac ſimilibus aliis
rboribus. In *Vite* quidem ante germina-
onem ſuccus alibilis, qui tenuis admo-
um & pellucidus eſt, copioſè è gemma-
um poris Lachrymarum inſtar extillare no-
atur, vocant hinc *Lachrymationem*, Germ.
as Weinen/ Greinen der Räben. In *Pinu*
erò ſi vaſa, quibus arctè admodum conti-
etur ſuccus, rumpuntur, quod ſingulis
nnis contingere ſolet, tum conſequenter
c iſte ſuccus ſecundùm corticem profluit
c delabitur; qui dein *liquidus* permanens
erebinthinæ, *ſpiſſeſcens* autem *Reſinæ* nomine
enit. *Sabinæ* ſuffocationi haud ſunt ſub-

 jectæ,

jectæ, quoniam verno tempore iſtis in Arboribus Veſiculæ, Varicibus pedum ſimiles producuntur, cùm enim abundare incipit ſuccus nutritius, tum divertitur ex vaſis ſuis, & dilatando fibras horum ſolidas, format aliquam Tumoris ſpeciem, de quâ paulo inferius agemus. Succus autem è *Sabinæ* adultæ cortice exſudans, ſi quidem liquidus exiſtat, Terebinthinam quoque refert, ſed quæ odore ſuo Flores Aurantiorum imitatur atque vulgari Terebinthinâ clarior exiſtit. Utplurimum autem ſuccus Plantarum alibilis abundans, qui in fibras inveteratorum ramorum (ita jam ſtrictas atque robuſtas ut expandi commodè amplius nequeant) tantâ copiâ ſeſe ingerere nequit, aliam ſibi faciliorem viam, in teneros v. gr. arborum oculos ingreditur, eosque hinc expandendo novos jugiter ramulos producit. Ut autem ſuccus nutritius fibras ramorum antiquorum, ad dilatandos magis fructuum oculos, ſicque fructificationem uberiorem reddendam, tanto majori copiâ penetrare cogatur, Hortulani noviter ortos ferè omnes ramulos abſcindunt, miniméque ut ſuccreſcant concedunt; experientia enim annua teſtatur, Arbores, in quibus illud factum eſt, aliis longè fertiliores eſſe.

Scabies. VI. Quartò in hâc claſſe ſuccedit *Scabies*, morbus ille, vel obſervante etiam SCALI-

GERO

GERO *Commentar. & Animadv. in Theophr. de Cauſis Plant. p. m.* 297. Plantarum cutem vel corticem infeſtans, atque è tuberculis per totam ferè ſtirpium cutim enaſcentibus conſtans. Gignitur autem potiſſimùm in Arboribus, tum ex ſucco nutritio corrupto ac vitiato, quando è vaſculis ſuis erumpens & paulatim auctus, ab aëris externi qualicunque vi coagulatur, & in tubercula non adeo ſtatim dura mutatur: tum ex ſordibus in ſuperficie cutis vel corticis relictis. Equidem ſordes iſtas largior, crebraque pluvia abſtergit, hincque materia generandæ ſcabiei apta tollitur, & ſalutaris inſuper Stirpi tranſpiratio conciliatur; ſed ubi minutiores Pluviarum guttulæ, eæque etiam leni motu, ſicuti poſt Vergiliarum ortum contingere obſervatur, utcunque crebrò decidunt, tum ſordes illæ elui nequeunt, hincque manentes paulatim Scabiem efficiunt. Confirmat hoc SCALIGER *Lib. cit. pag. eâdem*, cùm dicit: *Scabiem Vergiliarum ortu capere initium ex minutioribus pluviis, quæ ubi inſederint hæreant atque ſerveant: Imbri verò largiore eandem non produci, propterea quòd uberiores aquæ tum Arboris ſordes, tum ſe ipſas eluant, atque etiam forteſſe ſubeant, unumq; fiant intus cum naturali ſucco &c.* Afficitur autem hoc morbo inter arbores inprimis *Ficus*, quemadmodum teſtis eſt experientia Hortulanorum com-

 munis,

munis, qui proin malum id præcaveri aliquo modo poſſe credunt, ſi quotannis nutrimenti ſtirpium nimia ubertas detrahatur ac diminuatur, videlicet per aliqualem amputationem ſurculorum, antequam germinare inceperint. Quòd ſi verò jam præſens fuerit *Scabies* à quacunque demum cauſâ, internâ vel externâ oborta, tum ad ejus ablationem Imbres copioſi requiruntur, cùm aliter ipſa vix tolli unquam poſſit.

Corpulentia nimia. VII. Quintò *Corpulentia nimia* Plantarum, eſt exceſſiva earundem augmentatio: quâ vel tota aliqua Herba, vel aliquæ tantùm ejus partes præternaturaliter auctæ deprehenduntur. Morbus hic illis præcipuè accidit Stirpibus, quæ è ſolo gracili & arenoſo, in pinguem aliquam terram deferuntur atque transplantantur; ſolum enim pingue majorem nutrimenti quantitatem præbet, & hinc neceſſariò corpulentiores Plantas reddere ſolet. In Arboribus præcipuè hunc obſervare licet morbum, poſtquam ſcilicet extremitates vel ſtipitum vel ramorum abſcinduntur: ita enim alimentum, quod aliàs in ſuperióres abiiſſet partes, ob conſtrictos ab externo aëre poros extremitatum retrò ſubſiſtit, hincque ſui atque humoris ulterioris jugiter aſſurgentis vi & efficaciâ ſubſtantiam Arboris magis magisque diſtendit, hacque dilatatione ve[illegible]

expan[illegible]

expanſione continuatâ tandem Corpulentiam producit. Aſſenſum huic opinioni præbet inter alios JOH. COSTÆUS *Laudenſis*, quando *Lib. de Univerſ. Stirp. Nat.* p. m. 460. ita inquit: *Ex hoc* (abſciſſo nempe cacumine) *aliud quoque in magnitudine vitium ſequitur, nempe tumor, dum enim alimentum, quod ex magnis multisq; radicibus copiosè ſurſum pertrahitur, neque in ſuperiores partes ob abſciſſum cacumen, neque in caudicis medullam, quæ jam putruit, abſumi poteſt; in ipſius caudicis orbe retentum illum longè, quàm ejus ferat natura, obeſiorem reddit.*

CAPUT III.

Morbi Plantarum particulares.

I. VITIA partium Plantarum ſeu *Morbi particulares* unum vel alterum duntaxat Corporis vegetabilis membrum occupant, dum vel in Radicibus, vel in Caudice aut Caulibus, vel in Ramis, Foliis, Floribus, aut denique Fructibus conſpiciuntur. *Morbi Plantarũ particulares.*
Inter Radicum ægritudines occurrit ante omnia *Radicatio*, in quâ radices Plantarum ob alimenti defectum ſenſim inareſcunt & marceſcunt. Deficit autem alimentum vel nutritio, quando radices ſublimes proſpectæque ſupra terram repunt, ſicque humorem *Radicatio.*

rem ſeu ſuccum nutritium, propter Solis fortiter irradiantis ſiccantem ardorem, in omnes ſuos tubulos admittere nequeunt; humor enim plus, quàm commodum eſt, à calore illo externo craſſatur & quaſi comburitur, unde poſtmodum denegato ſufficiente alimoniæ per omnes radicum canaliculos affluxu, interitus ſequatur neceſſe eſt, tabeſcunt enim partes, ſi non amplius nutriuntur. Morbus hic ſi totam jam infeſtavit plantam *Atrophia*, *Conſumptio*, *Tabes*, *Aridura* vel *Macies* vocatur. Sed & eadem decretio atque inareſcentia radicibus evenire ſolet, quando propter Aquæ, inprimis pluvialis inopiam ſqualent, quæ certè non poteſt non ſucci nutritii penuriam excitare. Cùm autem ſic ſqualidæ ſiccæque evadunt, *Squalor ſtirpis* nominatur. Quòd ſi porrò ſuccus nutritius à plantis in viciniâ naſcentibus abſumitur, quemadmodum *Orobanche Ervo* adnaſcens amplexu compreſſuque ſuo hoc facit, tum ſimilis Tabeſcentiæ vel Radicationis effectus ſequitur. Sic etiam *Fœnum-græcum* à *Limodoro* protinus interimitur, quando ipſius radici adnaſcitur. Agricolis denique notum eſt, *Lolium Tritico*, *Avenam Hordeo*, *Lappam herbam Lentibus*, *Braſſicam capitatam Vitibus*, *Quercum Oleis* per ablationem pabuli nocere, ſi juxta ſe invicem plantentur, ut plura nunc alia exempla ſilentio prætercam.

II. Per

II. Per affuſionem dein *Olei* aut *liquatæ Picis* ſuper radices alimentum Plantis maximè detrahitur, quatenus videlicet ab ejusmodi concretis pinguibus pori atque meatus radicum obſtruuntur ac infarciuntur, hincque ingreſſus & progreſſus ſucco nutritio prohibetur; ſed hoc in Plantis ſolùm novellis, quæ valde adhuc teneræ exiſtunt, contingit. Porrò vitam penitùs adimit radicibus, quando Fabarum putamina iis non ſecus atque germinibus confertim apponuntur; neque etiam hoc in omnibus, ſed iis tantùm, quæ nuper proſiluere, tanquam delicatioribus & imbecillioribus plantulis evenit; dum putamina iſta ſuâ qualicunque duritie, ſiccitateque ſuccum alimentarem partim trahendo, partim arcendo herbis auferunt, veluti ſcitè monuit THEOPHRASTUS *de Cauſ. Plant. Lib. V. Cap. 21.*

III. Dein occurrit inter Ægritudines ſpeciales *Glabratio*, quæ eſt talis deſtructio Radicum, quâ vel ab Imbribus frequentioribus, vel ab aliis etiam injuriis decorticantur, excoriantur, & ita quaſi glabrantur. *Ficus* autem præ aliis Arboribus hoc morbo ſæpè affligitur, quoniam ejus radices cortice tenero, molli, & facilè à ſubſtantiâ lignosâ ſeparabili gaudet. *Ficus*, inquit THEOPHRASTUS *De Cauſ. Plant.* *Glabratio, Corticis decidentia.*

loc.

loc. cit. Cap. 12. morbum quendam in radicibus & paulò ſuperiùs ſentit, quem Glabrationem appellant, qui certè ex nimietate humoris ſolet accidere. Alii vocant Ægritudinem hanc *Corticis defluxionem* vel *decidentiam*, aut *caſum*, ſicut videre eſt apud J. COSTÆUM *Libr. citat. p. m. c. 114. & 466.* ut & PLINIUM *Hiſtor. Nat. Libr. 17. Cap. 24.*

Obeſitas. IV. Porrò huc referenda eſt *Obeſitas*, quâ radices alimentum ferè omne pro totâ plantâ aliâs deſtinatum abſumunt, ut hinc plus quàm par eſt nutriantur, augeantur, atque corpulentiores, ſubinde etiam monſtroſæ evadant. Hiſtorias atque obſervationes ejusmodi tam in radicibus, quàm in aliis quoque partibus viſorum monſtrorum collegerunt, & in publicam lucem expoſuerunt GASPARUS SCHOTTUS in *Append. de Mirab. Monſtr. ad Lib. V. Cap. 1.* & CHRISTOPH. MENZELIUS, cum SIM. ALOYSIO TUDICÆO in *Ephem. Nat. Curioſ. Dec. I. Ann. IX. atque X. p. m. 218. & 295.* Quòd ſi verò radices Arborum reſinam ferentium pingueſcere incipiant, tum illæ præ nimiâ pinguedine tandem in meram tædam mutantur.

Excreſcentiæ. Tubera. V. Ulterius dantur *Excreſcentiæ*, v. gr. *Fungi*, *Uvæ quercinæ*, & *Tubera*, quæ poſtrema ex Arborum radicibus, interdum & earundem

rundem ramis naſcuntur: ſunt autem corpora lignoſa Stirpium partibus præternaturaliter accreſcentia, & à luxuriante ſucco nutritio, per continui ſolutionem aberrante oriunda, figurâ utplurimum rotundâ, ac ſuperficie aſperâ & inæquali prædita. Quidam Γόγγρον *appellant, cùm Oleæ evenerit, nam & illæ magis quàm cæteræ ita laborant. Alii Premnum, multi Crotonam nuncupant. Ab aliis rurſus Mices ſeu Lopas audit:* vide BENED. CURTIUM *Lib. Hort. XIII. Cap. VI.* Filamentis radicum *Adenis Virginiani, ſive Halicacabi glandiferi* adnaſci quoque Tubera meminit PETR. LAUREMBERG. *Apparat. Plantar. p. m.* 137. *Fungi* ſunt corpora non admodum dura, utplurimum rotunda, humore interdum aquoſo-acri turgida, & ſucco nutritio corrupto acriqué, per hiantes ac patulos poros exſudante in Radicibus, vel Caulibus ac Ramis arborum excreſcentia. E` radicibus enaſci *Fungos* certiores nos reddit THEOPHRASTUS *Hiſt. Plant. Lib. 3. Cap.* 9. quando inquit: Οἱ γὰρ μύκητες περὶ τῶν ῥιζῶν καὶ παρὰ τὰς ῥίζας φυόμενοι, κοινοὶ καὶ ἑτέρων εἰσιν, i. e. *Fungi enim, quemadmodum è radicibus, & juxta radices erumpunt, communes exiſtunt cum cæteris aliarum Arborum.* Cui adſtipulatur JOH. BAUHINUS cùm refert *Libr. Hiſtor. Plant. XL. Cap.* 60. *Fungum phalloidem,* (qui eſt *Fungus noxius* 38. *ſeu Fungus fœtidus penis imaginem referens.*

Fungi.

ferens. CB.) in Hollandiâ copioſè è *Sparti* radicibus, in diverſis ſabuloſis aggeribus; *Sparto* illo rudi conſitis creſcere. *Uvæ quercinæ* ſunt excrementa fibrarum radicis Quercûs, juglandis magnitudine ex pluribus veluti acinis racematim cohærentibus compacta, initio tenera, poſtea dura atque lignoſa, ſapore acerbo & adſtringenti prædita. JOH. BAUHINUS *Hiſt. Plant. Lib. VII. p. m.* 87. ſub terrâ fibris radicum adnaſci expreſsè notavit. MARC. MALPIGHIUS autem *Anatom. Plantar. p. m.* 15. ubi de *Gallis* agit, *Uvæ quercinæ* prolixiorem deſcriptionem exhibet, memoratque fungoſum eſſe hujus excreſcentiæ genus, variæ formæ ac figuræ, quo tenella Quercuum folia primo vere conſperguntur, uſque adeo hinc interdum deturpata, ut propriam amittant ſpeciem. Oritur verò *Uva quercina*, ſive illa *Bauhini*, ſive hæc *Malpighii* non niſi à venenato Inſecti cujusdam ictu, cujus ovum dein intra Tuberculi cavitatem reperitur.

Uvæ quercinæ.

Vulnera.

VI. Denique inter vitia Radicum occurrunt *Vulnera*, ſeu *continui ſolutiones*, quæ vel ab Hominibus, vel ab Animalibus brutis, ſcindendo, rodendo, pungendo, lacerando, contundendo, vel alio etiam qualicunque modo infliguntur. Corruptio hinc totius Plantæ non rarò ſubſequitur: Κοιν-

ῇ φθο-

ἡ φθορὰ πάντων, κἂν αἱ ῥίζαι περικοπῶσιν, ἢ πᾶσαι, ἢ αἱ πλεῖσται, καὶ μέγισται, καὶ κυριώταται τοῦ ζῆν. i. e. *Communis omnibus mors, & ſi radices amputen- ur, vel omnes, vel plurimæ, & quæ maximæ ſint, vitalesq; inprimis*, ait iterum THEO-PHRASTUS *Hiſtor. Plant. Lib. IV. Cap. 20.* Quòd ſi autem non tam graviter lædantur Radices, tum non omnibus promiſcuè Plantis interitum atque mortem inferre cre- endum; obſervatur enim, vulneratas Ar- orum v. gr. *Abietum, Quercuum, Ceraſorum ylveſtrium*, aliarumque radices mortem aud ſtatim poſt ſe trahere, ſed in juniori- us tantùm ac infirmioribus illam Stirpi- us producere. Interdum ſolo aliquo ictu erire *Vites novellas*, referunt Vinitores, id erò nullam aliam ob cauſam fieri puta- nus, quàm quòd per læſionem talem vaſa que meatus conſtricti & anguſtiores red- antur, ita ut poſtea ſuccus nutritius ad itam & incolumitatem Plantæ continuan- am per tubulos ejus aſcendere ac circulari equeat.

VII. Ab Animalibus brutis læduntur orrò atque vulnerantur ſummoperè Plan- rum radices, quatenus ſcilicet ab iis effo- untur & comeduntur, veluti Sues & A- i faciunt; vel ſub terrâ corroduntur at- ue depaſcuntur à Talpis, Nitedulis, di- erſisque Vermium ſpeciebus. De eroſio- *Vulnera Plantarũ ab Animalibus.*

ne Radicum à Muribus factâ conqueſtus eſt inprimis C. STEPHANUS, quando re- fert, quòd ſit *Muris ſpecies, quæ Gallicè Meſi- raigne, radices Vitium rodendo, damna infert & Vites, quæ ſecundùm ædificia ſunt, à Sorici- bus infeſtentur.* vid. PHIL. JAC. SACHS *Ampelograph. p.* 48. De Vermibus autem J. COSTÆUS *Lib. citat. p. m.* 113. *nobis*, ait *etiam Vermes Verbaſcum album eroſâ radice ſu- ſtulerunt.* Multa certè in tellure adhuc ſub- ſiſtunt Animalia reptilia, radices ſtirpium infeſtantia, interitumque ipſis arroſione & comeſturâ procreantia, quæ tamen no omnia hactenus probè cognita habemus verùm aliqualia tantùm, ex. gr. *Gryllos* v *Acheias*, Germ. die Heimemuck/ Muheim le/ Grillen/ & *Sphondyla, Spondyla ſ. Brucha* Germ. die Inger / noſtratibus Engerich qui omnium pernicioſiſſimi ſunt Prati quorum Gramina & Herbas per radicu exeſionem ita devaſtant, ut dein per unu vel alterum annum vix tertiam aut qua tam Graminis quantitatem proferre poſſin

MorbiCau- dicis, Cau- lium, & Ramorum.

VIII. In *Caudicibus* ſeu *Caulibus*, & *Ram* Plantarum variæ quoque obſervantur Æ gritudines, quemadmodum ſunt v. gr. *Hi culatio, Tumores, Excreſcentiæ, Vulnera, Ca leſcentiæ.*

Hirculatio.

Hirculatio morbus eſt *Vitibus* p culiaris, *Articulationis* nomine à PLINI donatus, *Hiſt. Nat. Lib. XVII. Cap.* 24. qu

nia

niam non ſecus atque cœteri plerique Vi-
tium defectus in earum Articulis maximè
animadvertitur; ſicut videre eſt apud JOH.
BODÆUM à STAPEL *Comment. in Theo-
phraſt. Hiſtor. Plant. Lib. IV. Cap.* 16. Eſt igi-
tur nihil aliud, quàm Vitium ſterilitas, ſi-
ve luxuries ramorum atque foliorum cum
Fructuum ſive Uvarum penuriâ, vel ſecundū
COSTÆUM cum germinum etiam lapſu.
Diverſæ autem cauſæ ſunt, quæ vitium
hoc producunt, quippe oriri poteſt nunc
à Flatu ſive Vento qualicunque nocivo,
acri, conſtringente, aut decutiente; nunc
ab Imbribus nimis contundentibus, aut
ſimiliter abrumpentibus; nunc ab aduren-
te Pruinâ; nunc ab ubertate, vel ab ino-
piâ Humoris alimentarii; nunc denique à
Vinitoribus imperitis germina Vitium in
ſupinum vel nimis ſcindentibus. Plura
videantur, ſi placet, apud JOH. COSTÆUM
Lib. cit. p. m. 467. In Sabinis quotannis *Tumores Sabinarum.*
producuntur *Tumores*, magnitudinem Nu-
cis circiter habentes, ac verno ſolùm tem-
pore ab abundante utplurimum ſucco nu-
tritio, in extremitatibus corticis vaſculo-
rum ſubſiſtente, provenientes, quatenus
corticis tubulos ita diſtendunt, ut hinc tu-
mentibus pedum varicibus penè ſimiles
evadant. Tumores hi interitum Sabinis
haud adferunt, aliàs enim vix ullæ am-
plius exiſterent, ſed potiùs præcavent, ne

vel ſuffocatione vel ſtrangulatione vel alio quovis morbo pereant.

IX. Inter *Excreſcentias* caulium ac ramorum referimus primò *Gallas*, Græc. Κικίδες, Gall. *Noix de Galle*, Germ. Gallápffel/ quæ ſunt Corpora utplurimum rotundo-globuloſa, ſubinde turbinata ac pyriformia, levia & lævia, interdum tuberculis aſperata, intus unguibus friabilia, cavernoſa, fungoſa, guſtu acerbo & valdè adſtringente prædita. Naſcuntur maximâ ex parte noctu in Quercuum caulibus, ramis atque foliis; quòd ſi de die ab æſtu Solis fortiter illuſtrantur protinus areſcunt, augeriq́ue amplius nequeunt, quâ de causâ earum aliquæ non majores Fabis evadunt. Occaſionem autem Gallarum, aliarumq́ue Excreſcentiarum generationi potiſſimam præbent Inſecta volatilia, quatenus ſcilicet venenatis ſuis morſibus cuticulam Plantæ transfigunt, inibiq́ue fœcundata ſua deponunt ovula, unde humore è tubulis læſis continuò effluente, ſubſiſtente, & concreſcente Excreſcentiæ tales producuntur, in quibus ſemper aut Vermiculus aut Inſectum quoddam volatile degit. Huc referri poteſt ac debet *Coccus tinctoria*, vel *infectoria*, *Kermes* vel *Chermes*, aut *Granum tinctorium* vocata, quæ globulus eſt rubicundus, levis ac ſpongioſus, piſi magnitudinem adæquans,

Gallæ.

ama

marricans, & acris, atque in *Ilice coccigerâ* J. B. copioſè admodum exoriens, Vermiculis nunc pluribus, nunc paucioribus ſatis exiguis dotatus. Verùm & inter Excreſcentias Caulium numerari poſſunt *Fungi*, quorum definitionem generalem ſuperius jam dedimus, ſed illi ſolùm, qui è *Truncis* & *Ramis* variarum Stirpium naſcuntur, ſicuti ſunt *Fungus Laricum maximus, luteus, eſculentus.* J. B. qui eſt *Fungus lariceus aurei coloris.* C. B. *Fungi Caſtanearum laciniæ dicti.* JB. In *Nucibus* ſpecialiter naſcitur *Fungus auritus Juglandium albicans.* JB. In Pomorum arboribus, *Fungus villoſus arboreus coloris Ochræ tinctorius.* JB. In *Sambuci* caudice, *Fungus auriculæ Judæ, coloris ex cinereo-nigricantis, pernicioſus.* JB. vel *Fungus noxius membranaceus auriculam referens ſ. Sambucinus.* CB. In *Salice* verò, *Fungus ſalignus ſubenis formâ variegatus.* CB. Pin. aut *Fungi Salicum colore varii pernicioſi.* JB. Ut pluribus adhuc recenſendis ſuperſedeam, quorum hiſtoriam & icones videre licet in JOH. BAUHINI *Hiſtor. Plant. Lib. XL.*

Fungi. *Truncorũ ſ. Caudicũ & Ramorum.*

X. In *Roſâ ſylveſtri, vulgari, flore odorato, incarnato.* CB. obſervantur etiam frequenter Excreſcentiæ quædam, Germanis Roſenſchwám aut Schlafápffel dictæ, quæ apud Authores varia ſortitæ fuerunt nomina; DODONÆUS enim *Pilulas* eas vocat

Spongiæ Cynosbati.

hirſutas echino Caſtaneæ quaſi ſimiles; FUCHSIUS *Capitula Roſæ ſylveſtris*; WILLISIUS *Excreſcentias Cynosbati ſpongioſas*; HARTMANNUS *Capita capilloſa*; imò hinc inde apud Authores *Spongiarum quoque vel Spongiolarum Roſarum* appellationibus inſignitæ reperiuntur. Deſcribimus autem eas, quod ſint *Corpora præternaturalia, rotunda, aſpera, & villoſa, muſcum comoſum, vel capitella intricatis crinibus ſtipata facie externâ referentia, in ſui medio alveolos continentia praduros, vermiculari ſobole inſtructos.* Pronaſcuntur è ramis, foliis, ac apice fructûs *Cynosbati*, & coloris ſunt ex viridi-rubicundi cùm juniores, rufi autem, cùm vetuſtiores ſunt. Juniores ſpirant odorem Mellis, vetuſtæ autem odoris ſunt minus grati. Aliæ magnitudine Poma referunt majora, aliæ Nucum avellanarum moleculæ vix reſpondent, quemadmodum id experientia quotidiana confirmat. Vide *Celeberr.* HAGENDORNIUM *Cynosbatologiæ Lib. II. Cap 2. Artic.* 6. ubi fuſiùs, ſi velis, de Spongiis talibus inſtrui poteris.

Vulnera Caudicum & Ramorum multiplicia. Eorum diviſio.

XI. Præter Radices vulnerantur etiam *Caudices* atque *Rami* Plantarum tot tamque variis modis, ut vix poſſibile ſit læſiones in compendio omnes recenſere. Sunt autem *Vulnera* ſtirpium vel *benigna* vel *maligna*: *benigna* ſunt, quæ ab Hominibus ſtudio

lio & ſecundùm artem fiunt, prout ſunt *Amputationes*, *Reſectiones*, *Tonſuræ*, *Phleboto- miæ*, *Scarificationes* & *Perforationes*. *Maligna* verò ſunt, quæ vel Stirpibus mortem ſubitaneam aut paulatinam inferunt, vel eas tantùm ſteriles reddunt. Infliguntur hæc Vulnera ab Hominibus, à Brutis & ab Intemperie cœli. Detrahitur ſubinde ab Hominibus caulium & ramorum Cortex varium in finem; atque hinc mors Plantæ ſubſequitur, nunc citiùs, nunc tardiùs. Eleganter hâc de re BENED. CURTIUS *Libr. Hort. XIII. Cap. 9.* ait: *Communis omnibus mors, cortice in orbem detracto, omnes enim hoc modo mori videntur, exceptâ* Unedone: *quæ tamen & ipſa, ſi quis carnem vehementer preſſerit, germenq; futurum laxârit, moritur; &* Subere, *quod etiam ſic juvatur.* Alnum *autem hac injuriâ non interire expertus, uti nec* Adrachnen, *& nonnullas alias, niſi ſimul invadatur corpus. Decorticationem quoque talem innocentius ferunt, quibus cortex eſt multiplex, ut* Ceraſus, Betula; *uno enim detracto, ab alio proteguntur. Tardiuſculè verò quædam hac infirmitate moriuntur, ac temporis plus cum hoc morbo perdurant, ut ægrè diu cum morte luctari videantur; ſicut* Ficus, Robur, Quercus. *Communis item omnibus mors, ſi radices amputentur vel omnes vel plurimæ, & quæ maximè vitales ſunt.* Multum quoque *Cœli gravis intemperies*, aut *Anni tempus* ad

Maligna.

 interi-

interitum Plantarum, præprimis cortice privatorum, contribuere valet. *Abieti* enim ac *Pino* germinantibus ſi quis, Sole Taurum vel Geminos (ſicut monet *cit. Auct.*) transeunte, Corticem detraxerit, ſtatim intereunt, non autem, ſi fiat tempore autumnali aut hyemali; dum interea plurimæ Arbores aliæ, ſimiliter nudatæ, vel à nimiis pluviis, vel ab æſtu & fervore aëris diuturno ſiccante, vel ab intenſo frigore graviſſimè lædantur, ſi non prorſus intereunt.

Caudicis fiſſio gravior lethalis. XII. Sed & *Caudicis fiſſio*, ubi medullam attigerit, perniciem maximâ ex parte affert; quamvis innoxiam *Viti*, *Malo*, *Ficui*, *Punicæ*, *Oleæ* & *Amygdalo* THEOPHRASTUS obſervaverit, *Lib. de Cauſ. Pl. V. Cap. XXIII.* Detruncationem, & ad truncum uſque amputationem tolerant Arbores & Frutices, niſi radices morbo antea infeſtatas habuerint, exceptis tamen *Pino*, *Abiete* ac ſimilibus, utpote quæ ſic accommodatæ primo ſtatim anno pereunt.

Vulnera à Brutis inflicta. XIII. A' *Brutis* verò admodum læduntur *Caudices* ac *Rami* Plantarum, inprimis Arborum & Fruticum, depaſcunt enim eos præcipuè cùm nova germina producunt. Scindunt Arbores tenellas, radicitusque extirpare ſolent *Apri*; *Fibri* eas in Ripis ſuc-

cidunt

cidunt atque diſſolvunt; *Cuniculi* & *Oves* Stirpes arrodunt, ac mortem, ſi circum circa eroſerint, inferunt; areſcit *Amygdalus* Pecore deroſa. *Caprarum* quoque morſum Oleæ præprimis exitialem eſſe, eamque ſterilem reddere, jam priſco notavit ævo, memoriæque prodidit MARC. VARRO. Virentes etiam Arbores *Paſtinacæ* piſcis, quo in mari nihil venenoſius reperiri dicunt, aculeo contactas ſenſim enecari memorat NICANDER in *Theriac.* Sed & Aves tantùm non omnes Stirpibus injurias ſæpè deleterias inferunt, uti paſſim notum. *Vermibus* denique & *Inſectis* diverſiſſimis maximè devaſtantur, moriq́ue coguntur Plantæ, ita ut vix Herba ſub Dio reperiatur, quæ non à peculiari quodam Inſecto ſuas injurias, atque roſiones patiatur. Experiuntur hoc non ſolùm Folia, Flores & Fructus, ſed & Caules, Rami, Trunci, atque Radices, quatenus ab ejusmodi Animalculis roduntur, atque depaſcuntur, ita ut hinc vel prorſus emoriantur, vel ſterileſcant, & à foliis denudentur; Botanici vel Hortulani vitium hoc *Vermiculationem* appellant. *Vermiculantur autem magis*, juxta THEOPHRASTUM, *quæ ætate provectiores ſunt, quod & ipſum evenire vident injuria circumfodientium, aut cum ſiti propter ſqualorem laboraverint: quippe & ictu putreſcunt, ulcerataq; Vermes per ſaniem creant. Situs au-* *Vermiculatio.*

tem idem propterea facit, quia minus humoris quàm ſatis eſt habeant. Laborant *Vermiculatione* frequentiùs *Ficus*, *Pyrus*, *Malus*, *Quercus*, *Vitis*, & plurimæ aliæ Plantæ, quibus dulcis ineſt ſuccus; immunes è contrario magis ſunt, nec ita frequenter eroduntur, quibus amarus, acidus, aut acris ſuppetit idem, velut hoc experientia docet quotidiana; quanquam & hæ poſteriores plantæ ſubinde etiam à ſuis peculiaribus, non ita tamen frequentibus erodi Vermibus obſerventur. Atque ut ſpecialiùs præcipua heîc *Inſecta*, Plantis infeſta, adducam, *Formicæ* multarum arborum, Pyrorum, Pomorum, etiam Aurantiorum ac Citrorum Floribus atque Fructibus maximè nocent; *Bruchorum* ſpecies capitibus dotata, novellas Braſſicæ plantulas roſtro prehendit, ac eas ferè totas in terram à pluviis emollitam retrahit, moxque devorat, hocque pacto integros quandoque pulvillos hortorum depopulatur. *Erucæ*, ex ovulis *Papilionum* prodeuntes, folia Arborum, Olera item hortenſia, Caulesque ſtirpium devorant; *Carpæ* dein, uti LAUREMBERGIUS *Libr. cit. pag.* 143. habet, Oleas; *Cephalocruſtæ* folia Perſicorum; *Cetrinæ*, *Tineæ*, *Pſenes*, Ficus; *Curculiones* Frumenta; *Galbæ* Eſculos; *Midæ* Fabas; *Phalangia* Ervum; *Pitycampæ* Pinum; *Dropes* Legumina; *Volvoces* Palmites; *Convolvuli* Uvas teneras; *Deces* Li-

gn

na quæq; viridia; *Cnipes*, *Tripes*, *Coſſi* Ligna ...ca; *Cochleæ* Olera varia, depopulantur. Omnium verò nequiſſima *Talpa* eſt, peſtis maxima hortorum, radices plurimarum herbarum ...dulò depaſcens, ſicque vaſtationem maximam inferens. Datur & *Pediculorum*, *Pulicumve terreſtrium* genus, quod radices, herbas & arborum folia atque fructus depaſcit.

XIV. Inter *Foliorum* Ægritudines, exceptis iis quas cum aliis Stirpium partibus communes habent, peculiariter obſervandi ſæpiùs occurrunt *Tumores*, & ii quidem diverſiſſimæ figuræ, ſic v. gr. in Salicis cujusdam ſpecie, (quæ fortaſſe *Salix eſt humilis capitulo ſquamoſo, cujus foliis veſiculæ ſæpè ...rubentes inſident.* CB.) *Tubercula* ſive *Veſiculas* conſpeximus viridantes, quæ intus ...Ovula Inſecti cujusdam, vel Vermiculos nigricantes fovebant, excepto colore ...ud abſimiles illis, quorum mentionem ...cit *Celeberr.* REDI *de Generat. Inſector.* ...*m.* 291. & 292. ubi *Vigeſimo*, inquit, *nono* ...*aji ad me allati ſunt Rami Salicis, in quorum* ...*iis nati erant tumores quidam virides, ſed qui* ...*rubrum colorem inclinabant. Hi tumores* ...*gi, & phaſeolorum inſtar glabri erant, &* ...*verſum à Baccis Viticis ſitum habebant, ut quæ* ...*illâ facie foliorum naſcuntur, quæ terram* ...*ctat, & à foliis facilè auferuntur; cum hi*

Foliorum ægritudines.

Sali-

Salicis tumores ab utroq; foliorum latere eleventur, eo ipſo limbum acquirunt, omnesq; juxta nervum majorem in medio foliorum ſedem ſuam obtinent, eorumq; unus, duo, & quandoq; tres in uno folio inveniuntur. Placuit aperire nonnullos & cavitatem inveni, in quâ Eruca candida, illius inſtar, quam in Vitice inveni, habitabat. &c. Sed & in aliarum Stirpium Foliis talia, vel ſimilia non rarò naſcuntur *Tubercula*, quemadmodum v. gr. in *Oxyacanthâ* vel *Spinâ albâ*, *Clematide* ſeu *Vitalbâ*, *Phillyreâ ſecundâ* Cluſ. *Populo*, *Vite*, *Pyracanthâ*, *Ulmo*, *Quercu*, & aliis quamplurimis, prout videre eſt apud M. MALPIGHIUM *Anatom. Plant. loc. cit.* ut & FR. REDI modò laudatum. Omnes autem ejusmodi Tumores originem debent Cuticulæ & Cuti, ab Inſecto quodam, ovulum unum aut alterum illuc deponente, vulneratæ & punctæ, prout hoc cuivis adcuratè rem examinanti patere poteſt.

Aëromeli. XV. Vulnerantur porrò Folia plantarum ab *Aëromeli*, quod aliâs etiam *Droſomeli*, *Mel aërium*, *Manna* atque *Stillicidium ſerenum* dicitur, German. verò Meltaw, Miltau/ Milthau audit. Eſt autem hoc *Aëromeli* non niſi *Ros*, vel rorida quædam Aqua ſummè acris & corroſiva, inſtar pluviæ tenuiſſimæ Sole ſplendente in Plantas ex alto decidens. Quod ſi enim, ait LAU-

REM-

.EMBERGIUS *Horticultur. Lib. I. Cap. 35.* *lares radii in guttas incidunt, educitur ex iis* *nnis fœcunda humiditas & ſpiritus vegetans,* *rmanetq; acre corpus, quod in folia, flores ac* *uctus decidens amburit ea, & funditùs cor-* *umpit, niſi fortè pluviâ grandiore mox ſubſe-* *uente id malum abluatur.* Notatu dignum tiam eſt, quod Agricolæ circa Stillici- ium hoc ſerenum ſæpè jam obſervârunt, imirum procreare illud, ſi in certas quas- am Herbas v. gr. *Piſa* deciderit, Ani- ialcula innumerabilia, quæ primò viridia ccesſu autem temporis nigra exiſtant: erman. Meltauläuſe vocantur, & admo- um nociva ſunt, depaſcunt enim non ſo- im Folia Herbarum, ſed & Caules cum .oribus ac Fructibus, atque ſic univerſis uidem ſterilitatem, interitum verò etiam iquibus totalem inferunt. In Roſarum primis albarum caudices, folia ac flores cadat *Manna*, tum hæc acrimoniâ ſuâ, artes illas corrodit, atque tubercula cum .bſequente ariditate producit. Sunt au- m *Tubercula* illa nil aliud, quàm extra- iſationes & concretiones alimenti ex fla- o-rubicundi, magnitudinem diverſam ınciſcentes, dum alia quidem Cicer bis l ter ſuperant, alia verò multo minora riſtunt. Frequenter & nebulæ matutinæ tterdum Rorem malignum frigidum de- iittunt, qui infinitis Araneis & Inſectis

ver-

verminoſis Arbores & Herbas ita conſpurcat, ut undiquaque telis Araneorum obſitæ compareant. *Rorationem* vocant, de qua citati ſæpiùs Authores videri poſſunt.

Florum ac Fructuum Morbi.

XVI. Ægritudines etiam varias patiuntur *Flores* atque *Fructus*, oriundas *partim* à ſucco nutritio, ſi quantitate aut qualitate peccet; *partim* ab injuriis Animalium. Quantitas ſucci nutritii vel *deficit* aliquando, vel *excedit*; *defectus* alimenti in plantis Flores vel nullos, vel minus perfectos, adeoque & Fructuum penuriam producit. Hoc teſtantur ex parte *Tulipæ*, & Plantæ floribus plenis gaudentes, in terram aridam atque macilentam tranſplantatæ. *Exceſſus* & *abundantia* nimia alimenti Flores ac Fructus deciduos efficit. Sed & læduntur comeduntur que ab Animalibus multis, præcipuè autem *Inſectis*, qualia ſunt *Scarabæi*, *Papiliones*, *Erucæ*, *Apes*, *Fuci*, atque innumera alia. *Intemperies* etiam *Cœli* variæ v. gr. Pluviæ diuturnæ corruptionem Floribus inducunt, inde enim vel putredo, vel defluxio Florum atque Fructuum teneriorum oboritur: *Peſſimum eſt*, inquit THEOPHRASTUS *de Cauſ. Pl. L. V. Cap.* 14. *Oleis, Vitibus, & aliis omnibus, ſi dum florent, impluerit; defluunt enim flores & fructus cauſâ imbecillitatis.* A' *Pruinâ* & *Grandine* Flores devaſtantur, ut vel ſtatim deci-

dant,

ant, ac decutiantur, vel gangrænam adi-
iſcantur.

XVII. *Rubigo*, German. der Brand der Brenner/ eſt ægritudo Fructuum, quâ imirum hi ab Uricâ & pluviâ roridâ ſibi iſidente corrumpuntur, ac intereunt, quod iam dilucidè explicat J. COSTÆUS *L.* *t. p. m.* 466. cùm ait: *Verum neque alia eſt ubiginis, quæ Frugibus & Leguminibus accidit, uſa, quàm putredo; dum enim ros, pluviaq; is inſidens nubilo ac perflabili aëre non diſcu-ur, ſitus putredoq; illa inducitur, quam Rubi-nem vocant.* Alii, uti THEOPHRASTUS *Cauſ. Pl. Lib. III. Cap.* 27. *Æruginem, Car-nculum*, vel *Carbunculationem* nuncupant, in *Vitium* fructibus ac pampinis exiſtat. *ibus* porrò accidit ſubinde ſpecies ſterili-tis, quando propter nimiam humidita-m aut alias injurias loco fructuum *Ca-eoli* tantùm magnâ ex parte generantur; ſtrates dicunt die Weinräben ſchieſſen in e Gablen. Quando enim Plantæ nec ructus nec Semina proferunt, tum *Steriles* eritò appellantur; *Sterilitatis* autem tot nt, notante BEN. CURTIO, cauſæ, iis omnibus recenſendis chartæ anguſtia ficeret. Sterileſcere ſolent ab abundantiâ cci nutritii, quod *Amygdalus* facit; ab opiâ atque inæquali diſtributione ejus-em, quando ſubinde copioſiùs in unam

Rubigo.

Sterilitas.

quàm

quàm in alteram diſtribuitur partem; à variis læſionibus ac vulneribus, ſicut *Larix* & *Picea*, poſt abſciſſum cacumen; à nimiâ denique pinguedine, prout in aliis ſtirpibus id contingit.

CAPUT IV.

Adverſæ plantarum Valetudinis Curatio.

I. VArias in præcedentibus adgnovimus Cauſas Ægritudinum in Plantis: curatio proin varianda quoque erit; quemadmodum etiam, qui de Botanicis rebus & de Hortorum Agrorumque Culturâ ſcripſerunt, haud obſcurè circa ejusmodi medelas commentati ſunt. Quod ſi proin Abundantia ſucci nutritii occaſionem præbuerit adverſæ Plantarum valetudini, diminui illam poſſe memorant per decurtationem ſurculorum atque amputationem ſuperfluorum, cùm germinare inchoant; per pampinationem v. gr. in Vitibus; per ſuffoſſiones atque ablaqueationes, quibus in variis arboribus radices deteguntur: plura vide apud BEN. CURTIUM *Hort. Lib. XII. Cap.* 8.

II. Defectus vel inopia, aut etiam inæquali-

qualis diſtributio Succi alimentarii, à Vermibus radicem, caudicem, aliasque partes occupantibus proveniens, ſi non curari perfectè, attamen præcaveri poteſt, ſi ſcilicet Radices ante tranſplantationem Felle taurino oblinuntur, aut ſi loca, ubi Vermes ſunt, Urinâ Hominis tertiâ Aceti parte mixtâ frequenter conſperguntur. Si Inſectorum proventus in vicinis plantis obhæreat, exterminandus quocunque modo, etiam leni fumo accenſorum lignorum admiſſo. Siccitas & Ardor nimius telluris corrigitur per irrigationem cum aquâ, veſperi, aut ſi opus videtur, etiam mane inſtitutam. Pravam alimentarii Succi qualitatem periti Hortulani aliquo modo per mutationem terræ corrigere norunt, arenam, fimum, nitrosam, lutoſam, argillaceam terram addendo, demendo, variè miſcendo, ac ita denuum radicibus adjiciendo.

III. Quod ſi Arboris Cortex, aut Lignum ...oque, à ſecuri vel aliâ occaſione læſum, ...ntuſum aut vulneratum fuerit, tum loco ...ecto Emplaſtrum ἐμφυτόβλητον, cujus mentionem facit PETR. LAUREMBERGIUS, ...rtic. p. m. 135. vel Fimum, ſublatâ priùs ...rte contuſâ, circumponendum. Si ...rtex foramen unum aut alterum habet, ...miculorum proventu ſcatens, tum ex...rgatis foraminibus illinc Picem liquidam

 fimo

fimo bubulo mixtam, ac ligamentum lineum deſuper applica. Mali à Vermibus non eroduntur, ſi circum ſata fuerit Scylla. Formicæ, infeſtiſſima Arborum lues, ut CURTIUS *Hort. Lib. XIV. Cap. 5.* memorat, arcentur, *quando Trunci Origano circumdantur, vel ſi Rubricâ, Pici liquidæ, aut Aceto & Cineribus ſubactâ, vel cum butyro & pice liquidâ miſtâ Caudices oblinuntur.* Alii etiam, ut illas abigant tanto certiùs, Arborum truncos paleis intortis ſeu Coronâ ſtramineâ cingunt, vel Cretâ albâ circumcirca quotidie affricant. Ad Erucas pellendas primo vere earum telæ ex arborum ramis diligenter amovendæ. Si verò jam vivæ ac vegetæ in arboribus repant, tum ſub occaſum Solis fumus excitatur è veteribus linteaminibus accenſis ſub ſtirpe, ut decidant; *Papiliones Erucarum genitores* extirpantur ſimili fumo ſub veſperam excitato, cùm quieti ſeſe dederunt. Qui Vites infeſtant Vermes, exterminantur & necantur Suffitu fimi columbini admiſſo. Quidam Galbanum, aut Cornu Cervi, aut Ungues caprinos, aut Lilij radicem in Vineâ ſuffientes, beſtiolas & ſerpentes inde abegerunt. Alii Herbam Pœoniam, Lappam majorem &c. ſuffiendo, aut juxta radices plantando, ejusmodi beſtias fugant. vid. J. BOD. à STAPEL *Comment. in Theophr. Hiſt. Pl. p. m.* 498. Ut Pulices radicibus non noceant, Ervum interferen-

ferendum eſſe ait THEOPHRASTUS *Hiſt. Pl. L. VIII. Cap. V.* Fuligo ex præfurnio hinc inde in horto diſperſa fugat Cochleas. Ne Aves plantis Hortorum noceant, ſuſpenditur Allium de Arboris ramo; vel uſurpatur aut excitatur terriculamentum ſeu Fuga volucrum, qualem etiam PETR. LAUREMBERG. in *Horticulturâ* deſcribit.

IV. Læſiones, quas varia Cœli intemperies infert, vix arcere aut præcavere novit humana qualiscunque induſtria; Solus enim Deus eſt, qui Ventis, Imbribus, Grandinibus, ac frigori æſtuique Aëris imperare poteſt. Tentare tamen hæc & illa ſolet Hominum ſollicita cura, contra Pruinam v.gr. Æruginem: nimirum ſi adventum earum præſentiunt, tum noctu circa Vites, aliasve plantas & arbores, quas conſervare ſtudent, palearum acervos, frutices, germina, evulſas herbas & ſarmenta accendunt, hocque modo aërem excalefaciendo, Roris verno tempore ac ſummo mane decidentis congelationem impediunt. Adverſus ingens autem hyberni temporis frigus oporteret teneras Arbores atque Herbas vel ſtramine veſtire, vel, ſi poſſibile, in cellas aut alia loca temperata transportare, atque recondere. Sideratæ ſi fuerint Vites, curantur nunc perforatione tunicæ vel corticis, terebræ auxilio factâ, & querni paxilli in-

truſione, nunc portionis radicis ablatione, ſimilisque Pali immiſſione, ac denique terræ circum aggeſtione. Plurima adhuc alia curandarum Plantarum remedia ſi quis deſideret, citatos ſæpiùs Auctores Botanicos, aliosve conſulere poterit. Hos inter legi etiam merentur *Celebris* QUINTINYE *de Arbor. culturâ Tract. gallicus*; ut & JOH. CLAYMONDI *Angli Commentarii elegantes in Hiſt. Natur. Plinii*, quos etiamſi typis impreſſos nondum viderimus, pluribus tamen Tomis in Fol. manuſcriptos, ac in Bibliothecâ noſtrâ aſſervatos, perluſtrare datum fuit.

Μόνῳ τῷ Θεῷ Δόξα.

F I N I S.

DISSERTATIO MEDICA OCTAVA

De

SALIVÆ HUMANÆ STATU SANO ET MORBOSO.

PROOEMIUM.

QUanquam ea apud Viros hujus ævi doctiſſimos invaleſcere videatur conſuetudo, ut in rebus pertractandis à receptâ per tot annorum ecula tradendi exponendique ratione nonihil ſecedant, & oratorium magis, quàm ium ſtylum in Diſſertationibus Academis, haud vituperando conatu, feliciqúe cum acceſſu affectare ſatagant, placet tamen in ræſentiâ rerum Veterum adhuc perſequi orem, atque ſimpliciore, ſed tamen claro *Scriptionis modus varius.*

& diſtincto genere dicendi *Salivæ tractatio*-*nem* perſtringere. Cùm autem Humoris iſtius, ad vitam non minùs quàm ad ſecundam humani corporis valetudinem apprimè neceſſarii, duplex apparere ſoleat *Status*, *naturalis* ſive *ſanus* unus, *præternaturalis* atque *morboſus* alter; utrumque pro conceſſo nobis ingenii, judiciique modulo explanabimus.

PARS I.
DE
SALIVÆ HUMANÆ STATU SANO.

SECTIO I.
Onomatologiam Salivæ complectens.

Onomatologia.

I. IN *ſano* ſive *naturali* ſtatu *Salivam* conſiderantibus, duo generaliter exponenda occurrunt, quorum alterum circa nomen verſatur, *Onomatologia* hinc dictum, alterum circa rei ipſius naturam & affectiones quod *Pragmatologiam* nuncupant.

Etymologia.

II. *Onomatologia* autem tria ſub ſe complectitur, *Etymologiam*, *Homonymiam*, & *Synonymiam*: quorum ſingula ſeorſim enu-

clea-

cleabimus. Et quod *Etymologiam* ante omnia concernit, *Salivæ* vocabulum origine latinum eſſe videtur, ſive dein à Sale derivetur, quòd, ut *ISIDORUS* cenſet, ſalis ferè habeat ſaporem, aut potiùs, quòd per Chymicas reſolutiones varii generis ſalia exinde elici poſſint; ſive ſecundùm alios à ſaliendo deducere quis malit, quòd è pluribus tubulis ſalivalibus in oris cavitatem quaſi ſaliat, aut non rarò ſub oſcitatione & validâ oris diductione è dictis canaliculis extra os proſilire conſpiciatur. Attamen *GER. JOH. VOSSIUS in Lexic. Etymolog. Angelo Caninio*, & *Petro Minneſio* magis aſſentit, dum eos rectè conjectare ſcribit, *Salivam literarum trajectione fieri à Græco* Σίαλος, *quomodo à* Σκέπω, σκοπῶ, *eſt ſpecio*, *unde ſpecto*; *à* φλέγω, *fulgeo*; *ab* Ἄρχω, *rego*. Dum verò ipſum vocabulum Σιαλον, vel ἀπὸ τοῦ ἁλὸς, à ſale, vel ἀπὸ τῆς ἁλὸς, à Mari, quod ſalſum eſt, deſcendere pauci negent, quidni & ipſum *Salivæ* latinum vocabulum, à latino itidem Salis nomine derivare licebit.

III. Quoad *Homonymiam*, tametſi vocem *Salivæ* non deprehenderimus in plures admodùm ſignificationes tractam fuiſſe, & ſenſu *proprio* aliud quid, præter limpidum humorem os in naturali ſtatu continuè irrigantem, denotâſſe: *tropicè* tamen ſive *impropriè* nonnunquam à Viris doctis uſurpa- *Homonymia.*

tam eſſe, inficiari non audemus: ita enim *metonymicè* pro guſtu acceptam legimus apud *Perſium Sat. 6.*

Nec tenuem ſolers Turdorum nôſſe ſalivam.

Interdum & *ſynecdochicè* pro humore ſive ſapâ; vel etiam *metaphoricè* pro humore lento inſtar Salivæ inſpiſſatæ ſumptam fuiſſe, *MARTINIUS* auctor eſt in *Lex. ſuo Etym.*

Synonymia. IV. *Synonymiam* denique quòd attinet, pluribus Saliva nominibus apud Doctos expreſſa legitur, & latinè quidem aliàs etiam audit *Humor*, vel *Liquor ſalivalis*, item *Screatus*; imò & generaliori vocabulo *Sputum*, unde *Sputatores* dicti, qui frequentiùs Salivam exſpuunt. Græcis appellatur Σίαλον aut Σίαλος, vel Σίαλις, ἴαλος, nec non Πτύελον, Germanicè Speichel oder Spey/ voce haud improbabiliter è Latinorum *ſpuo* deductâ.

SECTIO II.

Salivæ Definitio, Diviſio, atque Differentiæ.

Pragmatologia. I. EXplanatâ ſic Salivæ *Onomatologiâ*, ad ejus *Pragmatologiam* transimus; atque in hac ante omnia quæſtioni, *quid ſit*, ſatisfaciendum, *Deſcriptionemq;* Salivæ præmittendam eſſe arbitramur. *Salivam* itaque

in naturali ſtatu ſe habentem, dicimus eſſe *Humorem ſeroſum, excrementium, utilem, limpidum, pellucidum atque inſipidum, à Maſſâ ſanguineâ in Glandulis maxillaribus, Parotidibus, aliisq; in ore, & ſub linguâ exiſtentibus ſecretum, ac per peculiares canaliculos in os deſtillantem.*

Salivæ definitio.

II. Ex quâ Deſcriptione ante omnia patet, non quodlibet *Sputum* Salivæ vocabulo nobis venire: *Sputi* enim vox, prout egregiè *WARTONUS* in *Adenographiâ ſuâ* notavit, generica eſt, omnes illos humores ſub ſe complectens, quicunque ab hominibus exſpui conſueverunt: quorum equidem quatuor diverſi exiſtunt, ratione tam organi ſecretorii, quàm etiam conſiſtentiæ & uſûs inter ſe valdè differentes, *Sputum* nimirum *Pulmonibus cum tuſſi rejectum* ſive *pectorale*, *Pituita palati*, *Mucus Tonſillarum*, atque *Saliva.*

Sputi vox quid denotet?

Ejus quatuor ſpecies.

III. Etenim *Sputum cum tuſſi è Pulmone ejectum* inutile eſt excrementum, plus minùs viſcidum & craſſum, quod è glandulis pneumonicis ſecernitur, hincque abſcedentibus particulis tenuioribus inſpiſſatum cum tuſſi exſcreatur & rejicitur, recteque hinc *pectorale*, vel *pneumonicum* vocatur.

Sputum pectorale.

IV. *Pituita* verò *Palati*, deſcribente *Cl. CHARLETONO Oeconom. animal. Exercitat.* 7. §. 6. eſt *Excrementum pituitoſum, à ſanguine*

Pituita Palati.

in Cerebri membranas, per arterias carotides &
cervicales delato ſegregatum, & in glandula
circa baſin cerebri exiſtentes collectum, indeq
deſtillans, per palatum denuò excretum. DIE
MERBROECK *Anatom. Lib. 3. p. m. 742.* voca
Mucum è Cerebro per os cribriforme delapſum
& partim per nares evacuatum, partim pe
palati poſteriora ad fauces deſcendentem
Humorem nimirum in glandulis Plexu
choroideo interjectis, aliisque cerebralibu
ſecretum, atque per certos canaliculos cra
nii baſin trajicientes ad Nares, Os, Pala
tum & Fauces depluentem, qui occaſion
longioris in viâ moræ ſæpiùs aliam, quàn
priùs habebat, qualitatem induat, hincqu
plus minus craſſus, lentus, viſcidus, & al
bicante gryſeo, ſubflavo, aliove colore
quandoque & ſapore diverſo imbutus eva
dat. Nos autem Muci iſtius palatini ori
ginem, pace tantorum Virorum, aliunde ma
gis deducimus, firmiter perſuaſi, Humo
rem ſeroſum cum ſanguine circulante pe
ramulos Arteriolarum tam externarum
quàm internarum, ad glanduloſam Pala
tunicam delatum, inibi ſecretum, & po
ſtea ab aëre per reſpirationem transeunte
volatilioresque particulas auferente nonni
hil inſpiſſatum, ſubſtantiam illam muco
ſam efficere. Cui accedit & ductuum na
ſalium Mucus, quem illi ſubinde cum in
commodo perſentiunt, quibus iſta materia i

Muci palatini vera origo.

alle

allegatis modò ductibus cumulata, ſicciorque reddita in Palatum propendet, ac ob lentorem difficulter exſcreari poteſt.

V. *Mucus Tonſillarum*, porrò eſt humor Salivâ nonnihil viſcoſior, in binis illis Faucium Glandulis cavernoſis, à lateribus Uvulæ ſitis, imò & in ipſa Uvulæ membranâ ſecretus, atque in Palatum effuſus, unde poſtmodum per exſcreationem rejicitur. Viſcoſior creditur hic Mucus propter ampliores Tonſillarum poros, per quos non tenuis ſolùm humor, ſed & craſſiores particulæ tranſire poſſunt: neceſſarius verò idem eſt ad Faucium & Palati membranas lubricas reddendas, & à læſione deglutiendarum rerum vindicandas, non ſecus atque ad Sanguinem depurandum.

Mucus Tonſillarum.

VI. *Saliva* tandem ab hactenus deſcriptis ſubſtantiis maximè differt, dum tenuem, limpidum, inſipidum, & è glandulis ſalivalibus ſcaturientem Humorem illam pronunciavimus, ſicque & conſiſtentiâ & ſecretionis organo ab iisdem diverſum. Quin ſi ulteriùs iſtorum omnium Humorum uſum conſideremus, itidem non levem in illis differentiam notabimus. Etenim Saliva, utut à nonnullis Sputatoribus ſive propter nimiam copiam, ſive per malam conſuetudinem frequentiùs exſpuatur, ea-

Saliva.

Non eſt inutile excrementum.

eapropter tamen pro inutili excremento non eſt habenda; ſed, ut fuſiùs in ſequentibus explicabimus, materiam præcipuam ſtomachici fermenti, aut menſtrui exhibet adque Ciborum digeſtionem maximè facit. Reliqua autem ſputa, partim mera ſunt excrementa, partim non niſi ad lubricandum Faucium rictum, ac Palati tunicas muco naturali oblinendas faciunt, ne à quacunque re transeunte facilè lædi poſſint. Egregiè hanc in rem diſſerit *Celeberrimus* *BOHNIUS Circul. Phyſiolog. Anat. pag. m.* 148. *Quamvis*, inquit, *per pravam forſan conſuetudinem multum Salivæ ſputi nomine rejiciamus, plus tamen ejus vel alimentis commixtum, vel ſine his ad ventriculum, ne quidem nobis de hoc cogitantibus, v. gr. Somni tempore demittitur, imò omnis Saliva in brutis per gulam deglutiri videtur, utpote nihil planè ſputando excernentibus, unde eam haud excrementitiam eſſe probabile ſit, aliàs enim oneri foret primo digeſtionis organo.*

Saliva eſt Humor excretitius.

VII. *Generis* loco in deſcriptione poſuimus *Humorem excretitium*, neque multo nobis labore opus eſſe credimus ad demonſtrandum, Salivam ſub alio genere proximo non exiſtere, quando totam Humoris naturam & eſſentiam, in fluiditate & motu particularum inteſtino præcipuè conſiſtentem, eidem per omnia competere, vel

ad

ad ſenſum pateat. Cùm autem Humores à Maſſa ſanguinea ſecerni conſueti, à nonnullis dividi ſoleant in *excretitios* ſive *utiles*, & *excrementitios* ſive *inutiles*, Salivam meritò in *excretitiorum* ſive *utilium* cenſu retulimus, utpote quæ varias Corpori utilitates, uti paulò infra demonſtrabitur, præſtet. Reliqua definitionis verba ſub ſe continent *Cauſas* & *Affectiones Salivæ*, quas ut ſigillatim & ordine prolixiùs exponamus, noſtri jam poſtulat ratio inſtituti.

SECTIO III.

Salivæ Materia, Forma, Efficiens, Officinæ, ſeu Glandulæ & Ductus ſalivales, Finis, & Uſus.

ET quod Cauſas attinet, inter eas ſeſe primùm offert *Materia*, quam duplicem facere ſolent, *proximam*, ex quâ Saliva conſtat, unam, & *antecedentem* ſive remotam, ex quâ producitur, alteram. *Proxima* Salivæ materia, eſt congeries variarum particularum, differenti numero, aſt certâ proportione inter ſeſe concurrentium, *aquoſarum* nimirum, *ſalino-alcalinarum*, & *acidarum*, *fixarum & volatilium*, *ſpirituoſarum*, *oleoſarum* ac *terreſtrium*, è quarum debito concurſu liquor exſurgit, neque purè *alcalinus*,

Salivæ materia.

Proxima.

linus, neque purè *acidus*, ſed ex utrisque mixtus, quemque *ſalſum* appellare ſolen volatilem pluſculâ *aquâ* dilutum. Particulæ autem illæ in compoſitione Salivæ ita confluunt, ut *aquoſarum* ſint quamplurimæ, *ſalino-alcalinarum* & *acidarum volatilium minùs acrium* multæ, *oleoſarum* tandem *terreſtrium*, & *fixarum* perpaucæ. Quæ re partim è Chymico examine Liquoris ſalivalis haud obſcurè patet; partim & inde demonſtrari poteſt, quòd Saliva primam ſuam ducat originem è cibo, potuque aſſumtis, in quibus ſingulæ illæ particulæ diverſiſſimi generis hærent, quæ hinc per varias digeſtiones in limpidum ſanguinis ſerum commutatæ, tandem in ſalivalibus Glandulis ſecernuntur.

Demonſtratio Materiæ proximæ.

II. Inprimis autem *aquoſarum plurimarum* particularum præſentia ad oculum patet. *Salino-alcalinas* autem Salivæ ineſſe vel illud arguit, quòd liquor hic inſtar menſtrui alcalini Sulphura diſſolvat. *Acidarum* dein *ſalinarum* præſentiam demonſtrare id poteſt, quòd Saliva Mercurium figere nôtetur, vel potius, quòd aliquandiu ſtagnans manifeſtè acida reddatur. *Oleoſas* & *ramoſas* porrò Salivæ ineſſe, vel illud negare vetat, quoniam Saliva facilè inviſcat & involvit, inſtar aliorum Sulphurum, quoniam item ſub leni coctione in gelatinam ver

-erti ſolet; ſed paucas tamen oleoſas ad-
-iſſe Chymica reſolutio pandit. Tandem
-x *terreſtres* aliquas in Salivæ humore con-
-neri deſtillatio ipſius oſtendit, ſub quâ,
-xhalantibus volatilioribus omnibus, in va-
-e relinquuntur *fixiores* illæ atque *terreſtres*.
-lurimas autem particulas Salivam com-
-onentes *ſpirituoſo volatiles* exiſtere, vel inde
-quet, quòd in igne facilè citoque altum
-etant & avolent.

III. Materiam *antecedentem* Salivæ *pro-* *Materia antecedens propior.*
-orem dicimus eſſe non *fibroſam* vel *grumo-*
-m, ſed potiùs *ſeroſam* arterioſi ſanguinis
-ortionem, quæ poſtquam per ramos à
-arotidibus numeroſè diſperſos ad Glan-
-ulas ſalivales, beneficio circulatorii motûs
-lata eſt, ibidem à reliquâ maſſâ in tubu-
-s ſalivatòrios ſecernitur. Aliunde pro-
-ctò materiam hanc deducere nullâ ratio-
-ſcimus. Quòd ſi enim quis *venoſum* ho-
-e in Scholis obtrudere vellet *ſuccum*, hem!
-àm ille non rideretur? Alii tamen *Chy-*
-*m* heîc ſuggerunt, eumque non tantùm
-livæ, ſed & nutritii partium Succi, alio-
-mque ſecerni conſuetorum Humorum ma-
-iam propiorem faciunt. Nos autem,
-icquid illi *Chylum* appellare ſatagunt,
-o chyloſi Succi portione, intra Sanguinis
-aſſam jam plus minus mutatâ, hincque
-i nomen potius merente agnoſcimus,
firmi-

firmiter perſuaſi, Chylum omnem, quamprimùm in Sanguinem eſt receptus, aliquam mutationem ſubire, ejus particulas variè à ſe invicem disgregari, atque cum ſanguineis, aëreis, & lymphaticis aliis diverſimodè combinari.

An Succus nerveus ſit materia ſalivæ?

IV. *WARTHONUS* hinc, *Medicus* apud Anglos *doctiſſimus*, in ſuâ *Adenograph.* pluribus argumentis probare conatus eſt, *Succum nerveum* Salivæ *propiorem* materiam præbere, indeque eſſe, quòd in largis ſalivationibus nervi admodum exſiccentur; quòd plures nervuli in glandulas ſalivales abeant; & quòd arteriæ tantam Salivæ copiam, quantam in Os depluere cernimus, exhibere minimè valeant. Equidem largimur hoc, Nervos aliquid ad Salivæ liquorem, ac ejus imprimis juſtam ſecretionem contribuere, ſed tamen hucuſque nondum ſufficienter demonſtratum credimus, ſolum illud per nervos decurrens fluidum Salivæ liquorem efficere, quando non rarò vidimus Hemiplecticis, (quibus Nervi ex alterâ parte ſunt obſtructi & reſoluti, ut Spiritus animales, vel ſi mavis, nerveum ſuccum nullum præbere valeant) plus Salivæ è paralytico latere, quàm ex ſano emanâſſe. Quando itidem claro nobis conſtat experimento, jugulari venâ in collo ligatâ, ſicque reditu ſanguinis ibidem prohibito,

Sali-

Salivam eo latere in Os copioſiorem depluere, ac inſimul lachrymas ex Oculo ſponte, citra aliam cauſam manifeſtam profluere; certiſſimo argumento, ex humorali maſſâ, & è vaſis ſanguineis Salivam magis, quàm è nervis provenire. Juxta hæc Succi illius nervoſi exiſtentiam, ab Anglis quibusdam Medicis nullâ urgente neceſſitate in Scholas introductam, prorſus in dubium vocamus, & non niſi ingenioſum figmentum eſſe credimus.

V. Materia denique *antecedens remotior* Salivæ nobis eſt Chylus, è potu cibisque variis aſſumptis in Ventriculo elaboratus, hinc in Inteſtinis tenuibus per admixtionem Bilis & Succi pancreatici perfectus, ab excrementitiis nimirum particulis depuratus, tandemque per vaſa meſenterii lactea ad truncum lymphaticum magnum, ductumque thoracicum propulſus. Qualis ergo tunc Chylus apparet, aut in primis viis elaboratur, talis etiam Saliva poſtliminiò ex ſanguine enaſcitur. *Materia remotior.*

VI. *Formam* Salivæ dicimus, quâ eadem in *ſpecie Humorum* conſtituitur, atque ab aliis ſingulis Humoribus eſſentialiter diſtinguitur. Conſiſtit autem illa in debitâ ac proportionatâ particularum variarum commixtione, indeque naſcentibus *Conſiſtentiâ* *Forma Salivæ.*

 probâ,

probâ, *Figurâ debitâ*, *convenienti Situ*, atque *regulari Motu*. *Conſiſtentiam* Saliva *naturalis* habet tenuem, limpidam, Aquâ communi nonnihil ſpiſſiorem, Cereviſiâ verò aut Lacte tenuiorem, quam particulæ varii generis, diverſo admodùm numero concurrentes producunt. Concurſus autem ſive craſis particularum talis eſt, ut earum plurimæ adſint aquoſæ, multæ ſalino-volatiles, alcalinæ & acidæ, paucæ oleoſæ, pauciſſimæ terreſtres; omnes tamen beneficio intercurrentium ſpirituum animalium, ſive aërearum particularum elaſticarum, ita perflatæ, ut ad conſervandum inter ſe æquilibrium jugiter agitentur, quamdiu naturaliter Saliva habet. Sed & particulæ ad Salivæ compoſitionem accedentes, debitâ *Figurâ* præditæ, & convenienti ſimul inter ſe *Situ* junctæ exiſtere debent. Denique *Situs* debitus, atque *Motus* earundem inter ſe æqualis & regularis ſit oportet, isque nec nimium rapidus, majorem juſto fluorem inducens, nec nimium tardus, lentorem ac viſciditatem præternaturalem excitans. Motum hunc *inteſtinum* vocare ſolent, fluidis omnibus communem, à quo diſcernendus eſt motus Salivæ *progreſſivus*, quo ipſa in Glandulis peculiaribus ſecreta, per certos canaliculos conſtanter in Oris cavitatem extruditur.

Salivæ conſiſtentia.

Figura.

Situs ac Motus.

VII. Ab

VII. Ab hâc *Formâ* dein fluunt diverſæ *Qualitates* & *Accidentia* in Salivâ naturali obſervabilia, quæ inter primùm occurrit *Color limpidus*, oriundus à plurimis particulis aqueis, aliisve ita inter ſe ſitis, ut radii luminoſi eo modo, quo in Aquâ communi, nimirum cum refractione quâdam reſiliant. *Pelluciditas* hinc Salivæ ineſt, præprimis ſi aliquandiu ſtetit, non niſi à radiis luminoſis, lineâ utcunque rectâ transfluentibus originem ducens. *Sapor* verò in eâdem deprehenditur inſipidus, quem à quantitate particularum flexibilium & aquoſarum, Salivæ ſubſtantiam componentium, non ineptè derivant. *Fluiditatem* denique obtinet, quam non niſi inteſtinus particularum motus conciliat.

Qualitates & Accidentia.

Color.

Perſpicuitas.

Sapor.

Fluiditas.

VIII. Inter *Cauſas efficientes*, quæ Salivæ humorem producunt, duæ nobis examinandæ veniunt, *principalis* una, ac *minus principalis* ſive *inſtrumentalis* altera. *Principalem* credimus eſſe, quæ Salivam in arterioſo ſanguine jam præparatam in peculiaribus organis ſecernit, ac per certos porulos in canaliculos excretorios ſalivales extrudit. *Circulationem* hanc vocant *ſanguinis*, in quâ contingens perpetua guttularum ſanguinearum, ſe invicem inſequentium, preſſio maximum heîc momentum habet ad Salivæ ſuccum producendum;

Cauſa efficiens principalis.

utpote in quâ preſſione aliter fieri non poteſt, quin particulæ quædam in poros, appendicibus arteriolarum à Naturâ appoſitos & hiantes tranſudent, vel potiùs extrudantur. *Principali* huic cauſæ jungimus & *adjuvantem*, nimirùm Spirituum animalium in tubulos ſalivales influxum, horumque fibrillas in debitâ quâdam firmitudine ſive tono naturali continentem: hic enim firmior tonus fibrillarum id omninò facit, ut effluxus Salivæ ſit moderatus, naturæque conveniens. Hinc laxitate nervis, fibriſque alterutrius lateris inductâ, quod in Paralyſi Apoplexiam ſequente contingere ſolet, longè copioſius, imò continuum Salivæ profluvium obſervatur.

Adjuvans.

Inſtrumentalis.

IX. *Cauſa inſtrumentalis* Salivæ ſunt Organa peculiaria corporis, ſeu Inſtrumenta, quorum miniſterio hujus Humoris ſecretio perficitur. Organa illa dicuntur *Glandulæ ſalivales*, quarum plures diverſis temporibus ab accuratis Anatomicis repertæ & detectæ fuerunt. Præcipuæ autem, & quæ hactenus in lucem prodierunt, duæ ſunt illæ inſignes *conglomeratæ*, *Parotides* ab Inventore *STENONE* dictæ, utrinque retrò Aures ſub muſculis maſſeteribus & crotaphitis ſitæ, quarum utraque Salivam intra ſe ſecretam, per unicum ductum, propè dentes inciſores ſuperioris maxillæ, in Oris cavitatem effundit.

Glandulæ ſalivales.

Parotides Stenonianæ.

Ha-

Has Parotides excipiunt aliæ Glandulæ, *Maxillares inferiores* aut *poſteriores* dictæ, atque inter carnes muſculi digaſtrici ſitæ, quarum utraque peculiarem ductum excretorium, à Clariſſimo *WARTHONO* primitùs monſtratum emittit, eumque communem, ceu è plurimis ramulis in unum truncum coëuntibus conſtantem. Ex iſtorum ramulorum numero repertus eſt unus, qui muſculum digaſtricum amplectitur, antequam trunco communi jungatur. Ductus hi tandem ſub linguâ in Oris cavitatem ſuam lympham effundunt, ita quidem, ut non rarò ex iisdem ſub actu oſcitationis fortioris, aut etiam inter loquendum, Saliva exſiliat. Porrò *Glandulæ* quædam *anteriores ſublinguales* fuerunt animadverſæ, è quibus tubuli ſalivales emiſſi, immediatè ſuprà ductus Warthonianos decurrunt, (his enim cautè ſeparatis illi ſtatim in conſpectum prodeunt) donec unâ cum iisdem ſub Linguâ per communes papillas in Oris cavitatem hient. Differentia tamen iſtorum ductuum ſalivalium oſtiola Sectiones anatomicæ prodiderunt; quòd ſi enim per tubulum quendam, oſtiolis ductuum Warthonianorum inſertum, flatum immittas, tum penetrabit hic uſque ad Glandulas ſublinguales majores & poſteriores; ſi verò tubulum inſeras reliquis oſtiolis ad latera ſitis, inflabis ſic ductus alteros, è glan-

Maxillares inferiores aut poſteriores.

Ductus Warthonianus.

Gland. anteriores, ſublinguales.

Ductus Riviniano Bartholiniani. dulis anterioribus & ſublingualibus prodeuntes. De inventione poſteriorum horum ductuum certantes inter ſe audivimus Viros hujus ævi præcellentiſſimos CASP. *BARTHOLINUM Filium, Haffnienſem*, & *AUG. QUIRINUM RIVINUM, Lipſienſem, Profeſſores Medicinæ Celeberrimos*, quorum utrique ſi honorem inventionis tribuerimus, in neutrum fortè injurii videbimur, haud impoſſibile credentes, eodem tempore, diverſis in locis, plures eandem rem primùm reperire & obſervare poſſe. Præter hactenus deſcriptas Glandulas earumque varios ductus, *Tunica oris glanduloſa.* ſimul notabilis eſt *Tunica*, intus Os & Buccas ſucci gentis, ſtructura prorſus glanduloſa, quæque adeo per plurimos canaliculos excretorios non *mucoſum* tantùm, lubricandisque partibus deſtinatum *ſuccum*, ſed bonam quoque *ſalivalis Lymphæ* partem in Os emittit. Alios in Brutis magis, quàm Hominibus occurrentes Ductus ſalivales ſtudio præterimus.

Modus generationis Salivæ. X. Neque tamen ſufficit, *Cauſam* nôſſe *efficientem*, quæ Salivam ex humorali maſſâ producat, quin ad perfectam rei cognitionem opus adhuc eſt, *modum* ſimul indagare, quo ejusdem productio contingat. *Modus* autem diverſus à diverſæ ætatis Medicis ſubinde fuit propoſitus, prout nunc his, nunc illis quique principiis inhærebant.

Pro-

Prolixiùs ſingulorum opiniones recenſere ac refutare animus non eſt, ſed in tranſitu ſolùm hoc dicimus, ſaniora Modernorum philoſophemata, quoad ſtructuram Machinæ Corporis humani hydraulico-pneumaticam, nec non loci convenientis, fermenti debiti, atque cavitatum neceſſariarum defectum, id nobis firmiter perſuadere, Salivæ generationem, neque per *attractricem* aut *expultricem*, ſimilemve *Facultatem* quandam, neque per *Coctionem* aut *Fermentationem* qualemcunque contingere.

Non per coctionem, aut fermentationem.

XI. Verùm ad demonſtrandam veram Humoris iſtius elaborationem, præſuppoſimus ſequentia: 1. Corpuſcula Salivæ liquorem componentia in ſanguine arterioſo jam præparata exiſtere, dum ad Glandulas ſalivales appellunt, neque ibidem ulteriore mutatione indigere. 2. In Glandulis hiſce talem exiſtere minimarum arteriolarum ſtructuram, ut in extremitatibus ſuis, vel ſi mavis appendicibus, quibus cum extremis venulis coëunt, plures laterales ac pervios obtineant poros ſive foraminula. 3. Iſtis poris aut foraminulis lateralibus undiquaque appenſos à naturâ eſſe *canaliculos* ſive *tubulos excretorios* dictos, qui tandem in unum *communem ductum* coëant. 4. Foraminula illa certam amplitudinem atque conformationem obtinuiſſe, ut præciſè

Præſuppoſita ad indagandam elaborationem Salivæ.

corpuſculis ſalivalibus, & non aliis tranſitum concederent.

Generatio Salivæ fit per modum transcolationis.

XII. Hiſce ſic præſuppoſitis, ſtatuimus & aſſerimus firmiter, Salivæ productionem non eſſe quid aliud, quàm ſecretionem corpuſculorum Salivam conſtituentium ex ſanguine arteriolarum, ad Glandulas ſalivales diſperſarum, hancque ſecretionem per modum ſimplicis *Transcolationis* fieri. Transcolatio autem contingit, dum in motu ſanguinis per arterias gutta guttam trudit, tandemque ubi ad minimos canaliculos pervenit, inibi è preſſo ſic, tum à vaſculorum anguſtiâ, tum à guttulis novis jugiter inſequentibus, latice ſanguineo particulæ ſalivales per ſuprà dicta foraminula patentia exprimuntur, reliquâ interim portione ſanguinis, haud interrupto motu, in venularum appendices profluente, ſicque paulatim ad Cor revertente.

Salivæ Finis & Uſus.

XIII. Quantùm ad Salivæ *Finem* ſive *Uſum*, multiplex ille eſt, minimeque contemnendus. Diſtingui autem ſolet in *internum*, quem Corpori humano viventi præſtat, & *externum*, quem etiam extra Corpus obtinet. *Internus* Uſus *primarius* unus eſt, *ſecundarius* alter. *Primarium internum* Uſum Salivæ credimus eſſe, non ſolùm ut inter maſticandum Cibi poris ſeſe inſinuet,

internus, primarius.

ſinuet, ſed & in Ventriculo fermenti aut *menſtrui* quaſi *univerſalis* rationem induat, & potiſſimam *liquoris gaſtrici* partem conficiendo, Ciborum aſſumptorum liquefactionem, diſſolutionem, atque in Chylum mutationem producat, quæ actio aliàs *Chylificatio* appellatur, ac ſequentem ferè in modum contingit: nimirum particulæ Salivæ ſalſo-volatiles, à calore externo in motum continuum ſuſcitatæ, inſinuant ſeſe in poros Ciborum, inibique particulas ſalinas primùm, dein & reliquas omnes invadunt, ſolvunt, liquefaciunt ac diluunt; cùm verò in hac actione pori Ciborum plures occluduntur, Aër iisdem incluſus atque exagitatus vi ſuâ elaſticâ, non ſecus atque particulæ mundi ſubtiliſſimæ partes ciborum à ſe invicem ſeparant, repagula omnia & vincula disjiciunt, tandemque particulas ſingulas in motum quendam abripiunt, ac ita è cibis, antea ſolidis exiſtentibus, maſſam quandam pultaceam cremori ptiſanæ haud abſimilem conficiunt.

XIV. *Secundarius* Salivæ Uſus *internus* eſt, partes oris fauciumque, lubricas & nonnihil laxas reddere, quò ſic à particulis Ciborum tranſeuntium nullatenus lædantur; dein & Salia è cibis maſticatis eliciendo ſapores, à linguæ papillis variè titillatis dignoſcendos præbere; ac tandem ſuâ aquoſitate & *Secundarius.*

humiditate fauces linguæque radicem debitè irrigando Sitim præternaturalem avertere.

Salivæ Uſus externus.

XV. *Uſus* Salivæ *externus*, quem extra Corpus humanum præſtat, varius quoque exiſtit, & jam ante plura ſecula ex parte cognitus. Quippe *LEVINUS LEMNIUS Libr. 2. de Occ. Nat. Mirac. c. 44.* & *MIZALDUS Cent. 3. Memor. §. 7.* è *Galeno* docent: Salivam Hominis jejuni, confricatione & illitu *Lichenas*, *Mentagram*, *Impetiginem*, *Varos*, *Serpiginem*, & omnis generis *Puſtulas* tollere. *JOH. CRATO*, in *Conſiliis à Scholzio* collectis in *Eryſipelate phlegmonode* Radices Borraginis jejuno ſtomacho maſticatas Puſtulis imponendas ſuadet. *PETRUS BAYRUS Lib. 3. de Oculor. Affect. c. 3.* Gummi ammoniaco à Matre vel Nutrice jejunâ maſticato, & in oculum Pueri *Albugine* laborantis immiſſo morbum curat. Nonnulli Diagridium Salivâ probant, quòd ſi enim illud Salivæ miſceatur & lacteſcat, juſtum proclamant, ſin minùs, falſum. Salivâ quoque vivum Argentum figitur, hocque ſic extincto pluribus in caſibus Medici utuntur, ita enim *HILDANUS Cent. 3. Obſ. 38.* elegans deſcribit *Emplaſtrum* ad *ſcirrhoſos Tumores* emolliendos, reſolvendos & diſcutiendos, cum *Mercurio*, *Salivâ humanâ mortificato*, paratum. *Pedum Clavi*, inquit

AN-

Anton. Nuck de ductu Salivali novo, pag. 50. matutinis horis, ſi per aliquot dies Salivâ imbuantur, adeo hos emolliri experientiâ conſtat, ut facilè tollantur. Manuum Verrucas ſimili methodo auferri ſæpiùs viſum. Imò Saliva propria manè parti affectæ infricatâ, munit contra Arthritidis novos inſultus. Morſibus inſuper venenatis Serpentum, Canum rabidorum &c. medetur. Ganglia ſeu Nodos in carpo exiſtentes frequenti adrictione curat. Imò & *Oculos vulneratos* felici eventu hâc curatos fuiſſe, teſtantur *Miſcellanea Medico-Curioſa, Ann. 3. Obſerv. 92. Dec. 1.*

PARS II.

De SALIVÆ HUMANÆ STATU MORBOSO.

SECTIO I.

De VITIIS SALIVÆ IN QUANTITATE.

CAPUT I.

De Salivæ Profluvio benigno.

Morboſum ſive *præternaturalem Salivæ humanæ Statum* illum appello, in quo *Morboſæ Salivæ definitio.*

quo humor iſte lymphaticus variis modis à naturali texturâ & craſi declinat, hincque corporis humori œconomiam labefactando varias lædit actiones. Cùm autem Vitia Salivæ hactenus deprehenſa ſint partim in *Quantitate*; partim in *Qualitate*; partim in *Quantitate & Qualitate ſimul*, eapropter tribus Partibus totam hanc Tractationem commodiſſimè explanari poſſe credidimus.

Differentiæ.

Vitium Salivæ in Quantitate.

II. *Vitium* ergo *Salivæ morboſæ in Quantitate* dicimus, quando eadem vel nimiâ ſecernitur copiâ, ſine tamen vitiosâ qualitate admodum notabili; vel, quando planè deficit; vel tandem, ubi parcâ nimis quantitate, quàm naturaliter fieri deberet, ſecernitur.

Ptyaliſmus.

III. Quando *Saliva* majore longè, quàm par eſt, copiâ in Oris cavitatem è ſuis Ductibus ſecernitur, *Fluxus ſalivalis* ſive *Ptyaliſmus* appellari ſolet, qui, ſi citra qualitatem aliquam vitioſam aut malignam in Os profluit, *benignus*; ſin verò acrimoniâ aliquâ, vel aliâ quâcunque malignâ polleat qualitate, *malignus* dici poteſt. Quos inter duos fluxus inſigne, ſymptomatum ratione, intercedit diſcrimen, ut unicuique benè attendenti confeſtim apparebit. Etenim Fluxus *benignus* eſt copioſa Salivæ in Os ſecretio, cum Balbutie aliquali, & arti-

Benignus.

culatè

culatè loquendi difficultate, atque Appetitûs frequenti imminutione, ſine tamen partium Oris exulceratione, aut aliis pejoribus gravioribusve accidentibus. Ptyaliſmus autem *malignus*, non ſine Oris ulceribus, aliiſque gravibus ſymptomatibus contingit, prout in poſtremâ Parte id fuſiùs demonſtrabimus. *Malignus.*

IV. *Cauſa* Salivationis ſimplicis & benignæ *proxima*, conſenſu omnium facili, eſt nimia lymphatici humoris in Glandulis ſalivalibus transcolatio & ſecretio, quæ, cùm neque intra ipſas Glandulas, neque in Tubulis ſubſiſtere poteſt, facilè transfluit, atque ſic per tubulos excretorios in Os jugiter ruendo Ptyaliſmum benignum producit. Transfluere autem cogitur à particulis uſque & uſque ſuccedentibus novis, eas, quæ prægreſſæ fuerunt, haud difficulter prementibus. Quòd ſi tamen contingat, Salivam nimis *viſcidam* exiſtere, poteſt tum intra Glandulas, aut etiam extra illas coagulari, ſubſiſtere, ac Tumores producere, quemadmodum in Parte ſecundâ patebit, heîc enim Qualitatem hanc vitioſam non attingimus. *Salivationis benignæ Cauſa proxima. Transcolatio aucta. à Preſſione particularum ſuccedentium.*

V. *Cauſa antecedens*, ſive *mediata propior*, judicio noſtro eſt nimia particularum ſeroſo-aquoſarum in Latice humoroſo copia, ita *Antecedens propior eſt Seri ſalivalis copia in ſanguine.*

ita præciſè diſpoſita, ut confertim per tubulos Glandularum ſalivalium detrudi poſſit. Profluit autem largiùs hic Salivæ fons è ramificationibus Arteriæ Carotidis in prædictas Glandulas diſſeminatis. Non arbitramur, heîc opus eſſe, partim omnes illas enumerare Glandulas, partim etiam ſecretionis modum accuratiùs exponere: quando id ſufficienter in priori Parte à nobis præſtitum eſſe confidimus. Sufficit autem heîc indigitâſſe, illa ſeri corpuſcula ſpecificâ quâdam figurâ, quam alii determinatam aut peculiarem appellare Characterem malunt, prædita eſſe, propter quam adeo facilè & copiosè in Oris cavitatem depluere poſſint. Sed & ſecretiones Lymphæ in aliis partibus prohibitæ, non rarò Salivæ copiam præternaturaliter augent: ſic enim jugulari venâ in alterutro Colli latere à Tumore aliquo preſſâ, ita quidem, ut ſanguis per illam probè transfluere ac circulari nequeat, protinus quantitas Salivæ augebitur, iſteque Humor copioſiùs eo ipſo in latere, quàm in oppoſito promanabit.

Secretiones Lymphæ alibi imminutæ.

VI. Porrò ad *Cauſam antecedentem propiorem* referimus ſalivalium Glandularum ac Ductuum Vitia, quando verb. gr. pori ac tubuli Glandularum prædictarum juſto ampliores redduntur, aut aliàs pecu-

Ductus ſalivales juſtò ampliores.

..iari gaudent diſpoſitione, propter quam (verba ſunt *Celeberrimi* SYLVII DE LE BOIS *Pr. Libr. 1. cap. 51.*) *plus materiæ in Salivam mutandæ affertur dictis Glandulis, quocirca in ipſis debitam moram non nectit Saliva, quin continuò effluens locum faciat modò ſecutura qualicunque Salivæ, utplurimum idcirco magis aquoſæ ac fluidæ.* Illa verò Pororum ac Tubulorum ſalivalium præternaturalis amplitudo, variis iterum è *Cauſis prioribus* ortum trahit, & quidem vel à laxitate fibrillarum in tubulis exiſtentium; vel à connatâ aliquâ diſpoſitione; vel ab eroſione quâdam, aut diſciſſione ac ruptione. Laxitudinem quidem aut Flacciditatem fibrillis pororum ſalivalium circularibus præcipuè inducit, ſive Humoris affluentis copia, ſive denegatus Spirituum animalium in prædictas fibrillas influxus, propter quem illæ tono ſuo, naturaliqué tenſione ita orbantur, ut particulis circulationis ope appelli conſuetis, ampliùs reſiſtere non valeant, ſed eaſdem copioſiùs transmittere cogantur, unde largior Salivæ effluxus inſciis etiam ægris obtingit, qualis in Paralyſi manifeſtè apparet, in quâ Nervi ad alterutrum capitis latus, ejusqué partes atque Muſculos tendentes obſtruuntur. Quòd ſi tamen Paralyſis fuerit imperfecta, atque plures adhuc tubuli nervei manſerint pervii, tum laxitas ſalivæ ductibus non accidit integra,

à Fibrarũ Laxitate, Irritatione, connatâ diſpoſitione, Eroſione, Ruptione.

Laxitudo fibrarum ab Humoris copiâ.

in Paralyſi.

tegra, & inde moderatiùs Humori
Eroſio &c. ab Humore acri. illius quantitas effunditur. Ruptio autem, Eroſio, ac Diſciſſio tubulorum ſalivalium ortum debet nunc Humori cuidam acri, corroſivo, exulceranti; nunc *Vulneribus.* Vulneribus, atque hinc apertis plus juſto tubulorum oſtiolis, ubi Humor neceſſariò largiter effluere debet. Quod autem Spirituum inopia in *Irritatio à Remediis ſalivatoriis.* fibris tubulorum ſalivalium *laxando*, illud earundem fibrillarum irritatio, vellicatio aut titillatio, copioſiùs ſerum *emulgendo* identidem producit. Atque ſic *Remedia* omnia *apophlegmatizantia*, ſub formâ vel *Fumi* ex *Tabaco*, aliisve *herbis*, *foliis*, *ſeminibus*, *aromatibus* ſucti; vel ſub formâ *Pilularum* aut *Trochiſcorum ſublingualium*, quales contagioſis temporibus præſervationis gratiâ in uſum vocari, & lambi ſolent, ad Ptyalismum copioſiorem contribuunt. Ita *Halitibus Stomachi, ac Ciborum ſapidorum.* quoque halitus ex eſuriente Stomacho in Palatum & Os aſſurgentes, pariter fibrillas toties dictas lancinando, abundantiorem Salivæ excitant effluxum; ad quod & inſpiratio particularum, è cibis ſapidis, palato gratis, exhalantium, non parum contribuit. Neque hîc prætereunda eſt Sputatorum conſuetudo, qui vel ex ſolâ ex- *Exſpuendi libido.* ſpuendi libidine, frequentiſſimè Salivam effundunt. Reperiuntur etiam, quibus con- *Pororum certa configuratio.* nata eſt pororum, ſive in Glandulis ſalivalibus, ſive in earundem Tubulis ac Ductibus

bus amplitudo, unde copioſior Lympha facilè transcolatur, & undique in Oris capacitatem eructatur; ob quam cauſam non rarò Balbuties ſive Blæſitas aliqua, & articulatæ Loquelæ difficultas producitur. Quin credimus, hinc omnem articulatè ſermocinandi potentiam vel adimi, ſi adultiores ſint Ægri, vel non concedi, ubi adhuc infantes & pueri exiſtant; quando ſub perpetuâ illâ Oris ac Palati irrigatione, ſimul Linguæ ac Faucium muſculi, horumque nervuli nimis molles, flaccidi & laxi, hincque debiliores redduntur. Tandem Serum copioſum in Maſſâ humorali abundans, ſicubi eam fuerit nactum texturam, ut faciliùs per Glandulas ſalivales, quàm per alias quasvis transcolari queat, amplitudinem quoque Pororum & Ductuum efficere debet, quatenus guttæ illæ ſeroſæ ac lymphaticæ, à continuè ſuccedentibus aliis, in ſuæ ſecretionis negotio jugiter protruſæ, portas magis pandunt, viasque conſuetas plus diſtendunt. *Seri ſanguinei peculiaris textura.*

VII. *Cauſa antecedens*, ſeu *mediata remotior*, eſt Chylus ſalſo-aquoſus, è primis viis, in quibus ſulphureo-balſamicæ particulæ haud probè ſunt evolutæ, in ſanguinem delatus. Huic autem Chylo vitioſo anſam præbet Digeſtio Ventriculi imminuta, vel depravata, ſive ob Liquorem gaſtricum, *Cauſa antecedens remotior.*

ſive ob Bilem aut Succum pancreaticum justo aquoſiores.

Cauſæ procatarcticæ. VIII. Quòd ſi porrò examinemus ſex illas *Res non-naturales*, *procatarcticarum Cauſarum* nomine venientes, varia ſimul in illis deprehendimus quantitatem Salivæ augentia. Et quidem primò *Aër* frigidus humidus, tam inſpirando, quàm maximè tranſpirationem Corporis impediendo ſeroſo-aquoſam ſanguinis portionem ita adauget, ut hinc vel per Urinam, vel per Alvum, vel etiam non rarò per Salivam largiùs è corpore evacuetur. Dein etiam *Cibi* admodum ſucculenti & aquoſi, non ſecus atque *Potus* majori frequenter copia aſſumptus ſalivale in maſſâ humorali Serum augere valent. Quod uſque adeo verum, ut ſæpiùs reperiantur Ægroti, quorum Saliva eodem interdum ſapore prædita eſt, ac ordinarius, quem bibunt, potus. *Somnus* & *Quies* debitos excedentes limites ſecretiones Glandularum, atque adeo maſſæ ſanguineæ depurationes hebetando ac impediendo Serum quoque, ceu Salivæ omnis fontem ac ſcaturiginem accumulare poſſe, apud plurimos in confeſſo eſt: ſi enim Urinæ parciùs profluentes, Tranſpiratio inſenſibilis inſufficiens, aut Excretio Alvi, aliarumque partium ſegnior, effectum prædictum inducunt. Tandem & *Anim*

Pathe

Pathemata, ac inter ea præprimis Triſtitia frequens & diuturna, coctiones atque ſecretiones labefactando, ſpecificè videtur Salivæ materiam adaugere. Hinc enim Melancholici plerumque ſputatores exiſtunt. Sed & *Ira* quandoque ipſa ſimul Salivæ acrioris etiam factæ quantitatem extrudit.

IX. Symptomata à nimio Salivæ proventu originem ducentia, ſi deinceps conſideremus, potiſſimum inter ea occurrit *Balbuties* ſive *Blæſitas*, aut *Loquelæ* ſaltem *difficultas*, cujus cauſa, ſi inveſtigetur, non aliunde derivari poterit, niſi à Muſculorum Linguæ atque Palati flacciditate, quam continuus Salivæ copioſioris affluxus humectando inducit. Conſpicuum hoc eſt maximè in illis Infantibus, quorum Os multo ſemper humore madet: qui quæ ſic literas vel admodum tardè, vel minùs rectè & concinnè, vel etiam planè non, vel ſaltem non omnes articulatè & perfectè enunciare addiſcent. Et ſi vel maximè didicerunt, diu tamen articulatè ſatis eloqui neſciunt, ut adeo vitium illud uberioris Salivæ proventûs, vel *nativum* ſit, uti in Pueris; vel *adventitium*, à morboſâ quadam conſtitutione ortum. Undecunque autem contracta *Balbuties* ſ. *Blæſitas* non adeo facilè tollitur, licèt habeantur exempla eorum, qui vel ætate increſcente, vel etiam remediis debitis

Symptomata Salivationem benignam comitantia, Balbuties ac Blæſitas.

Loquelam recuperârunt, prout de *Maximiliano*, *Friderici III. Romanorum Imperatoris Filio*, Hiſtoriographi tradunt, eum videlicet, etſi ad nonum uſque ætatis annum perfectæ ac debitæ caruiſſet uſu Loquelæ, evaſiſſe tamen in Virum diſertiſſimum. Planè ſicut à Comitiali Affectu, ita à vitiis Loquelæ Juvenes, mutatione potiſſimùm Ætatis, Regionum & Victûs liberantur, prout HIPPOCRATES *Medicorum Patriarcha* habet, *Sect.* 2. *Aphorism.* 45. Sic etiam *Demoſthenes*, cùm præ Balbutie primam Rhetoricæ, quam profitebatur, literam non poſſet effari, adeoque Athenienſibus ludibrio eſſet, ſeſe exercitando, calculosque ubi privatim verba faciebat, linguâ movendo, ad tantam poſtmodum ὀρθοέπειαν devenit, ut nemo deinceps ipſo planiùs loqueretur. Sic tandem & *Batto* Regi cuidam, qui Cyrenas in Africâ condidiſſe narratur, de Linguæ ſuæ titubantiâ Oraculum Delphicum conſulenti Pythia imperavit, ut in Lybiam, regionem calidam & ſiccam, commigraret, teſte *Herodoto*. Præter Loquelæ difficultatem, Salivæ exuperantia ſæpiùs quoque nimiâ ſuâ aquoſitate Liquorem gaſtricum debilem aut inertem reddit, ſicque Chylificationis opus impediendo, imminuendo ac debilitando ad Cruditatum aquoſo-pituitoſarum collectionem anſam præbet haud parvam; vel etiam tonum

Cruditates pituitoſæ.

Ven-

Ventriculi nimis laxando, eum excitat affectum, quem Veteres *Intemperiem* nuncupavêre *frigidam*, quâ occaſione Chylus vel pituitoſius, aut ſeroſo-aquoſius magis redditus, cachecticos atque hydropicos ſenſim reddit Homines.

Cachexia.
Hydrops.

Quòd ſi verò eadem Saliva copioſior ſimul particulis gaudeat pluſculis acido-volatilibus, tum Appetitum potiùs augere & fibrillas Oeſophagi ac Ventriculi nerveas continuè rodendo atque vellicando, *Voracitatem* ſeu Βουλιμίαν, vel *Caninam Appetentiam*, Græc. Κυνορεξίαν dictam, producit.

Bulimia,
Appetentia canina.

Tandem ſi Saliva ita copiosè in ventriculum deglutiatur, & aliquandiu ibi moras nectat, *Animi* non rarò *deliquia*, & *Cordis imbecillitates* excitare valet, quando nim. Phlegmatis alicujus (quod German. das Hertzwaſſer) admodùm ingrati per gulam eructatione, & particulis quibusdam acriuſculis fibrillas moleſtare nerveas ita ſolet, ut inde Spiritus animales in turbatum vel irregularem quendam motum adacti impediantur, quò minùs ad Cordis muſculum ſufficienti quantitate depluere poſſint.

Animi deliquium.

Verùm & ex ipsâ hac Phlegmatis accumulatione in Stomacho, hincque enatâ fibrarum gaſtricarum conſtrictione *Nauſeam* aut *Vomitum* ſimul oboriri haud rarum eſt.

Nauſea.
Vomitus.

Ex quibus omnibus jam ſatis conſtare arbitramur, quænam ex Salivæ benignioris abundantiâ vel exſpectari bona, vel metui mala de-

debeant, ut ſupervacaneum ſit prorſus, ulteriorem hiſce jam dictis adjicere *Prognoſin*.

Curatio Salivationis benignæ.

X. In *Curatione* autem hujus *Ptyaliſmi benignioris*, duabus maximè Indicationibus ſatisfaciendum eſſe opinamur: 1. Nimiam Seri quantitatem eſſe imminuendam. 2. Craſin atque mixturam Humorum ita eſſe mutandam, ut poſtliminiò particulæ ſeroſæ minori copiâ in Oris cavitatem depluant. Priori quidem Indicationi commodè ſatisfit tam per *purgantia*, quàm per *diuretica*, aut *diaphoretica*, ex fonte pharmaceutico petenda, quibus dein ex fonte chirurgico quædam pro lubitu jungi poſſunt.

Per Purgantia.

Purgantium ratione, quæ primò omnium veniunt uſurpanda, inſervire poſſunt, vel *Pilulæ* ex *Maſſâ pilular. aurear. Cochiar. Extracto Catholic. Panchymagog. Croll.* item ex *Scamonio ſulphurat. Magiſter. Jalapp. Succ. Ireos noſtrat.* parari ſolitæ; vel *Pulveres* ex *Rad. Mechoacan. Rhabarb. Jalapp. Folior. Sen. Scammon.* & ſimilibus, cum *Cremore Tartari* atque *Oleo* aliquo *deſtillato carminativo* parati; vel *Vina medicata* ex variis Herbis alterantibus atque ſiccantibus cum purgantium admixtione eleganter concinnata. Quòd ſi in Ventriculo notetur Saburra viſcidarum, ac pituitoſarum cruditatum cum aliqua Nauſeâ, & Phlegmatis gaſtrici eructatione, tum audacter *Vomitorium* Ægri viribus proportio-

Vomitoria.

natum

natum præſcribere licet, quale quidem fieri poteſt ex *Aquâ bened. Ruland. Syrup. emetic. Angel. Salæ, Infuſ. Croc. metallor. Tart. emetic. Ludov.* aut *Mynſicht. Gutt. Gamandr. Rad. Aſar. Sulphure aurat. Antim.* & ſimilibus. Poſt purgans ejusmodi è *Diaphoreticorum* ac *Diureticorum* claſſe ea heîc proſunt, quæ ſimul abſorbendi & ſiccandi aliquâ pollent virtute; Itaq; dabuntur vel *Pulveres* ex *Cretâ albâ Col. Unicorn. foſſil. Ocul. Cancr. Corn. Cerv. uſt. Ebor. uſt. Diaphoret. Jovial.* aut *Martial.* imò & *Solar.* ac *Lunar. Bolo Arm. Terr. ſigill. Matr. perlar. præp. Corall. præpar.* & ſimilibus compoſiti; vel ex iisdem pulveribus *Pilulæ* cum Extractis variis, v. gr. *Centaur. minor. Lign. Saſſafr. Guajac. Juniper. &c.* parari & exhiberi poterunt. Quibus adde *Decoctum Lignor. Potum Thée, & granor. Coffé toſtor.* Tandem his nihil efficientibus uſurpare licet *Tincturam antiphthiſicam Garman.* ſubinde *ad gutt. XV.* in vehiculo *Aqu. Plantag.* cum quâ etiam mixturâ interdum os eluere poſſumus; ut & *Tincturam Corall. Martis adſtringent. Eſſent. Cort. Tamar. Eſſent. Lignorum &c. doſi gutt. XV. ad XX.* Externè Os colluetur frequenter *Decocto* aliquo *ſiccante*, v. gr. *Lignorum forti*, item *Glandium, Malicor. Fol. Myrt. Flor. Bauſt.* Vel fruſtum *Vitriol. cærulei Aquæ Plantag.* immergatur, eâque Os ſubinde eluatur. Præterea in Plethoricis ſimul heîc concedi-

Diaphoretica ac Diuretica.

Externa.

mus *Venæſectiones*, *Cucurbitulas cum ſcarificatione*, *Fonticulos*, *Balnea ſulphurea &c.*

Paralyſis Muſculorũ Oris Curatio per remedia pharmaceutica.

XI. Quòd ſi Salivalis fluxus *Paralyſin* alterutrius lateris comitetur, eò unicè annitendum, ut illa peculiaris Nervulorum, ad glandulas & tubulos ſalivales tendentium obſtructio reſeretur, quod certè ante omnia non infeliciter tentari poteſt per evacuans univerſale, & quidem per *Vomitorium* in illis, quorum Ventriculus blennâ ſcatet vitioſâ, & qui aliàs emetica ἀδεῶς φέρουσι: Per *purgantia* autem in reliquis, quorum complexio magis eadem requirit, & ubi Cruditates in Inteſtinis apparent; proin locus hic dabitur vel *Pilulis* ex *Maſſâ Pilul. è Succ. Crat. Extract. Pil. Cochiar.* ſimilibusque, cum *Mercur. dulc.* paratis; vel *Vinis* etiam *medicatis*, compoſitis è *Plantis cephalicis*, *Sale volatili oleoſo-aromatico* gaudentibus, cum *Senâ*, *Rhabarb. Agaric. Hellebor. nigr.* aliisve; poſtmodum per longum ſat tempus in uſum trahenda ſunt ea, quæ viſcoſum qualemcunque mucum, nervulorum orificia infarcientem & obſtruentem, aut etiam latera eorum comprimentem, paulatim incidere, attenuare, volatiliſare, atque diſcutere valent, quem in finem commendamus quidem *Salia volatilia oleoſa* quæcunque, *Tincturam Succini*, *Eſſent. Betonic. Artemiſ. Trifol. fibrin.*

Spiri-

Spiritum Cochleariæ, *Liquorem C.C. ſuccin. Eſſent.* itidem *Meliſſ. Majoran. Lavendul. Zedoar. Cinnamom. Spiritum Urin. Lumbric. terreſtr. Ebor. Corn. Cerv. Naſturt. Viperar. Sanguin. human. Tinctur. Caſtor. cum Spir. Sal. Armon. parat* pluresve haud abſimiles liquores validè penetrantes. Pro vehiculo autem horum remediorum inſerviet vel *Decoct. Plantar. aromaticar.* & *Naſturtinar.* vel etiam *Aquæ* earundem *deſtillatæ*, velut ſunt *Aqu. Trifol. fibrin. Naſturt.* cujuscunque, *Cochlear. Betonic. Meliſſ. Flor. Lilior. Convall. Paralyſ. Tiliæ, Chamædr. Ulmar. Majoran.* & ſimilium; quæ ſi bis ſint deſtillatæ, tanto efficaciores erunt. Hiſce jungi poſſunt etiam alia nervoſum genus roborantia, quemadmodum ſunt *Conditur. Rad. Satyrion. Calam. aromat. Cort. Citr. Nuc. Moſch.* atque *Indicæ, Zingib. &c.* Si hinc è re videbitur eſſe, atque Ægroti conditio ferat, *Purgans Mercuriale*, ex *Pilul. è Succin. Crat.* aut *Extracto Catholic.* aliove, cum *Mercurio dulci* paratum, vel etiam *Vinum* aliquod *medicatum purgans*, è *Radicibus* & *Herbis aperientibus* atque *balſamico-nervinis*, cum *Rhabarb. Agaric. Fol. Senæ*, *Helleb. nigr. &c.* concinnatum præſcribetur. Poſt ejus verò uſum pergetur in exhibitione prædictorum *Aperitivorum volatiliſantium* atque *Nervos confortantium*, uſque dum ſpatio menſis unius aut alterius, vel nullum inde effectum, adeoque morbum deprehendamus

 pror-

prorſus incurabilem, vel meliorem Ægr
ſtatum obſervemus. Ex *Fonte* porrò *Chi-*
Chirurgica. *rurgico* haud diſſuademus *Cucurbitulas cum*
ſcarificatione plures Dorſo, Nuchæ & retrò
Aures applicatas; vel *Veſicatorium*, in Nu-
châ ad latus affectum appoſitum; vel hiſ-
ce nihil proficientibus, *Fonticulum* in late-
ris affecti Brachio, vel etiam in Nuchâ ex-
citatum. Si quis porrò *Balnea* non refor-
midet, aut aliàs facilè tolerare poſſit, eum
ſimul ad *Thermas ſulphureas*, quemadmo-
dum ſunt *Badenſes Helvetiæ*, *Plumbariæ in*
Lotharingiâ, *Wisbadenſes* & *Serpentinæ* vulgò
Schlangen-Bad/ propè *Acidulas Sualbacen-*
ſes in *Cattorum Regione*, ſimilesque alias ab-
Diætetica. legare non veremur. In *Diætâ* denique Æ-
ger abſtinere jubebitur ab *Acidis*, valdè
ſalitis, *fumo induratis*, aliisque *Cibis concoctu*
difficilibus, ut & à *Vino auſtero*, cujus loco
magis bibatur *Decoct. Lignor. &c.* Cavebit
etiam ſibi ab *immoderatis Animi paſſionibus*,
ab *Otio*, *Somno nimiis &c.*

Curatio Ptyalismi ab Irritatione.

XII. Si porrò Malum ab *Irritatione fi-*
brillarum nervearum, ſeſe ad glandulas at-
que tubulos ſalivales extendentium, ſuam
ducat originem, & hæc à *Dentitione difficili*
proveniat, in quâ moleſtè ſemper oſcula
tubulorum ſalivalium fibroſa, ob dolorem
vellicantur, tum nullis aliis opus eſt re-
mediis, quàm quæ Dentitionem faciliorem,

minus-

minusque dolorificam reddere valent; hoc enim impetrato ſcopo, per ſe jam nimius Salivæ effluxus ſiſtetur. Quando autem à *frequenti maſticatione* quarumcunque rerum, inprimis autem *Herbæ Nicotianæ*, aut ab ejusdem *fumigatione nimiâ*, aut denique ab aliâ re exteriùs illapsâ ortum trahere obſervatur, tum illicò talium rerum uſus vel planè eſt prohibendus, vel moderatus ſaltem concedendus. Nonnunquam *Aphthæ*, aliæque *Oris exulcerationes* aut *protuberantiæ* oſcula irritare ſalivalia valent, & tunc ſuo modo hiſce affectibus, ceu Cauſis nimii atque extraordinarii Salivæ profluvii mederi oportet, ut ſic deinceps ipſe Ptyalismus ceſſet. Huc etiam referenda eſt *Odontalgia*, *Maxillæq;* alterutrius *Tumor*, à lymphâ ſalſiore ſtagnante derivandus, qui pariter vellicationem & irritationem inſtituendo, plus Salivæ ſubinde & muci palatini, quàm naturaliter exſcreari ſolet, elicit; ubi etiam debitis remediis affectus primarius & præcedens eſt profligandus.

XIII. Quando autem à *Dilaceratione* & *Eroſione* tubulorum plus affluit Salivæ quàm par eſt, tum conducit *Gargariſma* aliquod *exſiccans*, ac *leviter adſtringens*, quo os frequenter calidiuſculè eluendum eſt; parabitur illud ex *Decoct. Rad. Biſtort. Chin. Tormentill. Conſolid. maj. Herb.* aut *Folior. Brunell.* *A Dilaceratione & Eroſione.*

Auri-

Auricul. Muris. Adianth. Myrt. Prunor. ſylveſt. *Flor. Balauſt. Cortic. Granat. Gallor.* & ſimilium cum *Vino rubicundo*. Sunt nonnulli qui ſolum *Vitriolum cœruleum Aquæ* vel *ſimpl.* vel *Plantag. Scabioſ. Piloſell. Burſ. Paſtor. &* vel etiam *Vino* rubello injiciunt, donec ſub adſtringens Liquor evadat, quo cum dei Os colluunt. Placet verò aliis magis *Tinct. Lacc. Florent.* item *Antiphthis. Garm.* aut etiam *Eſſent. Catechu*, quâ cum *Aq. traumaticâ* quadam per mixtâ, Os ſubinde eluunt; quibus alii quoque haud ſine ratione miſcent *Mel roſaceum. Roob Juniper. Eſſent. Myrrh.* aliaque *mundificantia* & *conſolidantia*. Quàm difficulter autem eroſa in talibus Ulceribus Vaſcula ſalivalia ſanentur, quamque ſubinde in Fiſtulas degenerare ſoleant, vel ex ſequentibus aliquot Hiſtoriis & Obſervationibus Celeberrimorum Practicorum liquere poteſt, quarum primam adducit *Clariſſ. MUYS Chirurgiæ Ration. Decad. 6. Obſerv. 6.* his verbis: *Puellæ viginti circiter annorum Abſceſſus ſpontè ruptus eſt in eâ Colli parte, ubi Tonſillæ, quando ſolito magis intumuêre, hâc aut illâ de cauſâ digitis palpari poſſunt. Abſceſſus idoneis Medicamentis intra menſis ſpatium ſanatus eſt, ſed profundum & exiguum valdè foramen remanſit, quod nullum pus emittebat, ſed multum humoris limpidi, præcipuè quidem tum temporis, cùm Ægrota edebat, nam tunc totus humoris prædicti radius prorumpebat ex Ulcere.* Multa à me, e

*ab aliis præſcripta ſunt, ſed ſine fructu; Pus nem-
pe hujus Abſceſſus Ductum aliquem ſalivalem cor-
roſit, atque ita permanſit Fiſtula immedicabilis.*
Simile quoque *Celebris* ille *Chirurg & Med.
Doctor* CORNELIUS SOLINGEN, *Manualium
Operationum Part. IV. cap. ult.* exemplum *Duc-
tûs ſalivalis vulnerati affert, quem ingens ſibi
negotium creâſſe liberè confitetur. Quòd ſi jam
Ductus ſalivalis recenter vulneratus, tam diffi-
culter coaleſcat, multò difficiliùs adhuc ſa-
nabitur, ab acri acido pure corroſus.* Alteram
Hiſtoriam invenimus in *Expertiſſ.* ANTON.
NUCK *Tractat. de Ductibus ſalival. pag.* 79.
Obiit, inquit, *non ita pridem in hâc Civitate
Vir quidam honeſtus, cui, dum viveret, poſt va-
rios, quos patiebatur, Malarum, Dentium &
Gingivarum dolores, exiguum externè in Molâ
apparebat tuberculum, & quidem præcisè eo loci,
ubi internè Ductus ſalivalis ſuperior in Os hiat,
quo aperto, materia purulenta Sanguine & Aquâ
permixta prodiit. Chirurgus hinc in ſubſidium
vocatus, licèt variis medicamentis Malum hoc,
quod exiguum primò credebat, perſanare tentâſ-
ſet, in Fiſtulam tamen ulceroſam transire vidit,
curamq; , ut vocant, palliativam inſtituit, in quâ
subinde ad cicatricem videbatur perductum Ulcus,
ſed remanens hic exiguum licèt tuberculum,
quandoque per aliquot dies aut hebdomadas clau-
ſum, poſtea tamen ſemper de novo aperiebatur,
apertumq; aquam tantillo ſanguine perfuſam
promebat, quod ſignum omninò fuit oſculi*

Ductûs

Ductûs ſalivalis quandoque clauſi, quandoque iterum rupti & aperti.

Ab Ulcere & Vulnere. XIV. Quòd ſi ab accepto *Vulnere*, vel ab *Ulcere rodente* Ductus quidam ſalivalis fuerit planè diſciſſus, tum nullis *adſtringentibus* aliisque *balſamicis remediis*, & *conſolidantibus* profluvium Salivæ ſiſti poteſt, ſed vel *Cauterio actuali* Ductus exurendus, vel *artificiali compreſſione* obliterandus venit. Sic DIEMERBROECK *Anatom. Lib 3. cap. 24.* Hiſtoriam adducit ſanati per Cauterium Salivæ ductûs; Etenim, *Nobilis*, inquit, *quidam Noviomagenſis ictu Poculi vitrei, in mediâ Malâ ſeu Buccâ lædebatur, ubi quidem vulnus à Chirurgo ferè conſolidatum fuit, ſed tamen in medio per foramen exiguum longo tempore aquoſus ac limpidus humor ſenſim exſtillavit, (hic ex dicto ſalivali Ductu, tunc temporis adhuc ignoto, profluebat) qui, non obſtante Chirurgi ſummâ diligentiâ, ferè per biennium foraminis conſolidationem impedivit, quod meo conſilio tandem, liquore iſto per Cauterii actualis impoſitionem cohibito, perſanatum eſt.* *Similem ferè Caſum Aquapendens à ſe obſervatum deſcribit, & nos quoque adhuc alium ſimilem ante aliquot annos vidimus in quodam Cauponâ Ultrajectino.* Quandoque tamen *Ferrum ignitum* effectum minùs optatum præſtat, licèt enim vulnerati Ductûs oſculum obſeretur, ſi tamen idem ſic in extremitate clauſus, verſus ſuum exortum

ortum pervius & apertus maneat, fieri po-
eſt, ut hinc à Salivâ, continuè per ſuam
glandulam ſecretâ, in ſuo tractu ad ci-
atricem uſque in extremitate factam ex-
pandatur, & ſacculum quendam efformet,
qui, cùm poſtea ſeſe ampliùs extendere ne-
uit, rumpitur tandem, & cumulatum in-
tra ſe humorem, Os verſus, internè aut
xternè evomit, & ſic Fiſtulæ tantùm non
nſanabilis cauſa evadit: quale quid in ex-
mplo ſuperiùs allegato contigiſſe patet.
Hinc ergo in tali caſu ſtuduerunt ſagacio-
es ac prudentiores Chirurgi Tubulum ſa-
valem laceratum, quocunque convenien-
poſſibilique modo, ſuum verſus exortum
omprimere, & compreſſione hâc per ali-
uot dies continuatâ ita obliterare, ut poſt-
modum nulla ampliùs Saliva in eundem
emitti poſſet. Sic *Peritus* ille *Chirurgus*
HENRICUS à ROONHUYSEN *Anno*
668. Ægrum Ulcere Malæ, cui ortum
xiguus dederat Tumor, laborantem tracta-
it, quem, cùm *Chirurgus* alius haud impe-
tus *Amſtelodamenſis Cauterio actuali*, affluxio-
em producente majorem, fruſtrà reſtitue-
conaretur, ipſe tamen hoc modo feli-
ter ſanavit; nimirum *corroborans & exſic-
ns* primò *Cataplaſma* applicuit, cum *Un-
ento de Tutiâ*; *Diætam* ſimul imperavit
ſiccantem; denique *Compreſſionem* inſtituit,
Emplaſtro ſimul *glutinante* ex *Reſinâ Pini*
& Oleo

& Oleo Maſtichino, Ulcus ad cicatricem per-
duxit, in quâ Curâ judicio *Clariſſimi* NUCK
potiſſima remedia fuerunt *Diæta exſiccan-*
& *Compreſſio*, quâ Ductûs ſalivalis ulcerat
latera, renitente maxillæ ſuperioris gingi-
vâ, ita compreſſit, ut omnis Salivæ af-
fluxus eo præcluderetur, & ſic ipſius ducti
latera coaleſcerent. Quod verò *Diætam* i
his affectibus attinet, in eâdem omnia a
ſiccitatem inclinare debent, quò ſic Saliv
rivulus imminuatur; quem in finem *De-*
coctum Lignorum pro potu ordinario aliquan
diu bibendum, & *Cibos* de principio aque
ſo non abundanter participantes, neque a
ſalſedinem & acrimoniam multùm incli-
nantes, commendare inprimis ſolemu
Aër ſit temperatus, plus tamen ſiccus
purus; abſtineat ſimul Æger ab *Animi Paſ-*
ſionibus gravioribus, à *nimiâ Loquelâ &c.* I
ſicubi Maſſa ſanguinea plurimùm ſeroſit
tis in ſeſe obtineat, *purgante* aliquo per a
vum diminui illa & minorari poterit; poſte
Æger pro lubitu quotidie de *Infuſo Folio-*
Thée, *Betonicæ*, atque *Veronicæ* aliquid biba
quo ſic læſi Oris canaliculi tantò feliciù
ad cicatricem perduci queant. Sunt etiam
qui heîc *Corporis Exercitia* non diſſuadent
aut qui *Thermarum* uſum commendent
quemadmodum ſunt *Plumbariæ in Lotharin-*
giâ, aut *Fabarienſes in Rhætiâ*, *Wisbadenſes*
Serpentinæ in Haſſiâ &c. pro *Potu* & *Bal-*
neation

...neatione, *Thermæ* verò *Badenſes Helvetiæ* aliæ-
...ve pro *Balneo ſolo*.

CAPUT II.

De Salivæ Inopiâ & Defectu.

HActenus fuit *Salivæ Vitium in Exceſſu*, proximum nunc eſt, ut ſimul ejus-
...em *Vitium in Defectu* excutiamus, utpote,
...uo Sanitas hominis non minùs labefacta-
...i ſolet; quia frequentiorem hunc Salivæ
...eficientis Affectum credimus eſſe, quàm
...jusdem Exceſſum. *Defectus* autem *Salivæ*
...obis eſt, quando eadem vel prorſus defi-
...it, & nihil omninò in Glandulis ſalivali-
...us ſecernitur; vel quando quantitate ſe-
...regatur inſufficienti. Utroque modo
...ymptomata varia, Corporis œconomiam
...edentia oboriri ſolent.

Vitium Salivæ in Defectu.

II. Quòd ſi hinc in *Partem* inquiramus
...*fectam*, ſtatim deprehendemus, Vitium
...unc in ipſo ſalivali Humore ſecernendo,
...unc in Glandulis aut Tubulis ſecretoriis
...ærere; utrumque verò in ipſarum cauſa-
...um evolutione clariùs patebit.

Pars affecta.

III. *Cauſa proxima* Salivæ, ſive *planè de-*
...*ientis*, ſive *imminutæ*, non eſt alia, quàm

Cauſa proxima.

Secretio ejusdem in ſuis Glandulis, vel penitus inhibita, vel plùs minùs impedita.

Antecedens propior.

IV. *Antecedens* autem *propior Cauſa*, quæ Secretionem modò dictam impedit, aut tollit, nunc eſt Porulorum ac Tubulorum ſalivalium Anguſtia, nunc Exulceratio aut Vulneratio, quâ Salivæ Liquor aliorſum divertit & abſumitur, quemadmodum ejus rei exempla habentur; nunc Obſtructio; nunc Penuria denique particularum ſalivalium in maſſâ ſanguineâ. Tubulorum verò anguſtiam parit compreſſio, maximè à Tumore qualicunque extus vaſculis incumbente ſalivalibus facta: cujus exemplum nobis profert NUCKIUS *Tractatu de Duct. Salival. pag.* 76. & 77. ſequentibus verbis: *Ductus ſalivales à Tumore compreſſos nuperrimè in Puella undecim circiter annorum obſervare licuit; huic à Tumoribus Ductus ſalivalis ſiniſtri lateris tam ſuperior, quàm inferior in tantum comprimebatur, ut tranſituræ Salivæ via præcluderetur, & Ægra Os in totum ferè aridum haberet, adeo, ut Salivæ pauxillum tantùm Ventriculo per deglutionem tradere poſſet.* Quò plures hinc Tubuli comprimuntur, eò magis Salivæ proventus imminuitur. Obſtructionem dein gignit viſcidus, tenax, ſeroſus, ſalino-fixus ac tartareus Humor vel Tubulos opplens, vel Glandulas infarciens, atque in Tumorem plus minùs ſcirrho-

[...]hoſum attollens, vel etiam prima ſaltem [...]ſcula, per quæ Salivæ transcolatio fieri [...]eberet, occludens. Nonnunquam tamen [...] Sanguis ipſe in glandulis ſtagnans ac In[...]ammationem majorem minoremve pa[...]iens, ſimilem inducere valet obſtructionis [...]ffectum. Tandem & calculoſa concretio, [...]uod ex raris eſt contingentibus, in tubu[...] ſalivali obhærens, naturalem Salivæ [...]uantitatem imminuere valet.

V. *Cauſa antecedens remotior* eſt Chylus, [...]uando aut inſufficiens, aut ſalivalibus e[...]ſmodi moleculis non ſatis turgidus, è [...]rimis viis ad laticem transmittitur humo[...]ſum; cùm enim Chylus jugiter appulſus, [...]on ſaltem ſuccum nutritium, ſed & om[...]s humores ſecretitios largiri debeat, con[...]quens eſt, pauciorem Salivam ſecerni de[...]re, quando ſufficiens ſerum, Salivæ pro[...]gnendæ aptum, ſanguini non adportatur. *Antecedens remotior.*

VI. Quòd ſi verò nulla prorſus materia [...] poros transeundi ſalivales apta, in San[...]uine hæreat, tum Saliva in totum deficit, [...]emadmodum in Febribus id frequentiùs [...]ntingere obſervatur, in quibus ob turba[...]m humorum miſturam vel nulla adſunt, [...] pauciſſima ſaltem ita præcisè configu[...]a corpuſcula, quæ dictos permeare po[...]os valeant, Seroſæ autem Sanguinis par-

ticulæ ad Salivam exhibendam ineptæ exiſtunt, vel quando nimis craſſæ, lentæ, tenaces, aut glutinoſæ ſunt, plurimumqu ſalis fixi, tartarei, plus minùs acidi aut auſteri in ſe continent; vel quando ſimul in inconvenienti & turbatâ mixtione ſunt conſtitutæ. Quibus equidem vitiis utplurimum Chylificatio haud rectè procedens originem veram præbet, ceu id in ſequenti Parte fuſiùs demonſtrabimus.

Cauſæ procatarcticæ. VII. In *Cauſis protacarcticis* ante omni *Aër* calidior & ſiccior, poros cutaneos nimiùm aperiendo, & ſic maſſæ ſanguine ſerum per diaphoreſin auctam, aut Sudore etiam frequentiores eliciendo maſſæ humorali craſſitiem, atque particularum alcalinarum inopiam parit. Qualem ſimilite effectum *Balnea* quoque, aut *Thermæ* calidiùs uſurpatæ, hinc & vehementiora *Corporis Exercitia* cauſari l. excitare valent. Inter *Cibos* huc contribuunt, qui craſſum, lentum, ſalibus fixis, auſtero-acidis turgid uſculum Chylum præbere apti ſunt. Horum in claſſe eminent Carnes ferarum duriores, ſalitæ, ut & fumo induratæ; hin & Piſces ſaliti qualescunque, omnes Paſt farinaceæ, Fungi terreſtres, Caſeus, & qu plura ſimilia reperiuntur. Quibus Vini auſteri, acidi, minùs generoſi, Cereviſiæ ii dem turbidioris aut acidioris haud prol

defc

defœcatæ *Potum* addimus. *Animi Pathemata* ſi ſpectes, ea etiam Salivæ ſecretionem vel illicò minuere potentia ſunt, v. gr. Iræ excandeſcentia ſubitanea, ac vehemens, vel terror quoque inopinatus &c. Porrò *Vigiliæ nimiæ* ſerum Sanguinis quoque abſumunt, non ſecus atq; *Lucubrationes nocturnæ*, in quibus candelarum ardentium halitus fumoſi, cum inſpiratione jugiter hauſti, Linguæ ſiccitatem inducere, vaſculorumque lymphaticorum oſcula nonnihil adſtringendo, proventum Salivæ naturalem minuere valent. Tandem *Excretiones nimiæ*, quemadmodum ſunt Hæmorrhagiæ profuſiores, Dyſenteriæ, largiores Sudores, magna Urinarum profluvia &c. Sanguinis ſerum aliorſum copioſè ducendo, pariter Salivam imminuere poſſunt.

VIII. Quod *Symptomata* à Salivæ defectu progigni ſolita concernit, inter illa primùm *Sitis* occurrit, quam incommoda fibrillarum Palati, Gulæ ac Oeſophagi nervearum irritatio immediatè ſuſcitat; cùm enim eædem propter majorem minoremve Oris ſiccitatem aëri per inſpirationem prætereunti nimis pateant, facilè etiam ab illo in tranſitu vellicari, ac ad Potûs appetitum ſtimulari poſſunt. Ipſa verò Oris ſiccitas unicè Humori ſalivali in Os non debitè ac ſufficienter fluenti adſcribenda venit. Quòd ſi etiam diutiùs hæc protrahatur ſiccitas, & *Symptomata deficientis Salivæ. Sitis.* *Oris Siccitas.*

ſimul ab æſtuante in vaſis Sanguine, aut Spi-
ritibus agitatis calor adſit nimius, protinu
Fiſſuræ Linguæ. ſimul Lingua in *Fiſſuras* plures paucioresv
Raucedo. diſſilire poteſt; quibus dein *Raucedo* atqu
Loquelæ difficultas. *loquendi difficultas* jungitur, quia ad vocem
& loquelam naturaliter producendam, fau-
cium, reliquarumque partium ſermoni d
catarum, non requiritur ariditas aut ſicc
tas cum aliquali ſcabritie, ſed potiùs moll
ac lubricus contextus, ſub quo muſcu
omnes officio fungi ſuo liberè poſſint; ne
que tamen in Ore ſolùm talis Siccitas produ
citur, quin, cum eâdem occaſione non ſu
ficiens Humor ſalivalis per gulam ac oeſo
phagum deglutiatur, ſimul & internæ ali
partes nonnihil torrefieri debebunt, juxt
illud *Lucani* effatum *Lib. 4. Pharſal. ver.*
324. & ſeqq.

- - - Torrentur viſcera flammâ,
Oraq́ ſicca rigent, ſquamoſis aſpera Linguis
Jam marcent Venæ, nulloq́ humore rigatus
Aëris alternos anguſtat pulmo meatus,
Reſciſſoq́ nocent ſuſpiria dura palato,
Pandunt ora ſiti nocturnumq́ Aëra captant.

Guſtus imminutus. Porrò *Guſtus* etiam *imminuitur*, quoniam Sa-
livâ deficiente non ſufficientes particulæ ſa-
lino-ſapidæ è maſticatis cibis evolvi, a
Guſtûs organum ferire poſſunt. Et quo-
niam hucuſque omnium ferè conſenſu Sa-
liva ad Appetitûs & Chylificationis integri-
tatem multum contribuit, protinus eâ im-
minu

minutâ & iſtæ ſimul actiones imminui, aut prorſus tolli debebunt, ſicque *Anorexia*, *Dyſorexia*, *Apepſia*, aut *Dyſpepſia* oboriri. Quòd ſi tandem Viſciditas, aliave Qualitas ad Salivæ defectum concurrat, tum adhuc alia Symptomata produci poſſe, omni dubio caret.

Anorexia. *Dyſorexia.* *Apepſia.* *Dyſpepſia.*

IX. In *Curatione* hujus morboſæ conſtitutionis ad Cauſam, quæ Salivam mediatè vel immediatè imminuit, attendendum venit. Cùm itaque, vel Sanguinis, vel partium Salivæ ſecretioni dicatarum vitio, effectus ille contingat, *Methodus medendi* diverſimodè erit inſtituenda. Vitium in ſanguine hærens, ſi præternaturalis aliqua exiſtat qualitas, curatio ſequenti Diſſertationis parte indicabitur. Quando autem Seri ad Salivam reddendam Inopia adeſt, & quidem ob *Diarrhœam*, *Dyſenteriam*, *Sudorem nimium*, *Hæmorrhagias*, *Fluxus Urinæ*, aut *Seminis nimios &c.* tunc hiſce Affectibus ſuo modo eſt medendum, atque maſſa ſanguinea convenientibus remediis ad conſiſtentiam naturalem reducenda. Ob alias verò cauſas Serum maſſæ humoralis ſalivale deficiens augere poſſunt *Radices aperientes Scorzon. Apii, Siſar. Petroſelin. Liquirit. Rapuncul. Carlin. Rapar. Carotar. Paſtinac.* ut & *Herbæ Semperviv. Agrimon. Lactuc. Portulac. Borragin. Hepatic. nobil. Cichor. Endiv. Betonic. Braſſic.*

Curatio.

Per Serum ſanguineũ augentia. Pharmaceutica.

Malv. & ſimilia, quæ principio pollent aquoſo, utpote cujus particulæ intra corpus aſſumptæ ſuâ flexibilitate, facili penetrabilitate ac mobilitate in Sanguinem illapſæ, ſeroſas ejus particulas multiplicant, ac ſolidiores alias à ſe invicem disgregant. Prædicta autem remedia ex parte ſimul alimentoſa exiſtunt, atque ita ſub ciborum, non ſecus ac medicamentorum formâ in uſum trahi poterunt; neque obſtat, plura in illis ſimul reperiri diuretica, etenim quæ Serum ſanguineum adaugent, æquè Urinæ atque Salivæ quantitatem exhibere valent. Convenientes tamen remediorum formulæ ex prædictis plantis ſunt vel *Decocta* earundem, vel *Juſcula* iisdem alterata, vel *Mixturæ* Aquarum inde deſtillatarum copioſiùs hauſtæ. Quibus adde *Decoctum Mercurii vivi* in *Aquâ fontanâ*. *Potus* verò *Thée* & *granorum Coffé*, ſicut exuperantem Salivæ fluxum moderari, ita eundem deficientem reſtituere, adque debitam, naturæque convenientem quantitatem redigere valent.

Diætetica. In *Diætâ* præferimus *Aërem* humidum, minùs tamen frigidum. Pro *Potu* concedatur Vinum album, tenue, Tincturâ Violarum Roſarumve, aut Aquâ ſimplici vel decocto Hordei pro lubitu dilutum. *Cibi* proſunt ſucculenti, particulis conſtantes plurimùm nutritiis, gelatinoſis & aquoſis, v. gr. Juſcula hordacea, avenacea, Oryza cum Juſculo

culo carnium cocta; Juſcula dein carnium optima, pedum vitulinorum, Gelatinæ, aut ſimilia alia. Carnes itidem concoctu faciles, εὔχυμοι ϗ εὔχυλοι, elixæ magis quàm aſſatæ; Olera tandem hortenſia, pleraque ſuperiùs jam recenſita. *Motus* & *Exercitia corporis* nimia, non ſecus atque *Balnea* fervidiora & *Laconica* fugienda ſunt. *Balnea* autem *Aquæ dulcis* modicè calida haud inutilia arbitramur. In *Somno* & *Vigiliis* moderamen ſemper tenendum. Ab *Animi Pathematibus* gravioribus, præprimis ab Irâ ſibi temperandum, ac Terrores quâcunque ratione ſunt arcendi.

Vitii in Tubulis hærentis Curatio.

X. Si verò Vitium Salivæ paucioris in ipſis Glandulis ac Tubulis ſalivalibus hæreat, & quidem, ubi Obſtructionis veſtigia adſunt, à Sero quodam viſcido poros occludente, citra tamen glandularum tumorem, tum credimus Salivæ proventum conciliari poſſe, intus quidem exhibendo *Purgans* aliquod *mercuriale*, è *Maſſâ Pilularum è Succin. Cratonis. Extract. Catholic. Pilul. Cochiar.* aut *Angelic.* vel ſimili, cum *Mercurio dulci* & *Oleo* aliquo *deſtill.* v. gr. *Anthos*, *Majoran. &c.* concinnatum. Sudor dein unus aut alter proliciatur, propinando hauſtus *Aquar. deſtill.* inſignes *Cichor. nim. Scabioſ. Succiſ. Ulmar. Card. bened.* vel *Mariæ*, *Fumar. Flor. Sambuc. Cherefol.* cum *Roob Sambuc. Ebul.* aut *Junip. Anti-*

monio diaphoret. C. C. *philoſoph præpar. Pulve[r] viperin.* & ſimilibus. Prodeſt & uſus *Tincti[ur]æ Antim.* ſcitè elaboratæ, *antiphthiſic. Ga[r]man. &c. Eſſent.* itidem *Trifol. fibrin. Zedoa[r]. Meliſſ. Abſinth. Centaur. minor. Aperitiv. Mœbi[i]* & id genus; quibus denuò jungimus *In[]fuſ. Fol. Thée, Veron,* aut *Chamædr.* nec no[n] *Decoctum Coffé*, aut *Potum Succolatæ Indoru[m]* cum *Aquâ* vel *Lacte* paratæ. Externè *Ap[o]phlegmatismi* conveniunt ex *Maſtich. Rad. Py[]rethr. Angel. Calam. aromat. Zingib. Cinamo[m] Cubeb. Caryophyllorar. Sale Abſinth.* aliisve, cu[m] *Mucilagine Gummi Tragacanth.* & *Saccharo i[n] Trochiſcos ſublinguales* redactis. Nonnulli ta[]men eum in finem ſimpliciter res mod[o] dictas ore volutare aut maſticare ſolen[t]. Communiſſimum autem auxilium hoc i[n] caſu præſtat *Tabaci*, ſive *Nicotianæ accenſæ fu[]mus* ore ſuctus, in quem tamen fumigan[]di ſcopum facilè ſubſtitui poſſunt ali[æ] plantæ minùs fœtentes, utpote quaru[m] uſtulatarum fumus minore, quàm *Tabacum* cum nauſeâ vellicando Salivam elice[re] valet. Et tales quidem *Herbæ* eſſe poſſunt v. gr. *Salvia, Majoran. Trifol. fibrin. Naſturt. Be[t]tonic. Thée, Veronic. Sanicul. &c.* quibus & *Se[]mina Aniſi, Fœnicul.* vel etiam *Aromata, Ma[]cis, Nucis Indic. Moſchat. Caryophyllor. &c.* ac[ce]dere licet. Dein & *Cataplasmata emollien[]tia* retrò aures & ſub mento aliquotie[s] applicata, obſtructos Salivæ canaliculos re[]

ſera

ſerare, & ita ſuam Ori lympham reſtituere poſſunt.

XI. Quando autem Tubuli ſalivales hinc inde à ſtrumoſis ſive ſcirrhoſis Glandularum Colli aliarumve partium vicinarum Tumoribus comprimuntur, ut parum adeo Salivæ tranſire queat, tum nulla ſupereſt Cura, præterquam Tumorum iſtorum ablatio, quod autem, quâ ratione fieri debeat aut poſſit, hujus non arbitramur eſſe loci prolixiùs ediſſerere. *Compreſſionis Tubulorum ſalivalium Curatio.*

XII. Tandem, ſi diſpoſitio Tubulorum ac Glandularum ſalivalium talis ab ipsâ nativitate ſit, ut pori vel pauciores exiſtant, vel non omnes æquè ampli, ad ſufficientem Salivæ quantitatem transcolandam, Malum reverà immedicabile eſt. Interea tamen externè irritantia & vellicantia in uſum trahere benè licet, & quidem ſub formâ *Apophlegmatizantium*, ſive *Maſticatoriorum*, aut *Fumorum* ore ſugendorum, ſuperiùs jam indigitatorum, quibus ex *Celeberr.* *SYLVII DE LE BOIS Prax. Lib. I. cap.* 51. addimus *Unguentum Martiatum* retrò aures diligenter inungendum, aut *Fotum*, vel *Cataplasma* eodem loco, vel etiam ſub mento applicandum, cum additione *Spiritus Vini* ſimplicis, vel *camphorati*, aliorumve Liquorum ſpirituoſorum. *Diſpoſitio tubulorum ſalivalium vitiata connata.*

SEC-

SECTIO II.
DE
VITIIS SALIVÆ IN QUALITATE.

CAPUT I.
De Salivæ Glutinoſitate.

I. EXpoſitâ Salivæ *Quantitate* peccante proximum eſt, ut jam Vitia ejus dem in *Qualitate* obvenientia ordine dete gamus decenti, atque eorum naturam ſiv proprietatem, originem, & curationem quâ licebit perſpicuitate exponamus. Oc currit autem inter ea primùm *Glutinoſitas* *Craſſities*, *Lentor*, *Viſcoſitas*, *Tenacitas*, ve quocunque alio nomine quis appellare ma lit, quæ nihil aliud eſt, quàm præternatu ralis Salivæ qualitas, quâ eadem non ſo lùm particularum inter ſe lentum ac tar dum obtinet motum, ſed & hamatis plu ribus particulis glutinis inſtar ubique facil obhæreſcit, atque ſic varia Symptomat excitat plus minùs moleſta.

Salivæ Glutinoſitas, Viſcoſitas.

Ejus Cauſa proxima.

II. Hanc verò Salivæ Qualitatem indu cere credimus plurimas crudas atque fixas hamatas & incurvatas particulas, de Sal acid

acido fixo, & depreſſis quibusdam ſulphureis multùm participantes, quæ cum ſeroſo-phlegmaticis moleculis, quantitate minùs ſufficienti ſociatæ, per Glandularum poros à Sanguine præterlabente extruduntur, & majore minoreque copiâ in Oris capacitatem demittuntur. Has enim particulas eſſe opinamur, quæ immediatè dictam Salivæ qualitatem imprimunt, dum figurarum ſuarum inæqualitate, adjacentium particularum lateribus ſeſe ita infigunt, ut ab iisdem poſtea, ceu à totidem hamulis, ſe iterum extricare, ac evolvere haud valeant; atque eam ob rem ſic ſtatim lævitas, rotunditas & flexibilitas particularum naturalis tollitur, in quibus tribus qualitatibus Fluidorum naturam conſiſtere jam olim fidus *Epicuri* Paraphraſtes LUCRETIUS ſcitè admodùm ſuis docuit *Carminibus*, dum inter alia ſic ſcripſit:

Illa autem debent ex lævibus atque rotundis
Eſſe magis, fluido quæ Corpore liquida conſtant.
Nec retinentur enim inter ſe Glomeramina quæque,
Et procurſus item in proclive volubilis extat.

Imminutâ verò ſic flexibilitate Liquoris, motus quoque particularum inteſtinus ipſe hebetatur, & cum lentiore motu ſimul facilis obhæreſcentia oboritur.

III. Quòd

Cauſæ antecedentes. III. Quòd ſi *Cauſas antecedentes* & *mediatas* dein examinemus, extra controverſiam poſitum credimus, iſtas Salivæ particulas heterogeneas alium non agnoſcere fontem, quàm glutinoſum ſanguinis ſerum, Chylumque adeo in primis viis minùs probè elaboratum, & vel ob Liquoris gaſtrici defectum, aut inertiam, vel ob Bilioſi aut Pancreatici ſucci minorem activitatem & volatilitatem, ſemicoctum ac crudiorem relictum. Hiſce turbatam humorum craſin in Febribus, nec non Diarrhæas, Dyſenterias, Diabetem, alioſque morbos, in quibus ſimul viſciditas Salivæ comparere ſolet, addimus.

Procatarcticæ. IV. Inter *Cauſas procatarcticas* & *externas* ad hoc malum confert *Aër fervidus*, *æſtuans*que per diaphoreſin particulas auferens plurimas ſeroſas, atque in corpore craſſiores relinquens. Dein & *Aër frigidus* ventriculi Chylificationem hebetando, aut aliàs quandam in Sanguine turbationem excitando, ad Seri vel Lymphæ craſſitiem ac lentorem producendum non parùm contribuit. Simile quoque præſtare valent *Alimenta crudioris*, aut *acidi viſcoſi ſucci*, de particulis ſalino-acidis fixioribus, atque terreſtribus multum participantia, quemadmodum ſunt *Carnes duriores*, *Piſces marini*, & *aquarum cœnoſarum*, *Cochleæ*, *Oſtreæ*, *Fructus horæi* omnes, inpri-

nprimis *Pyra* atque *Poma*, *Paſtæ farinaceæ* |leræque, *Fungi terreſtres*; *Acetaria*, *Braſſica* |*upitata*, *Rapa ſale condita*, & ſimilia plurima. *ina rubra* & *auſtera*; *pyracea* atque *pomaceá* *Muſta*, Patriæ noſtræ familiaria, à fœcibus aud rectè liberata; *Cereviſiæ* minùs probè æfœcatæ, aut *acidiores* factæ; potus *Aquæ* *lidæ* æſtuante adhuc corpore; *Motus* aut *xercitium Corporis nimium*; *Somnus* prolon-atus aut nimius; Uſus *Thermarum* ac *Bal-eorum* calidorum nimis frequens ac diu-urnus; *Animi Paſſiones* vehementiores, *Tri-itia*, *Terror* atque *Ira*.

V. Quod *Symptomata* attinet Salivæ Glu-noſitatem concomitantia, ea quidem ſunt aria. Etenim *Guſtus* ab eâdem ante omnia el *imminuitur*, vel *depravatur*, quando ni-irum à particulis ejusmodi viſcoſis, ac ræternaturali quâdam figurâ præditis, pa-illæ nerveæ è poris Linguæ protuberan-es, oblinuntur, obducuntur, aut alio quo-unque modo relaxantur, ita quidem, ut ſſumpta qualiacunque genuinum ſuum ſa-orem, ob illud impedimentum interve-iens, Linguæ offerre minimè queant, tan-o id minùs, quòd ſimul ſapida aſſumpto-um Salia à tenaci minusque dilutâ Salivâ aud diſſolvantur ac eliciantur, ad orga-on guſtûs afficiendum. Quando autem um hâc Liquoris dicti viſcoſitate aliqualis

Symptomata glutinoſæ Salivæ.

Guſtus læſus.

ſimul

ſimul ſiccitas, aut ſaltem aſperitas jung-
tur, ita ut papillulæ Palati nerveæ ac fibril
læ Oeſophagi membranaceæ quodammod
vellicentur, *Sitim* oboriri neceſſe eſt. Præ
ter hæc Salivæ tenacitas, glandulas ob
ſtruens ac infarciens ſublinguales, *Tumore*
Inflammatorium vel *Abſceſſum* cum ſuo foll
culo oblongum, & pro ductûs ſalival
excretorii conformatione rotundum, a
linguæ frenulum & venas raninas ſitun
producit, materiam intra ſe, melli aut mu
co ſimilem, comprehendentem, quàm *R-*
nulam aut *Ranam*, Græci Βάτραχον nuncupa
runt. Interdum etiam *Oris Fœtor* aut *Gra-*
veolentia oboritur, quando particulæ aliqu
ſulphureo-volatiles, è glutinosâ Lymph
cum quibusdam alcalinis quâcunque ratio
ne jugiter exhalant. Porrò cùm talis S
liva ſpiſſa lubricitatem tollat, adeoque l
berum Linguæ motum impediat, non m
rum, cur ſimul *Loquela* quoad pronunci
tionem articulatam tantillùm vitietur, im
ipſa quoque vox ſimul evadat rauca. In
primis autem *Chylificationis* negotium *debil*
tatur, *aboletur* aut *depravatur*, quando no
tantùm lenta ac viſcoſa, ſed & pauca Sal
va in ventriculum deglutitur; cùm enin
humor iſte magnam Liquoris ſtomachi
partem efficere debeat, haud obſcurè pate
quantum ex illius defectu, & præternatura
diſpoſitione in Stomachi coctionem redun
da

Sitis. *Inflammatio.* *Abſceſſus.* *Ranula.* *Graveolentia Oris.* *Loquela depravata.* *Raucedo.* *Chylificatio læſa.*

dare poſſit impedimentum. Tandem, ſi Glutinoſitati alia ſimul qualitas jungatur, v. gr. Salſedo, Acrimonia, Aciditas, & ſimiles aliæ, protinus hinc ſeveriora & periculoſiora enaſcentur Symptomata, quemadmodum ſunt *Aphthæ*, *Cancer*, *Gangræna*, &c. de quibus tamen in ſequentibus potior agendi locus erit. *Aphthæ, Cancer, Gangræna.*

VI. In *Curatione* Salivæ viſcoſioris eò adnitendum eſſe arbitramur, ut primò omnium, ſi quæ cruditatum ſaburra in primis occurrat viis, *Purgante* evacuetur convenienti, & quidem heîc omnino *Emeticum* ſuademus, ex *Infuſo Croci Metallorum*, vel *Tartaro emetico. Rad. Aſari, Gutt. Gamandr. Oxysacchar. emetic. Ludov. Syrup. emet. Ang. Salæ, Aquâ bened. Rulandi*, aut ſimili, quando Nauſea ac perpetuum vomendi deſiderium, ut & Cardialgia &c. id deſiderant aut permittunt; ubi verò ad vomitum Ægrum ſollicitare haud convenit, *Purgans* aliquod *per inferiora* ſive *Catharcticum* exhibebitur, ex *Infuſo Folior. Sen. cum Rhabarb.* aut *Potione ex Syrup. Roſar. ſolut.* item *de Cichor. cum Rhabarb.* de *Spinâ cervin. &c.* aut ſi Pulvis arrideat, concinnabitur, abſente Febre, ex *Rhabarb. Jalapp. Scammon. cum Cremor. Tartar. Sale Abſinth. Card. bened.* aut ſimilibus, guttam Olei *deſtillati carminativ.* addendo. Poſt Purgans ipſum Sanguinis ſerum juſto viſcidius

Curatio Viſcoſitatis Salivæ.

per Emetica.

Cathartica.

Incidentia. corrigendum, *Remediisq́; incidentibus, atte-* *Diaphoretica.* *nuantibus, blandè volatiliſantibus* ac *diaphoreticis* in naturalem fluiditatis ſtatum eſt reducendum: cui Indicationi quidem ſatisfaciunt *Pulveres* ex *Antimon. diaphor. Bezoard. mineral. Lapid. Cancr. C.C. philoſ. præpar. Raſur. Ebor. Spinis Viperin. præpar. &c. Semin. Naſturt. Aniſ. Fœnic. &c. Salibus lixivial. Card. bened. Angelic. Enul. Centaur. minor. Leviſtic. Cichor. &c.* Subinde Pulverum loco proſunt *Juſcula Herbis Cherefol. Fumar. Chelidon. min. Cardamines, Borrag. Bugloſs. Naſturt. Ulmar. Pimpinell. Cochlear. Scabioſ. Trifol. fibrin. Plantag. &c.* alterata; vel etiam *Succi* ex iisdem plantis contuſis expreſſi ac filtrati, imò & *Aquæ* inde *deſtillatæ*, quotidie bis ad plures uncias hauſtæ conveniunt. Sunt etiam, qui eundem in finem *Spiritum Urinæ*, aut *Salis Armoniaci*, vel alium quendam volatilem guttatim propinant. Placent dein aliis *Tincturæ Antimonial.* aut *Martial. Elixiria antiſcorbutica, Eſſentiæ Abſinth. Centaur. minor. Angelic. Lignorum.* Imò & *Infuſum Thée, Beton. Veronic. Trifol. fibrin.* vel etiam Potus *Coff.* haud inconveniens eſt; quibus tandem *Succolatam Indorum* benè elaboratam, vel crudè ſaltem ac ſiccè mandendam, vel cum *Aquâ ſimplici* aut *Lacte* decoquendam, & ſi potillandam addimus. Si Febris hanc Salivæ glutinoſitatem poſt ſe trahat, tum remedia ad huncce morbum ſunt dirigenda, utpo-

utpote quo ſublato, ſimul ipſa Saliva priſtinum recuperabit ſtatum. In *Diætâ* commendamus Aërem calidum, purum ac ſerenum, ſed non æſtuantem; Cibos de principio balſamico-ſalino, minùs acido multum participantes, atque Plantis, ſale volatili temperato præditis, ſubinde ſociatos, uno verbo, εὐπέπτȣς ϗ εὐχύλȣς. Potus ſit vel Cerevifia benè defæcata, minùs acida, vel Vinum album, tenue, facilè penetrans atque diureticum, Decocto Radic. Chin. aut Saſſafr. nonnihil dilutum. In reliquis moderamen ſuademus. *Diæta.*

CAPUT II.

De Salivæ Aciditate.

I. SAlivæ Viſcoſitatem excipit ejusdem *Aciditas*, quæ quidem eſt Qualitas morboſa, in quâ textura vel craſis Humoris ſalivalis turbatur, ac particulæ ſalino-acidæ, trigonâ ferè figurâ, à baſi latiore ad cuſpidem vergente, juxta nonnullorum opinionem, donatæ cumulantur, aut in fluorem rediguntur, quorum proin latera acumine prædita ſcindere aut rodere, hincque varia Symptomata, de quibus poſteà, excitare creduntur. *Qualitas Salivæ acida.*

Ejus Cauſa immediata. II. Ortum ducit hæc qualitas Salivæ peccans *immediatè* non niſi à copioſioribus ejusmodi particulis ſalino-acidis, plus minùs fixis, Liquori eidem permiſtis. Hæc *Mediata propior.* verò Salia acida priùs in humorali latice cumulantur, Salia alcalina volatilia deprimunt, & ſic cum ſeroſis ac ſulphureis nonnullis volatilioribus permixtæ, ad Glandulas ſalivales detruduntur. Suggerit *Remotior.* verò Maſſæ ſanguineæ eandem materiam Cruditas quædam acida, in primis corporis viis progenita, quæ quidem, ſi diu admodùm continuet, non poteſt non Cacochymiam Sanguini conciliare acido-ſalſam, ſcorbuticam aut melancholicam: ut adeo Chylificatio depravata prima ferè ejusmodi vitioſæ qualitatis mater atque genetrix nuncupari poſſit, quâ nimirum aſſumpta quæcunque, non in Chylum dulcem, ſed in paſtam quandam acidam convertuntur, ſive ob Fermentum ſtomachicum juſto fixius exiſtens, acidove etiam charactere imbutum, ſive ob *Procatarcticæ.* varias Cauſas *procatarcticas*; quandoquidem ad Dyſpepſiam talem non parum conferunt; v. gr. Aër pluvioſus, frigido-humidus, Cibi acidi qualescunque vel etiam ſale multum conditi, aut concoctu difficiliores, acidumque foventes occultum, Potus Vinorum, Cereviſiarum, Juleporum, & ſimilium, acidior atque auſterior, Ira frequens, Timor, Terror gravis ac vehemens, & ſimil. Quibus tandem

addi-

addimus Morbos nonnullos, quorum ſive productum, ſive comes frequens ſolet eſſe Saliva acidior, velut ſunt Scorbutus, Melancholia, Paſſio Hypochondriaca, Febres interdum lentæ &c.

III. Ab ejusmodi Salivâ dein non pauca incommoda atque Symptomata pariuntur. Primò enim Homines, quibus humor ille acidus eſt redditus, quicquid demum ſive cibi ſive potûs aſſumunt, acido plus minus ingrato ſapore imbutum eſſe exiſtimant, Guſtûs organo, à particulis Salivæ acidis continuè laceſſito, atque ἐνέργειαν particularum ex alimentis ſecedentium non percipiente. Quòd ſi verò iſta Salivæ Aciditas magis exiſtat volatilis, atque ſic Spiritus famelicus ſive eſurinus, uti *Helmontio* placet, unà cum lymphâ glandularum gaſtricarum ſimiliter vitiatâ, nerveas Oeſophagi ac Ventriculi fibrillas blandè rodendo, ad appetitum ſemper ſtimulet, protinus inde Κυνορεξία, ſive Fames canina, aut Βυλιμία excitatur, in quâ Homines vix ſatiantur, & perpetuo Ciborum deglutiendorum deſiderio torquentur. Quando autem Liquor ejusmodi acidus fixioribus & acrioribus conſtans particulis, fibras Stomachi præprimis circulares laceſſit, vellicat, adque contractivum motum plus minùs ſollicitat, tum *vomendi* ſuſcitabitur *Libido*, ac *Vomitus*

Symptomata Salivæ acidæ.

Guſtus depravatus.

Fames canina. Bulimia.

Vomitus.

 quan-

quandoque frequentes oborientur. Sed & in ſubjecto ad Iram valdè prono, ſi Succus pancreaticus atque bilioſus in fluorem quoq; acidum abeunt, *Cholera* ſimul naſcetur *humida*. Si verò Cibi flatulenti haud avarâ manu in ventriculum acidiore turgidum Fermento deglutiantur, hincque, aëreis eorum particulis in libertatem vindicatis, Ventriculi fundum diſtendatur, Pylorus verò atque Oeſophagus conſtringantur, tum *Cardialgia* cum inſigni *Præcordiorum anxietate* ſuſcitabitur, non priùs ceſſans, donec flatus per Gulam aut Pylorum eruperint. Ubi autem inter particulas Ciborum alcalinas valdè poroſas, & Liquoris gaſtrici acidas inſignis lucta atque efferveſcentia in Stomacho gignitur, halitus in Gulam & Palatum æſtuantes emittens, *Ardor* inde *Ventriculi*, quem *Sodam* nuncupare conſueverunt, provocatur. Quòd ſi ulteriùs particulæ acido-ſalinæ in fibrillas Oeſophagi nerveas ſeſe inſinuant, eas moleſtè vellicant, atque ſimul vicinas Diaphragmatis fibras muſculoſas in conſenſum trahunt, illicò hinc *Singultus* excitatur. Halitibus autem è Ventriculo, tali Salivâ turgente, cum aliquali impetu ac ſonitu erumpentibus, *Ructus* naſcuntur acidi frequentes. Quando tandem viſcoſitas aciditati conjuncta Fermentum ventriculi enervat, aut vaſculorum lacteorum oſcula in Inteſtinis occludit, tum

Cholera humida.

Cardialgia.

Ardor Ventriculi Soda.

Singultus.

Ructus.

Ano-

Anorexia, *Dyſorexia*, *Dyſpepſia*, *Apepſia*, *Bradypepſia*, *Lienteria*, *Cœliaca paſſio*, *Colica*, aliaque inde naſci poſſunt mala.

Appetitus & Chylificatio læſa.

IV. In *Curatione* Salivæ acidæ opus eſt fontem, unde ſcaturit, exhaurire, ac eapropter Remedia exhibere talia, quæ primas blandè expurgant vias, ſive ἄνω, ſive κάτω, prout experto conſultum videbitur Medico; certè, ſi Ventriculus Cruditatum acidarum ſaburrâ ſcateat, ſi Nauſea adſit, ſi frequens Cardialgia, ſi Ructus acidi torqueant, ſi Liquor ipſe gaſtricus corruptus, & juſto acidior eſſe videatur, ſi aliàs ad Vomitum Æger obſervabitur pronus, audacter præſcribi poterit *Catharctico-Emeticum*, quale quidem in ſuperioribus jam eſt commendatum caſibus; ſed dabitur tamen illud permixtum cum *Terr. ſigill. Bolo armen. Corall. ppt. Antim. diaphor.* aut ſimili alio acidum infringente. Ubi verò Cruditates in Inteſtinis magis hærent, promptè exhibebitur *Catharcticum*, v. gr. *Rhabarbarum* in ſubſtantiâ, vel *Infuſum* ejusdem, vel *Syrupus* quidam *purgans*, unà cum *Sale Abſinth. Centaur. min.* & *Pulvere Corall.* aliove abſorbente. Poſt hæc ad deſtruenda, invertenda, aut præcipitanda Salia acida, non credimus meliora reperiri, prætterquam decantata illa Abſorbentia, alcalina, de terreſtri fixo principio, aut de ſalino-alcalino quoque participantia, quæ Salia

Curatio Salivæ acidæ.

Per Catharctico-Emetica.

Alterantia.

acida è ſedibus dimovere ſuis, & quâ datâ portâ, inprimis per cutaneas aut renales depellere glandulas valent: prout ſunt *C. C. uſt. Ebur. uſt. Corall. rubr. præpar. Lapid. Cancr. Bol. armen. præpar. Antimon. diaphor. Unicorn. marin. præp. Dent. Apri præp. Mandib. Luc. piſc. præp. Viperar. ſpinæ præp. Lapid. bezoard. orient. & occid. Bezoard. min. C. C. philoſoph. præpar. Diaphor. Mart. Jovial. Creta alba optim. Salia* itidem *lixivioſa Abſinth. Card. bened. Cichor. Geniſt. Centaur. min.* & id genus alia, è quibus concinnatæ pulverum doſes manè ac veſperi eò uſque exhibebuntur, donec aciditas Salivæ deprehendatur ſublata. Addimus tamen ſubinde *Theriacam Androm. Mithrid. Damocr. Elect. Diaſcord. Frac. Orvietan. Confect. Hyacinth. Alkerm.* Imò & volatilia quandoque in caſu pertinaciore ſimul intermiſcemus, inprimis *Spiritum vol. C.C. Viperar. Lumbric. terreſtr. Ebor. Sal. Armoniac. urinoſ.* vel etiam *aniſat.* aliove modo *oleoſum* redditum, *Liquorem C.C. ſuccinat. Tinctur. Martis aperit. Antimonial.* & ſimilia. Pro vehiculo a. commendamus *Aquas Card. bened. Trifol. fibrin. Scabioſ. Ulmar. Cichor. Scorzoner. Cherefol. Succiſ. Virg. aur. Centaur. minor. &c.* Sed & à celebrioribus ſubinde Practicis didicimus, vel à ſolo quotidiano uſu *Infuſ. Folior. Thée, Chamædr. Betonic.* atque *Veronic.* vel etiam *Decoct. gran. Coffé toſt.* Salivam acidam maximè emendatam fuiſſe. In *Diætâ* ſuademus Aërem mode-

moderatum, Cibos minùs acidos, ſalitos aut dyſeptos. Potus ſit Decoctum *Chinæ, Liquir. Cartam. Scorzon. Lign. Saſſafr. Hordei,&c.* Cavendum ſedulò ab omnibus potibus acidis, auſteris, non ſecùs ac à Mœrore, Triſtitiâ; in reliquis deniq; moderamen obſervandum. *Diætetica.*

CAPUT III.

De Salivæ Salſedine & Acrimoniâ.

I. A*Crimonia* & *Salſedo* Humoris ſalivalis eſt Qualitas ejusdem præternaturalis, à particulis rigidis, aſperis, plus minusve acutis, quas ſalſas Chymici moderni appellare ſolent, oriunda, quâ partes, quas perluit, non tantùm moleſtè pungere, aut ſapore inficere ſalſo, ſed & frequenter exulcerare, aliaque Symptomata producere valet. *Salivæ Salſedo & Acrimonia.*

II. Pro *Cauſa proximâ* agnoſcit particulas ſalinas, aſperis in ſuperficie gaudentes aculeis, quæ cum ipſo Sanguinis ſero in Glandulis ſalivalibus copioſiùs ſecernuntur, atque inſufficiente particularum aquearum quantitate diluuntur. *Ejus Cauſa proxima.* *Cauſæ antecedentis* loco ponimus Maſſam ſanguineam ejusmodi ſalibus turgentem, adeoque Cacochymiam ejus ſeroſam, ſalſo-acrem ſcorbuticam &c. Gignitur autem hæc, quando Chylus, *Antecedens.*

 lus,

lus, ſimilibus imprægnatus particulis, è pr[illegible] mis jugiter viis affluit; Chylus verò redditu[illegible] talis, quandocunque Digeſtio Ciborum i[illegible] ventriculo & inteſtinis, propter quamcun[illegible] que cauſam *Procatarcticam* aut *Primitivam*, de[illegible] pravatur. Ita enim omnis Aër frigidus, u[illegible] & craſſioribus, terreſtrioribus, ac de ſalin[illegible] principio multum participantibus corpu[illegible] culis imbutus, qualis inprimis eſt marinus[illegible] imò etiam ipſe fervidus, particulas aquoſ[illegible] humidas abſorbendo, atque ſalino fixiore[illegible] tartareasque intra corpus relinquendo Chy[illegible] lificationis negotium debilitare valet. Dei[illegible] & Cibi nimis ſalſi, fumo indurati, aliiv[illegible] difficilioris concoctionis, non ſecus atqu[illegible] potus Vini acidioris, particulis plurim[illegible] tartareis gaudentis, Cerevisiæque minu[illegible] defæcatæ ac acidæ, Exercitia Corporis ve[illegible] hementiora, Vigiliæ atque Lucubratione[illegible] immoderatæ, Venus exceſſiva, Ira Te[illegible] rorque nimii, effectum producere ſimilem[illegible] poſſunt. Neque tamen ſtatim hæc quali[illegible] tas Salivæ inducitur, quia ad quantitatem[illegible] ſalium acrium in ſanguine coacervandam[illegible] tempore opus eſt. Dein etiam in ipsâ acri[illegible] moniâ Salivæ differentia notatur gradualis[illegible] dum ſpicula ſalium in humore iſto copioſ[illegible] diſcurrentium, nunc magis, nunc minu[illegible] acria, aculeata & obtuſa exiſtunt.

Procatarctica.

Symptomata.

III. Quantum concernit *Symptomata* [illegible]

Sal[illegible]

Salivâ ejusmodi acri prodeuntia, inter ea præcipuè occurrunt *Aphthæ*, ſive Puſtulæ *Aphthæ.* majores minoresve, utplurimùm albican-es, quæ in membranis, internas partes o-is ſuccingentibus, numerosè ſæpiùs efflo-eſcunt, ac à ſpiculis Salivæ ſalinis valdè odentibus non aliter oriuntur, atque à par-iculis Cantharidum corroſivis Veſicas in ute excitari quotidiana docet experientia. Notabile hanc in rem exemplum *Clariſſ.* MICH. BERNH. VALENTIN. *Miſcell. Curioſ. Decad. 2. Ann. 8. Obſerv. 79.* adducit, *Ægidii Lüngeri Oeconomi Gieſſenſis*, cui aliquan-lo acciderit, ut noctu expergefactus, in lecti ſpondis Tabaci fruſtula quæſiturus, in Em-laſtrum veſicatorium, quod Uxor fortè undem in locum depoſuerat, incideret, tque pro Nicotianæ foliis maſticaret; quo acto manè Palatum, Gingivæ atque Labia opioſiſſimis conſpurcata fuerunt Aphthis, aud dubiè ſpiculis Cantharidum corroſi-is in Emplaſtro contentis originem ſuam ebentibus. Quandoque Saliva ita acris ſt, ut non Aphthas ſaltem, & leviculas roducat exulcerationes, ſed & inſigniora *Ulcera* erodendo progignat, imò & *Gan-* *Ulcera.* *rænam, Sphacelumq;*, paulatim vicinas quas- *Gangræna.* que partes ſerpendo depaſcentem, excitet: *Sphacelus.* uale quid Filiolo bimulo Bibliopolæ cu-usdam Baſilienſis paucos ante annos, triſti pectaculo, lethalique eventu contigiſſe di-

dici-

dicimus. Eadem Acredo Salivæ ſalſa, gu
ſtu ſe quoque prodit ſimili, quando nim
Salſedo Oris. rùm Ægri de *Oris Salſedine*, de *Catharris ſa*
ſis conqueruntur; tum verò Salia in lique
rem ſunt maximè ſoluta, aut, ut *Clari*
WILLISIUS loquitur, in fluorem redact
Odontalgia. Vacillatio Dentium. Aliàs *Odontalgia* atque *Dentium Vacillatio* ori
ginem Salivæ ſalſo-acriori quoque deben
quando nempe particulæ tales, plus minù
fixæ, acuminatæ, aquoſis aliisve minùs d
lutæ, paulatim Gingivas, Dentiumque ra
dices erodunt. Quòd ſi verò eædem fibri
las quandoque nervoſas pungunt, hincqu
tubulos lymphaticos varios, accedente fo
ſan ſimul aliquo externi aëris frigore co
ſtringente, criſpant vel contrahunt, tu
non raro ſic ſtagnationem Lymphæ, atqu
Tumor Genarum. *Tumorem in Genâ* aut *Gingivis* producun
Ubi autem Salſedo illa occultam ſimul ac
ditatem corroſivam inducit, protinus hi
Caries. quoque Dentes corrumpuntur, & Carie in
quinantur. Imò ſi Gingivarum pori tub
ſive ſalſo-acriorem atque ſcorbuticam in ſ
ſe abſorbeant Salivam, vel aliàs Lymp
Dolor & Cruentatio earundem. imbuantur ſimili, facilè *Dolor* atque *Crue*
tatio earundem oriuntur, quâ vel levit
tactæ ſanguinem fundunt. Tandem ev
nit, ut, ſi quæ particulæ ſpirituoſiores, ſu
phureis aut oleoſis impurioribus ſolutis i
timiùs ſociatæ, è Salivâ ſalſo-acri, aut hi
putreſcente Gingivâ jugiter in auras exh

len

ent, *Spiritus* vel *Halitus* inde fœtidus red- *Fœtor Oris.*
datur.

IV. In *Curatione* proin ſalſæ ejusmodi *Curatio ſalſo-acris Salivæ.*
Salivæ acrimoniæ, protinus ad fontem,
nde derivatur, attendendum, qui cùm ſit
Cacochymia ipſius maſſæ ſanguineæ ſalſa,
el ſalſo-ſeroſa, plus minùs acris & ſcor-
utica, ſui maximè, per *abſorbentia*, *præcipi-
antia*, *edulcorantia*, *validè diluentia*, *diapho-
etica* etiam ac *diuretica* medicamenta, cor-
ectionem poſtulat. Quæ, ut tanto feli-
iùs operari poſſint, ante omnia ad primas
ias Ventriculi atque Inteſtinorum reflecten-
um, indeque vitioſorum humorum crudi-
ates, ſi quæ adſint, expurgandæ veniunt,
on *Vomitorio* aliquo, neque vehementiore
athartico, qualia certè in hoc caſu, quòd
urbam in Sanguine malignam facilè exci-
re poſſint, ſuſpecta maximè ſunt, ſed
ando laxante, eoque in formâ *Infuſi* aut *Per blanda laxantia.*
otionis fluidâ magis (utpote quæ Salia illa
cria magis diluere, ſicque Tormina ſeveriora
enesmumq; melius præcavere ſolet) quàm
ilularum aut *Conſervarum* ſolidâ; *Pulveres*
men heîc adhuc admittimus cum quan-
tate Liquoris alicujus, ceu vehiculi, hau-
os. Itaque reliquis omnibus præferimus
fuſum Rhabarb. cum *Crem. Tartari*, *Semin.
niſ. Fœnic. Radic. Scorz. Paludap.* affusâ *Aquâ
chor. Endiv. Portulac.* ſimilive factum; vel

Syrupum

Syrupum de Cichor. cum Rhabarb. Roſ. ſol. comp
de Spinâ Cervin. Flor. Perſic. aut *Acac.* Int
Pulveres autem commendamus *Rhabarb*
rum in ſubſtantiâ cum *Sale Abſinth.* & *Cor*
exhibitum. Poſt Purgans tota Maſſa ſa
guinea venit eluenda & edulcoranda: qu
obtineri poteſt *Succis* vel *Aquis deſtillatis* a
Juſculis Plantarum antiſcorbuticarum, Trifol.
brin. Cochlear. Fumar. Chelidon. min. Beccabu
Paludapii, Naſturt. aquat. & hortenſ. Borrag
Cherefol. Plantag. Ulmar. Pimpinell. Sanguiſo
Hepat. nobil. Card. bened. Card. Mariæ, Car
Scorzoner. & ſimilium. Qualia quid
verno, autumnali atque hyberno temp
re per aliquot hebdomadas quotidie
hauriri poterunt. Cum Fructu quoque i
dem permiſcere licet *Tincturam Antimon.*
Mart. aperitiv. vel *Corall. &c.* Juxta h
proſunt ſimul *Pulveres abſorbentes, Ocul. Car*
Corall. ppt. Terr. ſigill. Bol. Armen Antimon. a
phoret. Bezoard. mineral. C. C. atque *Ebor. pr*
Unicorn. foſſil. Diaphoret. Mart. ac Jovial. C
Mart. aperitiv. & reliqua in ſuperioribus j
allegata, ex quibus vel Pulveres mixti c
cinnari, vel cum *Conſerv. Anthos, Violar.*
ſar. Betonic. Bellid. minor. Plantag. Trifol. fib
atque Syrupo de quinque Radic. vel *Capill. Ve*
Electuaria componi, & frequenter magni
dine nucis avellanæ aut nuciſtæ uſurp
poſſunt. Æſtivo tempore commendan
Potum Thermarum Fabarienſium in Rhætiâ,
Aci

Hinc Alterantia.

cidularum Sualbacenſium in *Cattis*, aliarum-
re. Nonnullis & uſus *Seri Lactis caprilli*,
erno vel autumnali tempore conducit. Ex
nte Chirurgico admittimus *Cucurbitulas cum* *Chirurgica.*
arificatione ſubinde applicandas, *Fonticulos*
n Brachio aut Pede, vel utroque inciden-
os. *Balneorum* & *Venæſectionis* uſum dam-
amus, quorum illa promptè turbas atque
atarrhos excitarent, hæc autem florem San-
uinis nimis imminuendo debilitatem poſt
traheret. In *Diætâ* exulent omnia ſalſa mu- *Diætetica.*
atica, fumoque indurata, Potus Vinorum
mis tartareorum, auſterorum, Cereviſiæ
inùs probè defæcatæ; vitentur Ira, Mœ-
r, Triſtitia, Lucubrationes nocturnæ, ut
Sollicitudines frequentes; fugiatur Aër
aſſus, frigidus, humidus, aut etiam ni-
is fervidus, plurimis miasmatibus ac par-
culis ſalſo-acribus refertus. Infuſum verò
hée, Decoctum Granorum Coffé toſtorum,
umus Tabaci ore ſuctus, moderatè in uſum
cata, magis proſunt quàm nocent.

CAPUT IV.

De Salivæ Auſteritate & Acerbitate.

Auſteritas & *Acerbitas* ſunt ſalivalis *Salivæ*
Humoris qualitates morboſæ, à *Auſteritas*
rticulis, contulos hamulosque quam plu- *vel Acerbitas.*
rimum

rimum non adeo acuminatos habentibu (quales in ſalino-acidis, quando multi ſunt obvolutæ terreſtrioribus, apparere ſo lent) ortum trahens, actionesque varias læ dens. In hac deſcriptione pro *Cauſa proxi mâ* agnoſcimus particulas contulis, hamu lisque non adeo acutis præditas, quas cert corpuſcula ſalino-fixiora acida, multis part culis terreſtrioribus involuta, ſeroque ſaliva immixta conſtituunt, quod adeo, poſtquar in glandulis ſalivalibus ita ſecretum eſ non niſi Saporem Salivæ *auſterum* concili re valet. Fons autem, unde tales in S livâ particulæ derivantur, Maſſa eſt ſan guinea, ſeroſaque ejus portio, ſimiles in particulas diſſolutas recondens, quas qu dem Chylus acerbus vel auſterus, ob d pravatam Ventriculi aut Inteſtinorum co tionem minus probè & convenient elaboratus, apportat. Accidit tamen tiam ſubinde, ut in Febribus, Scorbutc Melancholiâ Hypochondriacâ, aliisq morbis, ob diſſolutionem & fluorem ac do-craſſiorum Salium, Saliva *Auſterit tem* vel *Acerbitatem* acquirat. Ex *Cau procatarcticis*, ad iſtam Salivæ qualitate contribuunt Aër craſſior, miasmatibus tu gens fixioribus, particulisque impraegnat rigidis hiſpidis, admodum irregularibu Alimenta auſteris, acerbis, ſtypticis, aci terreſtribus particulis multùm prædit quen

Cauſa proxima.

Antecedens.

Procatarcticæ.

quemadmodum ſunt Fructus immaturi Pyrorum, Cydonior. Cornor. Meſpilor. Myrtillor. Prunor. Paſtæ item farinaceæ, Accaria &c. Vina auſtera, multis particulis acido-tartareis ac craſſioribus imbuta; Muſta omnia vinacea, pomacea aut pyracea; Cereviſiæ acidæ non ritè ac debitè defæcatæ; Syrupi & Julepi acidiores frequenter & largiùs hauſti; Sollicitudines graviores ac diuturnæ, Triſtitia, Mœror atque Ira moderationis limites excedentia; Lucubrationes tandem nocturnæ frequentiores, quibus nimirum Candelarum exhalationes fumoſæ nimiùm inſpirantur.

II. *Symptomata* à præternaturali iſtâ Salivæ qualitate prodeuntia ſunt primò *Guſtus depravatus*, & is quidem vel acerbus vel auſterus, quem excitant particulæ Humoris ſalivalis prædicto modo configuratæ, cincinnulorum ſuorum aſperitate papillulas Linguæ nerveas continuè rodentes ac vellicantes, hâcque ipsâ vellicatione corrugantes & contrahentes, ita ut Spiritus animales peculiarem inde in motum in fibrillis nerveis adacti, eam in meditullio Cerebri undulationem aut trepidationem inſtituant, qualis ad ideam Saporis auſteri vel acerbi in Animâ excitandam idonea eſt. Dein Saliva hæc acerbitate ſuâ glandulas palati ita ſubinde adſtringit, ut mucus in *Symptomata Salivæ acerbæ. Guſtus depravatus.*

Glandularum palatinarum Tumor.

illis ſecretus obhæreat, atque *Tumorem* pro ducat, vel ſaltem mucum illarum viſcidum & acerbum reddendo, deglutiendi nego tium plus minusve incommodet. Sed & ſalivalis ejusmodi liquor in Ventriculum deglutitus, Chylificationis opus turbando

Cruditates Stomachi.

ac depravando, cruditatibus anſam præbe variis, quatenus particularum in alimenti aſſumptis debitam diſſolutionem atque ex altationem impedit. Cui adde, quòd tan dem Menſtruum ſeu Liquorem ſtomach cum ſimul auſterum, acerbumque redder do, effervescentias flatulentas, hincqu

Cardialgia. Singultus. Tormina.

Cardialgiam, *Singultus*, *Tormina*, *Colicam &* facile producat. Denique, ſi iſta Acerb tas vel Auſteritas major & acrior facta eſt non *Vitriolicam* ſaltem reddit *Guſtum*, ſed

Stupor Dentium.

vi quâdam adſtrictivâ *Dentium ſtuporem* in ducit.

Curatio Salivæ auſteræ vel acerbæ.

III. Ad *Correctionem* hujus Salivæ ne ſecus ac in præcedentibus qualitatibus, pri mæ ante omnia viæ ſunt purgandæ, atqu à blennâ, ſi quæ adeſt, auſterâ acerbâve l

Per Purgantia.

berandæ, & quidem *Catharticis* non ita ve hementibus, ſub *Vinorum medicatorum*, *Apo zematum* aut *Infuſorum* formâ præſcripti quibus ſemper alcalinæ Radices ac Herb

Alterantia.

adjiciendæ ſunt. Poſteà verò *Alteranti* Sanguinis auſteritatem corrigentia, ac ej craſin naturalem reſtituentia in uſum v

niu

niunt trahenda, quod quidem vix commodiùs ac jucundiùs fieri poteſt, quam per *Infuſum folior. Thee Sanicul. Chamædr. Veron. Betonic. &c.* vel *Decoctum granor. Coffé*, aut *Phaſeolorum noſtratium* toſtorum ac pulveriſatorum, quale vernaculum remedii genus non ſine ſucceſſu granis Coffé ſubſtitui poteſt. Præter hæc omnia *Remedia alcalina volatilia* huc quoque trahi poſſunt, ceu acidum auſterum feliciter deſtruentia, qualia reduntur *Salia volatilia oleoſa, Spirit. C. C. Viper. Sang. human. Lumbric. terr. Ebor. volatil. Spirit. Salis Armon. aniſ.* aut *fœnic. Tinct. Antim.* atque *Martis aperitiv.* Quibus tandem addere licet *C. C. philoſ. præp. Ebur. præp. Dent. Hippopotam. præp. Mandib. Luc. piſc. Dent. Apr. Conch. præp. Ocul. Cancr. præpar. Antimon. diaph. Bezoard. min. Ægagropil. præpar.* & ſimilia, è quibus doſes pulverum plures, manè ac veſperi exhibendæ, concinnari poſſunt. In *Diætâ*, Aër ſeligatur temperatus, ſerenus ac purus; cane pejus & angue fugiantur Cibi potusque acidi, auſteri & acerbi, nec non Ira, Mœror atque Triſtitia. In cæteris moderamen tenendum. *Diætetica.*

CAPUT V.

De Salivæ Amaritudine.

Salivæ Amaritudo.

I. A*Maritudo*, quâ Saliva hominum ſæ piùs depravari ſolet, eſt Qualit ejusdem morboſa, à particulis ſalino-ole ſis, plus minùs volatilibus, nonnihil re noſis, aculeisque furcatis, tenuibus, parù inflexis ſeu hamulatis & aſperis donati originem trahens, atque Symptomata v ria ſuſcitans.

Cauſa proxima.

Antecedens.

II. *Cauſa proxima* hujus Salivæ inter periei ſunt particulæ modò dictæ ſalin ſulphureæ, plus minùs volatiles, ſed cuſp dibus tamen incurvatis ac hamulatis præc tæ, in liquore ſalivali ſolutæ. *Cauſa an cedens* particulas ejusmodi heterogeneas Glandulis ſalivalibus producens, eſt Inter peries ſive Cacochymia Maſſæ humora bilioſa, à quâ & Morbus Regius ſive Ict rus flavus aliàs produci ſolet; hinc eni Ictericis plerumque Saliva exiſtit ama cans, Cacochymiam verò iſtam Chyl in primis viis non ritè elaboratus, ſed pa ticulis ſulphureo-ſalinis oleoſis plus minu ve ſolutis imprægnatus excitat. Huc re & Obſtructionem glandularum aut du tuum Hepatis bilariorum, ob quam Sangu

n

nis Maſſa nimis oleoſa, atque ſalibus lixi-
rioſis, reſinoſisque turgida relinquitur, &
amaricantia corpuſcula ad Salivæ ſecerni-
cula dimittit. Sic & in Febribus quando-
que Saliva redditur amara. Inter *Cauſas* *Procatarcticæ.*
rocatarcticas ſuum huc conferunt ſymbolum
Aër admodùm æſtuans ac fervidus, Cibi
ingues & oleoſi, Spiritus Vini, ut & alii
Liquores ſpirituoſi, principio gaudentes
ulphureo, copioſè ingurgitati; Vigiliæ
rotractæ ac immoderatæ; Lucubrationes
requentiores; Motus Corporis vehemen-
ores; inprimis autem Ira atque Excan-
eſcentia immodica.

III. *Symptomata* inde prodeuntia ſunt *Symptomata Salivæ amaræ.*
rimò *Guſtus amarus*, quo Potus Cibique om- *Guſtus amaricans.*
es amarore ingrato prædití eſſe creduntur,
um particulæ Salivæ amaricantes Linguæ
ros ſubeundo, papillulas ibidem nerveas
a continuè feriunt atque pungunt, ut quic-
uid dein particularum è Cibis præterlabi-
r, ſuum genuinum exſerere ſaporem ne-
ueat, ſed id omne ſapore inquinatum a-
aro credatur. Dum verò Saliva præter-
aturali ejusmodi ſapore infecta eſt, veroſi-
iliter & Liquor gaſtricus ſapore eodem
nbutus erit, cumque talis humor in Ven-
iculum defluxit, ibi particulis ſuis minùs
gularibus, nunc moleſtam criſpationem
que corrugationem fibrarum Ventriculi
 circu-

Nauſea. *Vomitus.* *Cardialgia.* *Soda.* *Febres.* circularium cauſando, *Nauſeam* aut *Vomitum* producere; nunc fermentationem malignam ac vitioſam ſuſcitando, *Cardialgiam*, vel *Ardorem* Stomachi, *Sodam* dictam, aut *Ructus nidoroſos*, vel denique *Febrium* diverſarum inſultus poſt ſe trahere valet. Quod, ſi viſciditas amarori jungatur, ſicque palatum atque gula humore ſufficiente non irrigentur, *Sitis* ſimul producitur. *Sitis.*

Curatio Salivæ amaræ. *Per Purgantia.* IV. In *Curatione* ejusmodi Vitii ſimiliter primùm Ventriculum & Inteſtina extergere oportet, idque *Purgante* non adeo vehementi, ex *Infuſ. Rhabarb. Folior. Senæ*, *Hellebor. nigr.* ac ſimilibus, quibus ſemper *Alterantia* & *Carminativa* cum *Cremore Tartari* adjicere licet. Nonnunquam, ubi ſaburra humorum vitioſorum adeſt magna, *Vinum medicatum* aut *Apozema* aliquod purgans doſibus nonnullis propinabitur. Poſteà Maſſa ſanguinis tota, non ſecus atque ipſum Stomachi menſtruum, blandè *Acidis* plus minus *volatilibus*, ſimul ac *Abſorbentibus* & *Incidentibus* corrigi poteſt: quem in finem commendantur *Corallia*, *Mat. perlar. præpar. Terr. ſigill. Lemn. Turc. &c. Bol. Armen. Antimon. Diaphor. Sal. Abſinth. Centaur. min. Cichor. Card. bened.* imò & *Salia* harum plantarum *eſſentialia*, è quibus aliisve ſimilibus plures pulverum doſes concinnari & exhiberi poſſunt. Proſunt & *Tinctur. Antimon. Corall.* *Alterantia.*

Bezoar.

Bezoard. Mich. Mart. aperitiv. item *Elixir pro-pr. Paracelſ. Eſſent. Abſinth. Card. bened. Trifol. fibrin. Elix. Vitriol. Mynſ. Spirit. aperit. Penoti.* Hiſce adde & *Succos* Plantarum *antiſcorbuticarum* ac *ſpleneticarum*, vel per ſe ſumptos, vel cum *Juſculis* mixtos, quorum uſus ſi continuetur per plures dies, dubium eſt nullum, quin Saliva ad ſaporem iterum naturalem reditura ſit. Quòd ſi Febris aliusve morbus Salivæ amarorem habeat comitem, tum morbis hiſce debitâ cum ratione ſublatis, Saliva ipſa quoque ſimul emendabitur. *Diæta* tandem inſtituatur talis, ut in eâ ſibi maximè caveat Homo ab irâ, à nimio æſtu, à Cibis valdè pinguibus & oleoſis, ut & à dulcibus, mellitis & ſaccharatis. Utatur autem frequenter *Paludapio, Scorzonerâ, Cichor. Taraxacone, Endiviâ, Acidularum* vel *Seri Lactis* potu. *Diætetica.*

CAPUT VI.

De Salivæ Dulcedine.

SAlivæ *Dulcedo* eſt qualitas ejusdem præternaturalis ac morboſa, à particulis flexibilibus, rotundis, nonnihil tamen molliter acuminatis oriunda, & aliqua etiam ſymptomata moleſta producens. *Salivæ Dulcedo.*

Cauſa proxima. II. *Cauſam* hujus Dulcedinis *proximam* conſtituunt plura globuloſa corpuſcula, ſec molliter aculeata, ex oleoſis acidisque ſub tilibus, inter ſe peculiari ratione cum fere permiſtis, conſtantia, & Liquori ſalival immixta: hæc enim molliter fibrillas Lin guæ nerveas titillando ſaporem præcisè dul cem Animæ offerunt; non ſecus atqu notante CRAANEN *in Tractatu de Homine cap.* CXI. *pag.* 629. cùm lingua guttulis aliquo Olei vel Spiritûs Vitrioli imbuitur, & hin Tabaci fumus ſugitur, ſapor Nicotianæ dul cis apparebit: quale quid confirmare vide tur *BONTEKOE Oeconom. animal. pag.* 59 quando dicit, Vitriolum guſtantibus admo to Tabaci Sale, illicò mixtura exurgit, ad generandam dulcedinem conveniens. *Cau-* *Antecedens.* *ſa antecedens* eſt Maſſa ſanguinea referta plu rimis particulis ſalino-acidiuſculis & acri bus, quæ tamen oleoſis quibusdam aut mu cilaginoſis obvolvuntur, & ita in aquoſi ſpirituoſisque diſſolvuntur. Cumulantu autem illa in Sanguine corpuſcula, quando cunque Chylus eodem inquinatus characte *Procatarcticæ.* re ad Cor jugiter transmittitur. Inter *Cauſas procatarcticas* ſeu *proëgumenas*, quænam præ cisè heic ſintin medium proferendæ ac addu cendæ, vix decidere licet, cùm ipſe Affec tus ſit admodùm rarus, ac ſubinde tot & tanti præceſſerint circa Diætam errores, ut vix poſſibile credamus eſſe, veram illius

cau-

caufam divinare. Deinde ſunt quidam Morbi, in quibus Sapor Salivæ itidem dulcis redditur; Ita enim SALOMON REISELIUS *Archiater Würtembergicus in Ephemerid. German. Curioſ. Decad. II. Ann. VIII. Obſerv. 58.* memorat, ſe poſt Febrem tertianam, brevem quidem, Anno 1687. perpeſſam, in ſemetipſo Saporem expertum eſſe dulcem, paulò poſt tamen evaneſcentem: ac identidem Ann. 1685. Mulierem poſt Quartanam Febri laborantem tertianâ tractâſſe, quæ de dulcedine admodùm faſtidiosâ fuerit conqueſta. Sic OLAUS BORRICHIUS, ut videre eſt *Ephemerid. Nat. Curioſ. Decur. III. Ann. 3 Obſerv. 237.* Eccleſiaſtem in Agro Hafnienſi, *Janum Trans*, quadragenario majorem obſervavit, qui licèt temperamenti ſanguinei & quoad cœtera ſanus extiterit, diu tamen propriam Salivam ita dulcem perſenſit, ut cum Sacchari dulcedine comparari potuerit.

III. *Symptomata* concomitantia ſunt *Guſtus depravatus*, & ita quidem dulcis redditus, ut omnia aſſumpta ſapore ſimili appareant prædita; quod quidem aliunde non provenit, quàm à particulis illis cylindraceis, flexibilibus, leniſſimè aculeatis, nerveas linguæ papillulas in continuo ferè tranſitu molliter titillantibus, ſicque blando Spirituum animalium motu Ideam dul- *Symptomata Salivæ dulcis Guſtus dulcis.*

cedinis in Animâ excitantibus. Ab iisdem
Salivæ particulis dulcibus, acorem in receſſi
Ulcera Oris. habentibus corroſivum, ſubinde *Ulcuſcul*
in Linguâ, aliisve Oris partibus oboriri
dudum experientia rerum magiſtra confir-
mavit. Sed & eadem Dulcedo quandoqu
Nauſea. *Nauſeam* producit, quando nimirum ſpicul
Salivæ dulcioris, in ſtomacho à reliquarum
particularum conſortio liberatæ, & in apri
cum ſic magis productæ, fibrillas nerveas
moleſtè vellicant, & ad contractionem ſu
convulſivam ſtimulant. Sic prælaudatu
REISELIUS loco citato, Monialem quam
dam Wormatienſem adducit, quæ circ
Paſchatis Feſtum Ann. 1679. per aliquo
ſeptimanas dulcedinem in Ore deprehen
derit nauſeabundam. Quando dulcis hæ
Saliva in ventriculum jugiter deglutita ejuſ
dem menſtruum invertit ac debilitat, tum
Appetitus imminutus. Chylificatio depravata. inde ſimul *Appetitus* Ciborum *imminuitur*
atque eorum Digeſtio plus minùs deprava-
tur ac deterior redditur.

Curatio Salivæ dulcis. IV. In *Curatione* primæ viæ ſtatim ſum
blandis Catharticis eluendæ ac expurgan
dæ, qualia quidem in Parte primâ plur
allegavimus. Deinceps maſſæ ſanguineæ
Serum venit corrigendum, invertendum a
in ſtatum naturalem reducendum, quo
citò admodùm & tutò obtinere quis pote
Succis plantarum antiſcorbuticarum, ut & ea
runden

rundem *Aquis deſtillatis*, per aliquot dies ma-
nè ac veſperi hauſtis; ſed & idem præſtat
uſus *Tinctura Antimon. Corallor. Clyſſi mineralis*,
Elixiriorum Stomachicorum; nec non *Potus Thée*,
Coffé ac *Succolata* Indorum, &c.

CAPUT VII.

De Salivæ Malignitate.

. SAlivæ *Malignitas* eſt qualitas ejus præternaturalis, à particulis plus minùs volatilibus ſalinis acrioribus & corroſivis exortum trahens, & peſſimis Symptomatibus anſam præbens. *Salivæ Malignitas.*

II. *Cauſa* Malignitatis hujus *proxima* unicè ponenda nobis videtur in particulis plus minùs acribus & corroſivis, utplurimùm volatilibus acidis, nonnunquam & ſalſis valdoperè acuminatis, cum liquore ſalivali in Organis communibus ſecretis. *Cauſa proxima.* Atque hinc oportet, ut ſimilia corpuſcula prorſus venenata in ſanguinis latice præexiſtant; in quo quidem cumulari facilè poſſunt, ubi vel è primis viis Chylus acrior transmittitur, vel aliunde etiam Cauſis procatarcticis accedens, paulatim ſuos in corpore nidos exſtruit. *Antecedens.* Etenim Cacochymia Humorum maligna non ſimul

ſimul & uno tempore ad ſufficientiam ex citatur, ſed pedetentim gignitur, & fre quentiùs non Salivam tantùm venenatam ſed Morbos etiam malignos ac præprimi Febres contagioſas varii generis, Maſſam ſanguineam inſigniter turbando, inducit ſicque integram ejus diſſolutionem valdo perè minatur. Inter *Cauſas procatarcticas* ſeu *primitivas* numeramus 1. Aërem mul tis modis infectum, ac miasmatibus cor roſivis, Arſenici interdum naturam imitan tibus, inquinatum, qualis quidem tempo re Peſtis, aliorumque epidemicorum mor borum exiſtit, ubi ſcilicet à variis exhala tionibus terreſtribus, (quas Cadavera plur inſepulta, Fodinæ terreſtres apertæ, ſpiri tus ac effluvia è Corporibus malignâ Fe bre, Lue venereâ &c. laborantibus, ex ſpirantia, inſignes itidem terræ in muni mentorum, aut aliarum rerum ædificatio ne commotiones præbent ac emittunt Temperies ejus naturalis invertitur atqu mutatur; ut taceam nunc inſignem At moſphæræ corruptionem, quæ ab Ovuli Inſectorum minimis, & numero incompre henſibili in Aërem & Olera hortenſia, plu reſque Herbas jumentis in eſcam cedentes diſſeminatis contingit, quæ quidem facilè ſive per Inſpirationem Salivæ, in ventricu lum deglutiri ſolitæ, ſive etiam Cibis per miſceri, hincque Liquores vitales planè ve nena

Procatarctica.

nenatos reddere poſſunt. Deinde etiam Cibi non tantùm Vermiculorum ovulis conſpurcati, ſed & aliis particulis ſalino-corroſivis plus minùs occultis infecti, (quales ſubinde Famis tempore devorari ſolent) ad facilem in Ventriculo corruptionem, non ſecus ac Potus vario modo deterior redditus ad Cacochymiam malignam contribuere valet. Præprimis autem Ira, Spiritus animales impetuosè admodùm exagitando, & hinc ſimul mixturam Liquoris ſalivalis valdè turbando, malignitatem conciliare tantam poteſt, ut, ſicubi talis Saliva à furibundo homine in vulnus, alii homini morſu inflictum, fuerit demiſſa, lethalia prorſus ſymptomata in illo producere apta ſit. Quale Exemplum ETTMULLERUS *in Diſſertat. de Morſu Viperar.* de Muliere quâdam maniacâ adducit, quæ Lictorem, à quo in cuſtodiam abducta fuerat, mordendo propè axillas, in ſimilem conjecit calamitatem, ut poſtridie maximè fureret, Muliere intereà meliùs ſe habente. Similem caſum ſe obſervâſſe *Celeberr.* tradit *DOLÆUS.* His tandem adde Contagium, non ſolùm ex Aëre, ſed ex conſortio quoque cum Hominibus malignâ aliquâ Lue laborantibus acquiſitum, quemadmodum ſunt cohabitationes cum Lue Venereâ infectis, cum Peſte aut peſtilenti quodam Morbo laborantibus, cum Phthiſicis,

Scor-

Scorbuticis &c. Hiſce enim occaſionibu frequenter admodùm morbi aliis commu nicari poſſunt. Enimverò effluvia è cor poribus Febri malignâ &c. decumbentiur exſpirantia, ſi acrimoniam præ ſe tulerun Celebri cuidam Practico, ad Ægrotos quo tidie plures accedenti, ſimilem ſtatim i Saliva propriâ qualitatem, Linguæ fibrilla manifeſtè pungentem, excitâſſe haud ſem audivimus.

Symptomata Salivæ malignæ. *Ulcera Oris.* *Gangræna.* *Sphacelus.* *Chylificatio depravata.*

III. *Symptomata*, quibus hæc Salivæ Ma lignitas proximè occaſionem præbet, ſur *Oris* atque *Palati Exulcerationes*, corroſion particularum ſalivalium attribuendæ, quibus ſubinde *Gangræna* atque *Sphacel* ipſe inducitur. Hinc & Digeſtionis au Chylificationis Ventriculi negotium ab eju modi Humore ita corrumpitur, ut inde l quamen non niſi acre & malignum prov nire poſſit. Eandem porrò Salivæ acrimo niam titillationem Ventriculi fibrarum in

Nauſea. *Vomitus.*

commodam inſtituere, atque hinc *Nauſeam Vomendiq; deſiderium*, cum aliquo Ciborum faſtidio, *Vomituſq;* adeo ipſos producere experientia teſtatur. Quod idem ſimilit contingit, quando Saliva fœtida ac verm culoſa exiſtit, qualem ſuprà laudatus *DO LÆUS*, in Viro Hamburgenſi Scorbuto la borante, obſervavit, qui Sualbachii biben darum aquarum gratiâ degens, Salivan exſpu

.xſpuebat valdè fœtentem, & plurimis par-
.iculis verminoſis ſcatentem, uti teſtatur in
*.iſcellan. Medic. Phyſic. Decad. Ann. 9. & 10.
.bſervat. CXXXI.*

IV. Pro *Emendatione* & *Edulcoratione* Sa-
.væ hujus malignæ, proſpiciendum unicè
.t de Remediis *alexipharmacis*, abſorbendi,
.vertendi, atque per urinam, ſudorem vel
.anſpirationem inſenſibilem præcipitandi
.rtute pollentibus, quæque adeo ſimul
.ſum Stomachi Menſtruum qualitate im-
.tum malignâ elutriant, & in meliorem
.atum redigere poſſunt. Hunc ergo in
.em commendamus hauſtus largiores *A-
.arum deſtillatarum Ulmar. Solan. Flor. Sam-
.c. Fumar. Bellid. min. Papav. Rhead. Cichor.
.erefol. Card. bened. Carlin. Scorzon. Taraxa-
.. &c.* admiſcendo doſes Pulverum in-
.imis *Diaphoretico-abſorbentium*, ex *C.C. phi-
.ph. præpar. Ebor. præpar. Spin. viper. præpar.
.zoard. mineral. Martial. Jovial. Corall. rubr.
.par. Unicorn. foſſil. Diaphoret. Mart. ac Jov.
. Magiſter. Antim. Lapid. Bezoard. orient. &
.d.* Quibus addimus *Bezoard. Michael.*
& *Tinctur. Martis aperitiv. Antimon. &c. Eſſen-
.n Myrrhæ, Abſinth. Centaur. min. Card. bened.*
.tredini inprimis verminoſæ reſiſtentes.
.uòd ſi hinc Sudor, qui expectandus aut
.andus eſt, commodè obtineatur, & jam
. horam effluxerit, tum linteis calidis
pro-

Curatio Salivæ malignæ. Per Alexipharmaca.

probè eſt abſtergendus, atque hinc Corpu in calore temperato inprimis adhuc ultr horam tenendum. Si à Lue Venereâ, Scor buto, Phthiſi &c. Cacochymia ejusmoc vitioſa ac venenata fuit contracta, tum ve rò curatione talis Affectûs debitè inſtitutâ ſimul ipſa edulcorabitur Saliva. Quand autem qualitas hæc Salivæ Febrium mal gnarum, aliorumve eſt Morborum pre ductum, tunc ſuo hi quivis modo è co pore expellendi, antequam Saliva malign tatem exuere ſuam poſſit. In *Diætâ* Ægr commendabitur uſus Aëris, ſive naturâ ſ ve arte puri, temperati, ab omnibus exh lationibus heterogeneis, fœtidis, & mal gnis procul averſi ac liberi. E\` Ciboru claſſe illi uſurpentur, qui digeſtionis ſu facilioris, ſuccumque chyloſum exhibe maximè laudabilem, minùs corruptum acrem, aut putredini obnoxium. Pro P tu cedat *Decoctum Rad. Scorzon. Caryophyll. Herb. Agrimon. Sanicul. Scord. Raſur. C. C. H dei integri. Semin. Aniſ. Fœnic. Dauc. Gran. Co toſt. Infuſ. Herb. Thée, Veron. Beton. &c.* A Irâ, Triſtitiâ, Terrore, ab Exercitatio corporis nimiâ, à Venere illicitâ atq impurâ maximè eſt abſtinendum. Inprim autem eò ſtudebitur, ut excreta omnia ſe ritè habeant. Tandem, ſi hæc Salivæ ac monia citra alium adhuc Morbum conti gat, ejusdem præcavendi gratiâ uſus fu

Diætetica.

Tab

Tabaci moderatus concedatur, atque ſingulis horis matutinis fruſtum Panis toſtum cum optimo Olivarum oleo, aut Butyro commendetur, ſuperhauriendo Vini generoſi cyathum. Atque hæ ſunt illæ Remediorum ſpecies, quibus in *Lue peſtilenti*. *Anno* 1667. heîc *Baſileæ* fortiter graſſante, ſeſe feliciſſimè præſervavit, apud Ægros quotidie numeroſos intrepido verſatus animo, D.D. *JACOBUS ROTHIUS* p. m. *Medic. Practic. in Academ. Baſil. Profeſſ.* Alii verò Medici contagioſis temporibus *Trochiſcos ſublinguales* Salivam elicientes ſibi parari curant, eosque, cum ad Ægros deveniunt, diligenter lambendo, Salivam jugiter exſpuunt, ſicque contagio, quod per Salivam apud Ægros deglutitam quàm facillimè communicari & hauriri poteſt, ſeſe haud infeliciter præmunire ſolent.

CAPUT VIII.

De Salivâ Calculoſâ.

Tandem Qualitatibus Salivæ *Calculoſam* adjicimus, ob quam eadem ſubinde in concretum lapidoſum magis minusve durum intra tubulos ſalivales abit, quod quidem facilè à Ductuum ſalivalium extenſione, tumore, indeque orto dolore ten- *Calculoſæ Salivæ diſpoſitio.*

 ſivo

ſivo cognoſcitur. Calculorum ejusmo[illegible] exempla haud pauca hinc inde apud Me[illegible] dicos Practicos occurrunt, inprimis apu[illegible] *BLANCARDUM Collectan. Medic. Phyſic. Cen[illegible] tur. 5. Obſervat.* 48.

Cauſa proxima. II. Ortum verò debet hæc Calculo[illegible] Diſpoſitio plerunque corpuſculis ſulphure[illegible] atque alcalinis, maximè volatilibus, cu[illegible] intercurrentibus particulis pluribus terreſtr[illegible] bus, quæ ſub ſtatu fluiditatis integro equ[illegible] dem per porulos Glandularum excretori[illegible] ſecernuntur, ſed ubi dein in commune[illegible] ſalivalem confluxerunt Ductum, inibi a[illegible] cedente forſan quodam frigore externo, [illegible] liave causâ occaſionali in maſſam concre[illegible] cunt lapidoſam; non ſecus atque in Ch[illegible] micis obſervare ſolemus, Liquores du[illegible] ſummè volatiles, videlicet *Spiritum Vini* [illegible] *coholiſatum*, atque *Spiritum Salis armonia*[illegible] *Corn. Cerv. Sanguin. human. Lumbricor. terreſtriu*[illegible] aliumve *alcalinum maximè volatilem*, ſic[illegible] invicem permiſceantur, ſtatim in *Maſſ*[illegible] quandam coagulari *ſaponi-formem*, quæ p[illegible] ſtea, ſi terreſtriores adjiciantur particul[illegible] ſabuloſæ inprimis, in duritiem conve[illegible] poteſt lapidoſam. Hanc verò Calculoru[illegible] generationem aliàs Philoſophi quidam [illegible] centiores particulis terreſtribus & craſſi[illegible] culis, plurimos hamulos atque uncinu[illegible] habentibus adſcribunt, quarum ample[illegible] mu[illegible]

mutuo & inter ſe invicem cohæſione, concretio ſenſim enaſcatur lapidea: Sententia certè, quæ jam priſcis Atomiſticæ Philoſophiæ Propugnatoribus notiſſima fuit, & ab eorundem fido Interprete LUCRETIO, *Carminibus de Naturâ Rerũ.* in apricum producta, quando inter alia ſic erupit:

Denique quæ nobis ſpiſſa ac durata videntur,
Hæc magis hamatis inter ſeſe eſſe neceſſe eſt,
Et quaſi ramoſis altè compacta tenere,
In quo jam genere inprimis adamantina ſaxa
Primâ acie conſtant, ictus contemnere ſueta,
Et validi ſalices. - - - - - -

Ad illam tamen *Calculi ſalivalis* productionem porrò contribuit Tubulorum ſalivarium conſtrictio, undecunque demum facta; nec non particularum terreſtri-lapidoſarum in Latice humoroſo præſentia, earundemque cum particulis ſpirituoſo-ſulphureis volatilibus ramoſis, non ſecus atque alcalibus conſociatio. In Maſſam verò humoralem tales deveniunt per Chylum non probè elaboratum, ſed particulis ſulphureis fixioribus plus minus impregnatum; qualem Cibi concoctu difficiles, Potus Vinorum generoſorum, atque tartareorum largior, Animi Pathemata vehementiora, inprimis Mœror, Lucubrationes frequentiores atque diuturniores, Venus immodica, aliaque Ventriculi coctionem turbantia, producere ſolent. *Antecedentes.*

Symptomata ſalivalis Calculi.

III. *Symptoma* præcipuum, quod ex hâc Salivæ qualitate depravatâ ac præter naturaliter conſtitutâ progignitur, eſt vicinarum Partium membranoſo-nervearum *dolorificus valdè ſenſus*, non niſi à diſtenſione & expanſione Tubuli ſalivalis nimiâ, calculoque per ſuam aſperitatem ſimul rodente atque pungente, & ita ſenſum Tactûs, ob Spirituum animalium irregularem quendam motum, moleſtiùs afficiente oriundus. Juxta quem tamen etiam Humor ſalivalis imminuitur, ſicque, propter obſtructum unum aut alterum Ductum ſalivalem, minori, quàm oporteret, quantitate in Os ſecernitur; deinde & Maſticationis atque articulatæ Loquelæ negotium propter Calculos eosdem offenditur, quatenus, dum has expedire actiones Homo cupit, Lingua ſuo motu ad calculum jugiter allidit, & moleſtiam inde percipit doloroſam.

Dolor.

Salivæ penuria.

Loquela impedita.

Curatio ſalivalis Calculi.

IV. In *Curatione* hujus Calculi, quædam internè ſunt facienda, ulteriorem ejus generationem præpedientia, quædam verò extus inſtituenda, Calculorum è Tubulis ſalivalibus exturbationem promoventia. Itaque poſt *Purgationem Pilulis mercurialibus* aliove remedio inſtitutam, commendamus uſum *Spiritûs aperitivi Penot.* vel *Spiritus Nitri* aut *Salis dulcificati ad guttulas* 8. vel 10. ſumendos inde in *Aquâ Naſturt. Fumar.* aut alio convenien-

niente vehiculo exhibiti. Juxta hæc tamen ſimul prodeſt *Potus Coffé* aut *Thée, &c.* Cui adjungimus *Pulveres, ex Ocul. Cancr. præpar. Cochleis calcinatis ac pulveriſatis, Seminibus Dauc. Aniſ. Fœnicul. Petroſelin. Cinamom. Caryophyll.* & ſimilibus cum *Saccharo* commixtis, ſubinde exhibitos. In *Diætâ* fu- *Diæta.* giantur omnia dyſpepta, imò ea ſingula, quæ Chylificationem quoquo modo offendere atque turbare poſſunt. Extus tentandum eſt, ut Calculus quâcunque commodâ ἐγχειρήσει è Tubulo ſalivali propelli & exprimi queat, quod ſcitâ digitorum appreſſione non rarò fieri poteſt, prout Practici adnotârunt. Hoc autem, ut eo feliciùs procedat, *Gargariſma* vel *Oris Collutio* non infrequens eſt inſtituenda, cum *Lacte*, cui *Malva, Parietaria, Mercurialis, Branca urſina, Alchymilla, Flores Meliloti, Chamomillæ, Ficûs*, & ſimilia fuerint incocta. Sed & aliis adhuc remediis, citra ſectionem adhibitam, ejusmodi Calculum prodiiſſe teſtatur FORESTUS *Lib.* 14. *Obſervat.* 26. Ubi *Monialem*, inquit, *quandam Delfram circa os Maxillæ inferioris prope mentum ſub Linguâ in muſculoſâ carne maxiore Tumorem, doloremve ſenſiſſe; cui Chirurgus vocatus Ficum aridam per medium ſciſſam continuò applicavit. Quo facto Lapillus quidam inſigniter durus ultrò exivit absq; inciſione, ad magnitudinem Nucis Avellanæ accedens, formæ tamen parum longioris; illo quidem Lapillo expulſo ſtatim*

omnis Dolor ceſſavit, nullâq; ſuppuratione, ſani aut pure ſubſequente, & quod dictu mirum eſt labiis Vulneris per ſe rurſum, absq; ullis medicamentis unitis. Quod ſi tamen his aut ſimilibus remediis Calculus non prodeat tum protinus inciſio Tubuli ſalivalis eſt faciendo, ſicque per foramen apertum Calculus eximendus, ac poſtea Vulnus inflictum *Melle roſaceo* cum *Aquâ Plantaginis, Flor. Liguſtr. Leviſtici, aut Brunell.* permiſto iterum conſolidandum eſt.

SECTIO III.

DE VITIIS SALIVÆ IN QUANTITATE ET QUALITATE SIMUL.

CAPUT I.

De Ptyaliſmo maligno ſymptomatico.

Ptyaliſmus malignus. I. V*Itium* Salivæ in *Quantitate* & *Qualitate ſimul* dicitur *Ptyaliſmus*, & quidem *malignus*, quemque adeo deſcribimus continuum ac nimium Salivæ acris per ductus ſalivales in Oris cavitatem effluxum, varia Symptomata poſt ſe trahentem.

II. Tr

II. Triplicem autem ejus Differentiam facimus; alius enim eſt *ſymptomaticus*, de quo hic maximè, quique citra alium morbum præcedaneum ſuis è cauſis oboritur; alius *criticus*, qui in morbis aliquibus, inprimis Febribus accedit, illasque ſolvit; alius denique eſt *artificialis*, qui arte ac ſtudio ad ſanandos quosdam morbos procuratur. De ſingulis ſeorſim agemus.

III. Quod igitur concernit primò *ſymptomaticum Ptyaliſmum*, *Cauſa* ejus *proxima* eſt Tubulorum ſalivalium tam ſublingualium, quàm lateralium laxitas nimia, ob quam major Salivæ quantitas è glandulis elicitur, ac in Oris cavitatem per tubulos excretorios effunditur. Aliquando & in culpâ eſt nimia irritatio atque ſtimulatio Tubulorum eorundem, producta à fumo Tabaci, adnotante *Celeberr.* JOH. JACOBO HARDERO, *Med. D. & Profeſſ. in Acad. Baſil.* ... *P. C. Div. S. R. I. Prpp. Archiatr.* in *Apiarii* ... *Obſervat. XLIII. pag.* 191. vel à Remediis apophlegmatizantibus ſuſcitata, quâ omninò fit, ut per motum fibrillarum in Tubulis ſalivalibus oſcillatorium, aut quendam contractivum, copioſiùs Serum quaſi emulgeatur, atque extrahatur.

Ptyaliſmi maligni ſymptomatici Cauſa proxima.

IV. *Cauſa antecedens* hujus Affectûs *propior* eſt Intemperies Maſſæ humoralis ſero-

Antecedens propior.

ſo-ſalina acris, nunc acida magis, nunc ſal
ſa, verbo, Cacochymia ſcorbutica aut me-
lancholica, in quâ Sanguis plurimis ſcate
& abundat particulis ſalſis plus minusv
acidis, acribus, ſero ſolutis, ac tali confi
guratione præcisè gaudentibus, ut nullo
in corpore poros feliciùs perreptare ac per
migrare poſſint, quàm ſalivales, dumqu
ad illos lege circulatorii motûs perveniunt
copiosè admodum transcolantur, atque i
Oris cavitatem profluunt.

Remotior. V. *Cauſa antecedens remotior* eſt Chylu
ſimilibus conſtans particulis heterogeneis
ſive ob Fermenti gaſtrici inertiam, ac ni
miam fixitatem, ſive ob Succi bilioſi a
pancreatici depravationem ſimilem, quali
ſi Sanguini permiſcetur, non poteſt no
ſenſim Dyscraſiam ſeroſo-ſalſam ipſi in
ducere.

Procatarcticæ. VI. Ad Chyli autem modò dicti gene
rationem inprimis quoque conferunt *Cauſ*
procatarcticæ & *externæ*, quas inter 1. *Aër*
ſive frigiditate Tranſpirationem inſenſibi
lem impediendo, ſive humiditate & acrimo
niâ quadam Corpus ſubeundo, Serum ſan
guineum accumulat, atque hinc Stomach
Fermentum depravando, Chylificationem
debilitat. 2. *Cibi* plurimis atque copioſi
particulis aquoſis, ſeroſis, ſalſis ſcatentes
qua

quales ſunt Fructus horæi, Carnes, Piſcesque ſale conditi, aut fumo indurati &c. Nec non inter potulenta Vini aut Cereviſiæ auſterioris frequens ad ebrietatem uſque ingurgitatio, ſimilem cum Aëre, ſi non pejorem effectum producunt. Certè, ut habet Poëta:

Hinc Pallor, Oculorum ulcera, genæ pendulæ,
Tremulæ manus, dieq; poſtero halitus
Ex ore fœtidi, omniumq; oblivio
Rerum ferè torpentis & Mors Ingenii.

Ita porrò Aqua frigida gelidave copioſiùs hauſta nocet, quia Stomachum debilitat, concoctionem impedit, ſicque Chylum illaudabilem ac nimis ſeroſum reddit. 3. Somnus exceſſivus, Quies immoderata. 4. Excreta nimia, uti Semen copioſius excretum, Sanguis largiùs effluens in Narium Hæmorrhagiâ, Hæmoptyſi, Menſibus, Hæmorrhoidibus, Lochiis, Venæſectione &c. Retenta, quando Urina haud in debitâ quantitate excernitur, quando Diaphoreſis ſive inſenſibilis Tranſpiratio impeditur, quando denique ſecretiones Lymphæ in aliquo loco impediuntur. 5. Tandem Animi Pathemata, præprimis Triſtitia, Metus, Terror &c. effectum cauſari ſimilem valent.

VII. *Symptomata* hunc Affectum concomitantia præcipua ſunt, præter *Guſtûs de-* *Symptomata.*

Guſtus depravatus. *pravationem*, cujus rationem Parte II. Secti ne 3. ſub Salivæ acrioris Symptomatib dedimus, *Animi Deliquia*, quæ quidem ori dicuntur, quando particulæ iſtæ ſalſo-ſer ſæ ita ſunt acres redditæ, ut, cùm degl tiantur, plexum orificii Ventriculi ſiniſ nervoſum moleſtè admodum irritare, ſimu que Nervos cardiacos ad conſtrictionem ſ milem per conſenſum invitare valeant, q facto Spiritibus animalibus influxus in Co dis muſculum debitus denegatur, atq hinc etiam Sanguine, propter pulſatione Cordis imminutam, tardiùs ad Cerebru per carotides appellente, tubuliſque ne voſis ſuccum ſpirituoſum ſufficientem pr bente, neceſſe eſt motûs ac ſenſûs pote tiam ſimul concidere, ſicque Hominem a mo delinquere. Sin autem Serum iſtu non tam acre ſit, ſed magis viſcidum quodque adeo particulas blandè acres ſtimulantes ita obvolvit & irretit, ut ἐνέργει ſuam in nervoſas Oeſophagi fibrillas exe re nequeant, tum *Appetitus imminuitur*, a planè *proſternitur*. Quando dein prædic modo Saliva copioſa viſcida exiſtit, tu inſtantis Salivationis tempore Glandulæ ſ livales in *Tumorem* attolluntur, tam diu d rantem, donec humor ſtagnans tubuloru excretoriorum oſtiola vi quâdam perru pat, atque ita ſibi exitum paret. Sin ve talis Saliva magis acris & corroſiva fuer

Lipothymia.

Anorexia.

Tumor Glandularum ſalivalium.

tu

tum Oris atque Faucium partes, ſi non ip- *Excoriatio*
ſius quoque Gulæ ac Oeſophagi membra- *partium*
nas excoriat atque exulcerat, imò & Gin- *Oris.*
givam erodendo, corrumpendo, *Dentium* *Caries &*
Vacillationem atque *Cariem* excitat. Ubi ſi- *Vacillatio*
mul particulæ ſulphureo-ſalinæ volati- *Dentium.*
les, è partibus corruptis ſub exſpiratio-
ne in auram exhalantes, *Fœtorem Oris* pro- *Fœtor O-*
creant. *ris.*

VIII. *Prognoſin* ſi conſideremus, Affec- *Prognoſis.*
tus talis per ſe non omni periculo caret,
altem diuturnus exiſtit, & ſæpè per dies
vitæ affligit, uti obſervavit jam laudatus
SYLVIUS, quando *Tractat. de Method. me-*
dend. Lib. II. cap. 13. §. 8. Plures, inquit, *vi-*
di tales, & cum dolore vidi, poſtquam ipſos nec
a me, nec ab aliis unquam curatos vidi, quam-
vis ſubinde illis aliquod attuli levamen, nun-
quam verò ſanationem.

IX. In *Curatione* Ptyalismi ſymptoma- *Curatio.*
tici Ægrum *medicato* priùs expurgandum
Vino arbitramur, compoſito è *Radice Caryo-*
phyllat. Acori, Helen. Ireos, Apii, Scorzon. Cichor.
Cyper. Lign. Santal. Saſſafr. Juniperin. Strobyl.
ener. Pin. Dictamn. Pœon. &c. Herbis Sanicul.
Alchymill. Origan. Naſturtior. Cochlear. Scolo-
pendr. Hepatic. nobil. Vinc. pervinc. Scabioſ. Cuſ-
cut. Rut. murar. Plantag. Adianth. Beton. Agrim.
Abſinth. Chamædr. Chamæpit. Majoran. Roriſma-
[illegible] *rin.*

rin., *Flor. Roſar. rubr. Calendul. Geniſt. An*
Papav. rhead. Semin. Dauc. Aniſ. Fœnic. Agni c
ſti, *Ammeos*, *Bacc. Juniper. Alkekeng. La*
Foliis Senæ opt. mundat. Rhabarb. elect. Aga
trochiſc. Fibr. radic. Helleb. nigr. Mechoacann. Co
Winteran. Cinamom. Sal. Abſinth. Majoran.
non. Tamariſc. &c. Si *Pilulæ* aliave ma
arrideant *Catharctica*, parentur ſicut in P
te II. hinc inde dictum, ſed à *Mercurii*
men permiſtione abſtinendum. Poſt P
gans ſuademus uſum *Decocti Lignorum*, v.
Saſſafr. Guajac. Juniper. Santal. Rad. Chinæ, S
ſæparil. Caryophyllat. &c. pro potu ordinari
ac inſimul Pulveres exſiccantes ex *Bolis*
rii generis, *Coralliis*, *Teſtaceis*, *Unicorn. foſ*
&c. Juvant ſubinde *Tincturæ*, v. gr. *anti*
thiſ. Garman. Corall. Mart. aperit. vel etia
Electuar. è *Conſerv. Roſ. rubr. Vitriol. Con*
Nuciſt. Cynosbat. Cydon. &c. *Externè* ve
commendamus Collutionem Oris freque
tem cum *Decocto Lignor.* item *Flor. Bala*
Malicorii, *Liguſtr. Fol. Myrt. Polygon. Vinc. p*
vinc. Brunell. addito, ſi placet, tantillo *A*
minis. Ulcera, ſi quæ adſunt vel metu
tur, curantur eo, quem in Ptyalismo a
ficiali paulò inferiùs indigitabimus mod
ubi ſimul Methodus ſymptomatibus a
urgentibus medendi ante oculos ponet
Diæta ſit exſiccans.

C

CAPUT II.

De Salivatione Criticâ.

I. CRitica Salivatio, quæ in variis occurrit morbis, atque inprimis Febribus, originem ſuam à particulis Maſſæ ſanguineæ ſeroſo-ſalinis heterogeneis trahit, quæ in Febri aliove morbo, ſive ab uſurpatis remediis, ſive ab accedente quodam Æthere, naturæ amico, eam conformationem, craſin, texturam atque figuram nactæ ſunt, ut per Glandularum ſalivalium poros feliciter admodum & copioſè transmitti poſſint: ſic enim Natura ſe plerunque per has vias ab onere particularum inconvenientium liberare ſolet, quamvis ſubinde non ſine aliquibus Symptomatibus, in Ptyalismo ſymptomatico, aut artificiali quoque contingentibus. *Salivatio Critica. Ejus Cauſæ.*

II. Quoad *Prognoſin*, Critica hæc Evacuatio plerunque ſperare jubet Ægros, etiam magnis in morbis, de futurâ ſanitate, quando nimirum quantitate ſufficienti Saliva ſecernitur, ſicque humoralis maſſa perfectè admodum depuratur. Ita enim legimus *Ephemerid. Curioſ. German. Decad. II. Ann. . Obſerv* 122. Phthiſicam Ptyalismo ſpontaneo, ſeptem dies perdurante, citra Mercu- *Prognoſis.*

rii

rii uſum oborto, feliciter reſtitutam fuiſ
Sic pariter in Capitis Dolore, Odontalg
gravi Auditu &c. obſervante *NUCKI*
Tractat. de Duct. ſaliv. pag. 41. Critica Sa
vatio ſæpè levamen tulit. Febrem por
ardentem Evacuatione tali probe ſoluta
eſſe, refert *BLEGNY in Zodiaco Medico-G*
lico. Tandem & *CAROLUS PISO*
Morb. Cap. intern. de Colluv. ſeroſ. Obſervat. 2
28. 29. &c. *FORESTUS Lib.* 14. *Obſerv*
XXIII. aliive, Salivationum morbos felici
ſolventium meminerunt. Quòd ſi aute
Ptyaliſmus criticus in Morbo quodam ſa
benè procedens ſubitò ceſſat, ſignum pr
bet malum; ita enim *RIVERIUS Cent.*
I. Obſervat. 74. exemplum adducit Viri c
juſdam melancholici, Febri Tertianâ cu
variis ſymptomatibus laborantis, qui pro
ter Salivationem criticam confeſtim ſu
preſſam, obortis gravioribus accidentib
vitam cum morte commutavit.

Curatio. III. In *Curatione* Ptyaliſmi critici hi
ſedulò cavendum, ne ille ſtatim ſedetu
ſed moderatè potiùs promoveatur: que
in finem *internè* quidem uſurpanda co
mendamus *Diaphoretica fixiora*, atque *Diu*
tica, velut ſunt *Ocul. Cancr. præpar. Unico*
foſſil. Tinctur. Antimon. Corallor. Salis tarta
& ſimilia. *Externè* verò Oris atque Fa
cium Exulceratio præcavenda, quod, q
fi

ſieri queat ratione, paulò inferiùs doce-
bitur.

CAPUT III.

De Salivatione artificiali.

. PTyaliſmus ſive *Salivatio artificialis* ea dicitur, quæ per hæc aut illa Remedia ſalivatoria procurari ſolet, vel poteſt. Ta-
lia autem creduntur, quæ uſque Sanguinem
viſcidum, vel pluribus particulis acido-
ſalſo-acribus ſcatentem determinato quo-
dam modo incidunt, attenuant ac fundunt,
inſimulq; poros Glandularum ſalivalium ita
laceſſunt, ut Serum copiosè transmittant,
inque Os profundant. Inter remedia ejus-
modi mitiora, recenſemus *Maſtichen*, *Thus*,
Coſtum verum, *Cortic. Citr. Radic. Zedoar. Zin-
giber. Cyper. Acori veri*, *Pyrethr. Semin. Staphid.
Agr. Eruc. Sinap. Naſturt. Coriandr. Cubeb. Car-
damom. Piper omne*, *Herb. Salv. Roriſmar. Sa-
turejam*, *Thym. Piperit. ut & Nicotianam*,
ſive maſticetur, ſive per fiſtulam ejus
fumus ſugatur. Potiſſimum verò ſa-
livatorium eſt *Mercurius*, variis adhibitus
modis, *internè* vel *externè*. *Intus* hunc
in finem commendatur *Mercurius dulcis bis
ultem vel ter ſublimatus*, atque 20. gra-
norum doſi aliquoties exhibitus, donec
ſalivatio ſuccedat, aut etiam *Cinnab. Anti-
monii*,

Ptyaliſmus artificialis.

Remedia ſalivatoria.

timonii, vel *nativa* optima, ad 15. gran:
aut tandem ipſe *Mercurius vivus* ad gr. 6. v
8. pro doſi, *Conſervæ* cuidam ſubactus
conceſſus. *Externè* verò idem *Mercurius* cu
rens vel Emplaſtris Unguentisve ſubactu
vel Cingulis inſutus applicatur. Et qu
dem *Unguentum* fit ex *Axungiâ ſuillâ* cu
Mercurio vivo, quod articulis digitoru
quotidie, uſque ad Salivationis ſucceſſu
inungitur. *Emplaſtrum* quoque ſive *Diap*
ma ſive aliud *Mercurio* imbutum iisde
locis imponi ſolet. *Cingulum* verò è *par*
rubro conficiunt utplurimùm, atque in
ejus duplicaturam *Mercurium vivum Sali*
vel *Albumini ovi* ſubactum deponunt, ſicq
poſteà de collo ſuper pectus ſuſpendun
aut circa lumbos ligant. Tandem *Su*
migium è *Maſtiche*, *Thure*, *Myrrhâ*, *Caryoph*
aromat. Succin. Piperit. Foliis Veronic. Nicoti.
Solan. Betonic. & ſimilibus cum *Cinnab*
nativâ, aut *communi factit.* paratum,
pluries per infundibulum excipiunt, ſicq
Salivationem procurant. Rationem aute
formalem, cur ſpecificè mercurialia Saliv
moveant, *Ingenioſiſſ.* GEUDERUS in *Diatr*
de Fermentis Sect. 2. *cap.* 3. accuratè indigi
ac monſtrat: *Omnis*, inquit, *Effectus*, *qu*
in ciendâ Salivatione, *ſcilicet Mercurius*, *præſ*
commodè explicabitur, *ſi cum Recentiorum n*
nullis Atomi & particulæ ejus ſupponantur
tundæ, *læves*, *lubricæ*, *ſummè mobiles*, *elaſti*

quæ quocunque modo intra corpus penetrantes, inq́; Maſſam ſanguineam delatæ eam attenuant, ſeroſam ejus partem præcipuè fundunt & ſolvunt, ut ex ea ipſa ſoluta & exagitata turgeat, elaſticam vim ſuſcipiat, atque ſuis torulis ſe continere ampliùs neſcia promptiſſimè in Glandulis ſalivalibus ſecernatur, ſicq́; ſenſim Ptyaliſmum formet. Confer in hanc rem ulterius, ſi placet, *Excellentiſſim. Dn. Dr.* WEDELIUM *in Univerſitat. Jenenſ. Profeſſorem Celeberr. in Amœnitat. Mat. Med.* nec non *Experientiſſ. Dn.* EMANUELEM KOENIG, *Phil. ac Med. Doctor. atque in Univerſit. Baſil. Phyſic. Profeſſ. ordinar. in Regno Mineral.*

II. *Symptomata* à Salivationis artificialis productione oriunda ſunt, pro materiæ ſalivalis varietate, varia. Dum enim Mercuriale remedium in uſum tractum operari incipit, Glandulæ Oris atque Faucium paulatim intumeſcunt & dolent, poſteà verò aperiuntur, atque Saliva primò viſcida, plus minùs acris profluere ſolet, aquâ, cùm dein ſuperficiales quædam partes corrumpuntur ac in putredinem abeunt ulceroſam, *Fœtor* halitûs intolerabilis producitur; Tunicæ hinc Glandulæque Palati exulcerantur, Lingua etiam ipſa, ni præcaveamus, eroditur, atque foramina acquirit ulceroſa. Quando autem ulteriùs Salivatio noctu diuque per plures dies in-

Symptomata Salivationis artificialis.

Glandularum Oris Tumor.

Fœtor.

Partium Exulceratio.

 deſinen-

deſinenter procedit, quemadmodum ad 20 plerunque dies durare ſolet, tum verò præ-

Anorexia, Lipothymia, aliaque.

ter *Anorexiam* & *Vigilias* etiam *Animi Deli*quia, *Laſſitudo inſignis*, *præcordiorum Anxieta*tes, *Dolor Capitis vagus*, *Vertigo*, *Gingivarum Corruptio*, *Dentium Vacillatio*, aliaque ſubo-riuntur. De quibus conſule ſis Practicos atque inprimis etiam prælaudatum *Excel*lentiſſ. *Dn. D. HARDERUM Apiarii ſui pag.* 19

Prognoſis.

III. Quantum ad *Prognoſin*, etſi Pty-lismus in aliquibus morbis, v. gr. *Lue Ve*nereâ, *Scabie fœdâ*, *Leprâ*, *Scirrhis* &c. ſalu-tariter inſtitui conſueverit, ſi tamen non cautè admodùm, ac impræparato corpore excitetur, inque ipſo fluxu partes Oris ne-gligentiùs muniantur, tum omninò letha-lis evadit, Hominemque è medio tollit, quemadmodum ſatis frequenter Ægrotis ſub Barbitonſorum imperitorum curâ ver-ſantibus, accidere ſolet. Si medio ſui cur-ſu ſubitò ceſſet Ptyalismus, *Anxietatem Pe*ctoris, *Catharrum ſuffocativum*, mortemq; poſt ſe trahit. Reperti ſunt etiam, qui erosione veſicularum aut vaſculorum Pul-monis in Ptyalismo, redditi ſunt poſt *Phthiſici* aut *Hæmoptoici*.

Curatio Ptyalismi artificialis.

IV. Quoad Ptyalismi artificialis *Cura*tionem, oportet ut ejus expectetur termi-nus poſt 20. diem, qui quidem exinde cogno-

citi

…citur, quando Saliva, quæ hactenus ſemper turbida fœtidaque extitit, tenuis, clara & limpida iterum apparet. Atque hoc præſente ſigno *Purgans* eſt exhibendum, idque, ſi opus videbitur, reiterandum; Dein adhuc beneficio *Decocti Lignorum*, atque *Herbarum* quarundam *Traumatico-aromaticarum, Cephalicarum* & *nervinarum*, quotidie exhibiti, Sudor eliciendus, Nervi roborandi, atque reſtitantes adhuc Mercurii particulæ in …uras expellendæ. Externè verò ad ſiſtendum fluxum utiles ſunt Oris collutiones ſuperiùs jam laudatæ. Deliquiis Animi, in ipſo Ptyaliſmo contingentibus, occurrendum eſt frequentibus Carnium juſculis, et & *Mixturâ quadam Cardiacâ* ex *Aquis deſtillatis Borragin. Bugloſſ. Flor. acaciar. Roſar. Syrup. rub. idæi, Flor. Tunic. &c. Confect. Alkerm. …atr. Perlar. præpar. Antimon. diaphor. C. C. philoſoph. præpar. Ebor. præpar. Man. Chriſt. perlat. …t ſimil.* per cochlearia exhibendâ: cui ſi …mmiſceatur *Liquor C. C. ſuccinat. Eſſent. Succ… Zedoar. Betonic.* ſimul Vertiginem ac Cephalalgiam minuent. Oris Exulcerationes præcaventur frequentiſſimâ elotione, cum *Decocto Herb. Brunell. Fumar. Grat. Dei, Millefol. Vinc. pervinc. Veronic. Scord. Scabioſ. Card. …ned. Flor. Malvæ hortenſis, Liguſtr. Calendul. Roſar. rubr. Chamomill. Lapid. Prunellæ, &c.* …cto in Aquâ communi, cujus Colaturæ …ddi poteſt *Mel roſaceum, Syrupus Dianu-*

 cum

cum &c. Ulcera verò jam facta curantu *Aquis deſtillat. Veronic. Chamædr. Plantag. &c* cum *Melle roſaceo, Roob. Dianucum, Lapid. Hæmatit præpar. Sangu. Dracon. ver. Bol. Armen. Cochlear cum Teſtis calcinatar. pulvere* permiſtis; qu Mixturâ calefactâ Os ſæpiùs eſt eluendum Alii hunc in finem utuntur, vel *Decoct Raparum*, vel *Lacte vaccino*, *Melle roſaceo* aut *Saccharo* edulcoratis. Dentium Vacillationi poſt Salivationem proſpicitur *Aquâ deſtillatâ Plantag. Polygon. Card. benec* ſimilique, cui fruſtulum *Vitrioli Hungarici* e immiſſum; poſteà quoque dentifricius commodus Pulvis cum *Melle roſaceo*, aut *Tincturâ Lacc. Florentin.* mixtus ſubinde Gingivis illinatur.

FINIS.

DI

DISSERTATIO MEDICA NONA

De THERMIS FAVARIENSIBUS RHÆTIÆ,

Vulgo Pfeffers-Bad *dictis.*

CAPUT I.

Balneorum Uſus antiquiſſimus. Inſtitutio & Extructio eorundem publica privataq; apud Romanos. Adhuc hodie uſitata apud Populos Orientales Balnea ferè quotidiana. Helvetia Aquarum mineralium feraciſſima. Exempla nova veteraq; Balneorum atq; Thermarum mineralium. Thermarum Onomatologia.

QUanquam Conditor Univerſi hujus, infinitè potens ac ſapiens, *Humani Corporis* fabricam

Fabricâ Corporis humani excellens. multis prærogativis inſtruxerit, omnibusque adeo cœterorum viventium corporibu excellentiorem, præſtantiorem, muniisqu hujus vitæ obeundis longè magis idonea reddiderit, ſuis tamen illa, vel in prim *Sed infirma tamen.* jam Mundi ætate, infirmitatibus divexa fuit: nec mirum, ſic enim meruit fœd Protoplaſtorum lapſus, ſic meremur p illos omnes. Quo tamen non obſtante, cl mentiam non minus quàm magnificentia ſuam miſericors ille Pater exercere volui *Deus Auctor Remediorum.* dum Remedia quoque in creatarum à ſe r rum naturâ conſtituit omnivaria, quib labefactatam ſubinde Corporum ſuorum nitatem redintegrare Homines poſſent. I *Aquæ minerales.* ter hæc infimum minimè locum occupa minerales Aquæ, & ſoterii Fontes, qu partim in Balneis, partim in Potu adhib ſalutariter conſueverunt. Sitiens certè latum invitabat primitus ad puriores aqu ſuis è fontibus hauriendas, bibendasqu mox & corporis ſordes, frequentesque dores, in quibus primi etiam Homines gebantur ſuum comedere panem, ad mu diſicanda invitabant corpora, ad eluendu pulverem, ad vires tandem corporis, lal re qualicunque fatigatas, refocillandas. N *Balneorum Uſus.* que enim profectò ſimplex lotio manuu pedumque ſuffecit, quin maturè Balneor uſus inſtituebatur, quo totius omnino C poris ſordities extergeretur. Facere

Br

Bruta obſervabantur, quidnî etiam Homines idem ſibi commodum afferre didiciſſent?

II. Unde *Balneorum* fuit uſus antiquiſſimus, tantùm non apud populos omnes receptus, ſive frigida eſſent illa, ſive calentia. Vidit certè Rex *David* formoſam in Balneo *Bazebam*, *Suſannam* in lavacro conſpectam Senes illi deperibant Judices, ut alia vetuſtiſſimæ ætatis exempla prætercam, quibus antiquiſſimum Balneorum uſum demonſtrare licet. Equidem GALENUS diffuſis in *Commentariis* ſuis *Balnea* nonniſi obiter hinc inde attingit, expreſsè verò eorum naturam & uſum multiplicem reticet ubique, fortè quòd experientiâ nondum ſufficiente inſtructus, vel quòd temporis penuriâ excluſus fuerit, ad tanti momenti rem cum dignitate pertractandam, vel quòd adeo communis extiterit tum uſus Balneorum, ut quemlibet crederet per ſe eorundem utilitatem nôſſe. Miramur magis, hodiernos quoque Medicos ſuis in Inſtitutionibus, aliisque ſcriptis, tam parcè Balneorum, quorum tamen fructus inſignes minimè negant, mentionem feciſſe. Ante GALENUM autem, qui floruerunt inſignes Medici, CORNEL. CELSUS, SCRIBONIUS LARGUS, ANTON. MUSA, HERODOTUS, ASCLEPIA- *Antiquiſſimus.*

Balneorum Æſtimatores veteres.

DES, aliique, Balneorum uſum ſuis i Scriptis magis celebrârunt. Nec tacuerun Hiſtorici, Poëtæque haud pauci, v. gr PLINIUS, VITRUVIUS, STRABO, LI VIUS, HORATIUS, & multi alii, qu *Balneorum* virtutes ſingularibus laudibus, & carminibus encomiaſticis extulerunt. Qui tanti illa momenti apud Antiquos fuiſſe no tantur, ſive ad conſervandam, ſive ad me liorem quoque reddendam vitæ rationem ut non ſolùm privata plurima, ſed & pu blica ferè ubique, in Græciâ primûm, hin & in Latio ſplendidè exſtruerentur, eaqu religiosè ac diligenter, imò à multis quo tidie ceu Munera Deorum frequentarentur

Balneorum poſt exercitia corporis Uſus.

Apud Romanos certè jam primâ Reipubli cæ ætate, dum Juvenes in militaribus ex ercitiis quotidie informabantur, huncqu in finem *Curſus*, *Luctæ*, *Saltus*, *Pugillatus* aliaque armorum exercitamenta inſtitue bantur, *Balneorum* quoque ratio fuit habi ta. Conſtituerunt videlicet Patres novitia Urbis *Campum* ſic dictum *Martium*, Tiberi flumini vicinum, ut in hoc Adoleſcente ſudorem, pulveremque ab exercitatione ac quiſitum mox eluere, ac laſſitudinem cor poris, balneando, natandove ſimul depo nere valerent. Ex hoc more ſeſe in Flu mine lavandi, paulatim non frigida am plius aqua, ſed potius *calentia Balnea*, *Ther mæve* fuerunt in uſum tractæ, & tanto qui dem

dem id frequentius, quando Medici ſimul eas ad ſanitatis conſervationem, & ægritudinum depulſionem commendabant. Atque hinc ferè ſemper Thermæ Palæſtris jungi cœperunt, ut Juvenes in illis fatigati ſeſe mox in Thermas recipere, ſuasque inibi vires priſtinas recuperare poſſent. Imò tandem res eo devenit, ut, ubicunque erigebantur ædificia publica, juxtà ſimul & Thermæ conſtituerentur; cumque ſufficientes in viciniâ Aquæ, ad obtinenda ejusmodi commoda non ſuppeterent, interdum etiam peregrè illas, per extructos hunc in finem, incredibili ſumtuum erogatione, Canales & Aquæductus accerſebant, quorum proin veſtigia hodienum hinc inde conſpiciuntur, ubi Romani veteres colonias atque civitates inſignes habuerunt. Præprimis autem celebria olim apud Romanos fuerunt, quoad magnificentiam, *Balnea Antoniana, Agrippina, Ciceroniana, Neroniana*, alia.

Thermæ Palæſtris junctæ.

III. Tantus dein, tamque frequens uſus fuit *Balneorum* apud Veteres, ut plerumque ante cœnam ingrederentur ipſa ad corpus eluendum. Qui mos fortè etiam apud antiquiores Judæos & Iſraëlitas fuit inter nobilioris conditionis Homines uſitatus. Salcem hodiernâ adhuc die, ſi vera ſunt, quæ nonnullis ſcribuntur, Mahometani, aliique Aſiarum Populi, tantùm non quotidie in

Balneorum Uſus frequens apud Veteres.

Et hodiernos Orientis Populos.

in Balneis ſeſe lavare ſolent. Neque ver
cutim ſolùm curandi & detergendi, ſed v
inprimis ſanitatis conſervandæ, imò & r
ſtituendæ gratiæ calentium aquarum Baln
fuiſſe uſurpata credibile eſt. Quod ipſu
Natura jam primævos Homines docuiſſe v
detur; quibus ſenſim peragrando inhal
tandoque terraqueum globum, ſcaturient
hinc inde calidi aquarum mineralium fo
Thermarũ Inventio prima. tes innotuere, ut ex ordinario ſic Balne
rum uſu apud ſanos, tandem & extrac
dinarius eorundem apud Ægros fuerit i
troductus, iſque etiam poſt expertos ſal
tares effectus à pluribus ſucceſſivè repetit
Thermis autem ejusmodi *Europa*, & in
In Helvetiâ Thermæ plures. maximè *Helvetia* noſtra dives exiſtit, in q
quidem *Badenſes*, *Leucenſes*, *Habsburgenſ*
Weiſſenburgenſes, atque *Favarienſes* eminer
quorum certè *Badenſes*, *Leucenſes* & *Fa*
rienſes ita calent, ut ulteriore calefactio
non indigeant, reliquæ verò tepidæ ſolù
ſunt, atque pro balneationis uſu porrò
lefieri debent. Omnes autem hæ Therm
cùm quotannis æſtivo tempore frequent
à pluribus non ſine fructu ſoleant, animu
protinus ſubiit, quædam de *Favarienſi*
Rhæticarum Naturâ ac *Viribus* in mediu
proferre, quâ quidem in tractatione ta
breviores erimus, quando plures jam a
nos *Soterii* hujus *Fontis* deſcriptionem in
cem dedêre; velut ſunt AUGUSTIN
STOEC

STOECKLE *Cœnobita Murenſis*, MARTINUS RULANDUS, THEOPHR. PARACELSUS, LEONH. THURNEISERUS, FABRITIUS HILDANUS, MATTHÆUS ZIMMERMAN, LAURENTIUS FORER, JOHANN. REITIUS, aliique. Dicamus tamen nonnulla, de quibus illi omnes tacuere hactenus. Singula verò ut ad Divini Nominis gloriam, proximi ſalutem, noſtrumque commodum vergere poſſint, ex animo vovemus.

Thermarũ Favarienſium Deſcriptores.

IV. *Thermarum* vox origine quidem *Græca*, in latinam tamen civitatem dudum recepta eſt, derivata ab adjectivo græco θερμὸς, *calidus*, *fervens*, *ardens*: quod nomen ſubſtantivè ſumtum denotat, in *genere* quidem, Aquam qualemcunque, ſive naturâ, ſive arte calentem: in *ſpecie* autem ſæpiùs indigitat *Aquas minerales*, *naturâ* magis calentes, quàm *arte* calefactas. Attamen diſtinctio illa *Thermarum in naturales* & *artificiales* non eſt improbanda; præſertim cùm hodierna die *Balnea* habeantur hinc inde *mineralia*, i. e. mineralium quorundam admixtione imbuta, quorum aliqua *naturâ frigida* ſunt & ad uſum calefiunt, hinc ubi calefacta ſunt, *Thermæ artificiales* dicuntur: aliqua verò *naturâ calent* plus minùs, indeque *Thermæ naturales* appellantur. *Favarienſes* proin noſtras Aquas ſub titulo *Therma-*

Thermarum Onomatologia.

Earum diviſio in naturales & artificiales.

Aquâ Favarienſis naturâ calens.

rum, & quidem *naturalium* comprehendi[illegible] mus, quòd naturâ caleant, arteque null[illegible] ad ulteriorem calorem recipiendum indi- geant. Unde autem nomen *Favarienſium* vel *Favariarum* Thermæ hæ fuerint adeptæ[illegible] optimè monuit AUGUSTIN. STOECK[illegible] LE, in *Tractat de his Thermis pag.* 13. *A' per[illegible] antiquo*, inquit, *Monaſterio, cui* Fabaria *no- men, ipſe etiam ejusdem Fons & Thermæ, Fab[illegible] riæ ſeu Favariæ primùm cognominatæ* fuerunt[illegible] *dein à vulgo* Fabars, ſeu *Favars*; *poſtea pe[illegible] protheſin* Phavars, & Pfevers, ſcil. Pfefers[illegible] *indeq; paſſim à Germanis* Pfäfers-Bad; *quam[illegible] mutationem promoviſſe cenſetur trium iſtarum li[illegible] terarum* b. v. f. *apud multos Germanos prop[illegible] idem ſonus. Proinde iſtius nomenclaturæ ignar[illegible] nonnulli à Pipere, Germanicè* Pfeffer/ *dictas ar[illegible] bitrati* Piperinas Thermas *appellitarunt.*

CAPUT II.

Thermarum Favarienſium Situs, prim[illegible] Inventio, Scaturigo, Canales, pe[illegible] quos fluunt. Domus Diverſorii, Do[illegible] minus Loci.

Thermar[illegible] Favarienſium Scaturigo.

I. SCaturiunt *Thermæ Favarienſes* ſub Sax[illegible] quodam, in limitibus Rhætiam a[illegible] Helvetiâ diſterminantibus, & quidem ſu[illegible] *Valentia Vico*, in anguſtiſſimæ vallis (pe[illegible]

quan[illegible]

quam torrens, *Taminna* dictus, à meridie verſus ſeptentrionem per rupes inacceſſibiles magno cum ſtrepitu decurrit) antro obſcuro, ſive præcipiti cavernâ, per vetuſtatem prælongam in altum excavatâ, ovalis propemodum figuræ, ac navim veluti roſtratam repræſentante. Diſtant autem à *Monaſterio Favarienſi*, ad quod ipſæ Thermæ pertinent, itinere unius horæ, à *Curiâ*, Rhætorum metropoli, trium milliarium germanicorum, à *Ragazio*, oppidulo *Præfecturæ Sargantinæ*, ſeptem Helvetiæ Cantonibus antiquis ſubjectæ, duarum horarum intervallo. Supervacaneum eſt hoc fuſiùs deſcribere Antrum, in quo Thermarum fons ſcaturit, quod prolixâ admodum deſcriptione *Cœnobita* idem STOECKLINUS præmittit; ſufficit heîc ſcire, profundiſſimam eſſe ſpeluncam, præruptis undique rupibus altiſſimis in fornicis lacunaris & arcûs modum à naturâ excavatam, ſolaribus radiis ferè inacceſſam, quippe qui vix horæ ſpatio ſub meridiem antrum iſtud perluſtrare valent. *Earum ſitus.*

II. Detectus eſt primùm, repertusve hic Fons, notantibus JOH. STUMPFIO *in Chronicis Helvet.* & JOH. GULERO *in deſcriptione Rhætiæ*, à quodam antiquæ familiæ nobili Viro, *Carlinorum* ab Hohenbalcken/ quem venationi & aucupio addictiſſimum *Inventio prima.*

tiſſimum appellaverunt Aucupem, der Vogler; Hic enim, cùm aliquando non ſine maximo vitæ periculo ſylvaticos Corvos, Waldraben/ quibus Nobilitas Regionis in cibis delectari ſolet, nido detrahere vellet, eumque in finem rupes Antri ſcopuloſas deſcendiſſet, atque vapores halitusve copioſos in ſublime perpetim aſſurgentes animadvertiſſet, funibus ſeſe in Antri profunditatem demiſit, ibique calidum è ſaxis effluere Fontem deprehendit, ac Thermas adeo ipſas invenit, & quidem Ann. Christi 1240. ſub *Friderico II. Romanorum Imperatore* atque *Hugonis à Willingen, Abbatis Favar.* regimine.

Pertinent ad Abbatem Favarienſem.

III. Poſtquam autem curâ Regentis modò dicti reverendiſſimi Abbatis, ad quem locus hic propriè ſpectabat, Fons iſte naturâ calens ulteriùs detectus examinatusque fuerat, in uſum quoque ſenſim ad balneandum corpus trahi cœpit, & quidem tanto cum fructu ac ſucceſſu, ut plures inde Ægrotantes variis in morbis egregium non duntaxat levamen, ſed & integram valetudinem recuperarent. Uſque adeo ſi ſalubres hæ Aquæ paulatim fuerunt inventæ, ut tandem omnibus facilè Thermis præferri mererentur, ceu quarum prodigioſi effectus omnem calamum, linguamque omnem facilè ſuperarent. Cæterùm

Fon

-ons hic à Torrentis *Taminnæ* dextrâ, Orien-tem verſus, per varias petrarum fiſſuras, præcipuè in loco, quem *Caldarium* (Den Keſſel) Incolæ nuncupârunt olim, ſub con-cavo & obſcuro lapide ſcaturit, indeque uas adeò copiosè dat aquas, ut molæ prope-modum frumentariæ trudendæ ſufficerent. Quin adhuc major longè Aquarum talium opia ſuppeteret, ſi calidi Fontes omnes oaleſcerent, vel in unum alveum congre-ari poſſent, qui in pluribus Antri locis bullire deprehenduntur. Fovea autem, ve *Caldarium* ſuâ profunditate adulti Ho-inis altitudinem exæquabat; quam ob m lignea poſtliminio crates, ne quis illic cilè ſubmergeretur, eidem impoſita fuerat.

IV. In hoc itaque Antro Lavacra ſaxis *Balnei veteris Conditio.* ciſa, vel è ligno fabricata erant, quibus omines inſidendo ſeſe balneare poſſent. ccurrente verò quotannis Valetudinario-m multitudine, ædificia quoque in An-o non ſine ingenti impensâ fuere extruc-, in quibus Illi per tempus balneatio- divertere poſſent; atque ſic per pluri-os annos in hoc Ægrotantes Antrum ſa-atis curandæ ergo deſcenderunt. Cùm em ædificia talia, è ligno ſolo fabricata, is velut appendi, hincq; non ſolùm quo-nis multum reſtaurari, ſed & quibusvis odecim annis de novo erigi deberent, ac nihilo-

nihilominus quolibet momento ædific
modò extructi, ex collabentibus ſive proc
ris arboribus, ſive rupibus & ſaxis, ruin
metuenda erat, cogitatum tandem eſt ſer
de Thermis his in meliorem commodi
remque locum, periculis minus obnoxiu
deducendis; deliberata res eſt diu multum
que, donec tandem poſt collapſas fortè
Antro horrendo ædes, in principio An
1630. per extructum, à conducto hunc
finem *Johanne Zellero*, Algovio *Fabro Lign*
rio, Aquæductum ligneum, ducentas qu
tuordecim circiter ſeptempedas longum
ponticulo, montis lateri orientali juxta to
rentem infixo, inſidentem, calidiores *Fon*
ſoterii Aquæ, quatuor certè menſium ſpati
ex abominabili illâ ſpeluncâ in apertiore
amœnioremque vallis locum, periculis m
gis carentem fuiſſent translatæ, ubi ſim
poſteà Ædificium atque Diverſorium cu
Balneis unicâ domo comprehenſum erig
batur; adeo ſcilicet amplum, ut quadri
gentos facilè Homines Thermis uſuros
pere poſſet.

Thermarũ Dominus. V. Sumptus ad hoc opus omnes, u
immenſos, minimè tamen pœnitendos
benter erogavit vivens tum temporis M
naſterii Favarienſis, (Ord. S. Benedicti
Carolo quodam *Martello*, Anno Chriſti 7
ſub titulo *S. Mariæ ad Favariam*, funda

Ab

*Abbas ac Princeps S. R. Imper. Illuſtriß. Dn. Jo-
docus*, ſub cujus dominio indiſputabili Ther-
marum locus exiſtit, qui certè Domum ita
commodè apparari curavit, ut in infimâ
quidem contignatione Balnea ſ. Lavacra,
Virorum, Fœminarum, Pauperumque ſe-
paratim, in reliquis verò contignationibus
multiplicia conclavia, hypocauſta, & cu-
bicula pro recipiendis hoſpitibus apprimè
accommodata ſuppeterent. Nil attinet heîc
fuſiùs *Ædificii* ſeu *Diverſorii*, in 5. ambula-
cra ſive pavimenta diviſi, magnitudinem
ac conditionem qualemcunque deſcribere,
fecerunt hoc ad nauſeam STOECKLE,
ZIMMERMANNUS, & alii. Hoc ta-
men præterire non licet, Ædificium inter
altiſſimos montes, in ſpaciolo expanſæ
puntillùm profundiſſimæ vallis extructum
eſſe, quouſque profectò Thermæ per 120.
ligneos canales, ſexcentos præter propter
paſſus efficientes, deduci debuerunt. Ab
ipſo autem Ædificio ſeu Domicilio, quod
pro loci naturâ commodius certè fieri haud
potuiſſet, orientem verſus, altus planus-
que eſt paries lapideus, cujus altitudo etſi
ill 622. pedes aſſurgat, nullum tamen inde
periculum Ædificio imminet. Cùm autem
Domus iſta ſenſim ad ruinam declinaret,
non reſtaurari tantùm illam hoc tempore,
ſed & novam penitus, eamque priori lon-
gè magnificentiorem hodiernus *Abbas Reve-*

Ædificii Balneorum ſtatus.

Aquæductus Thermarum ligneus.

 rendiß.

rendiſs. aliquot paſſibus inferius exſtrui cu-
ravit. Dictum autem inter parietem, at-
que Ædificia iſta, amnis ſive torrens *Tamin-*
na frigidiſſimus tanto cum impetu ſupe-
ingentes lapidum & ſaxorum moles devol-
vitur, ut præ continuo aquarum illius ſtre-
pitu, ventorum ſibilus, murmuraque ton-
truum ingentia audiri vix queant.

Montium terris incumbentiū fertilitas.

VI. Etſi autem Vallis ſatis profunda ac-
huc ſit, & montis anguſtum rictum eff-
ciat, in quâ Thermæ hærent, Montes ta-
men incumbentes fertiliſſimi, inque iis pr-
ta & paſcua habentur per æſtatem læ-
ridentia, plantis certè omnivariis ſaluberr-
mis refertiſſima, ut neſciam planè, utru-
Montes alibi facilè reperiantur, diſtrict-
harum Thermarum, quoad herbariam ren-
ditiores. Non enim *Graminum* duntax-
optimorum altè ſuccreſcentium ubertas et-
ſed & *Plantarum vulnerariarum*, aliarumq-
alpinarum quamplurimarum, aliàs etiam r-
riorum, proventus feliciſſimus, ut in-
ſufficientiſſimè colligere queas, quæ ext-
ras Galliarum, Italiæ, Belgiique in o-
transmiſſa, pretioſiſſimis etiam Indiaru-
Thée foliis haud difficulter anteferantu-
Sed & heîc reperire datur Saxorum non
communium frequentiam; *ſciſſilis* enim,
que *niger Lapis* copioſiſſimus, imò & *M-*
moris nigricantis copia tanta, ut viliori ill-

Marmoris nigri proventus.

pre-

ꝑretio ad exſtruenda ædificia, quàm alios
nabere lapides queas, eaquepropter etiam
Templum atque Ædificium Cœnobii Fava-
iienſis magnam partem ex hoc ipſo Mar-
more nigro ædificatum conſpicere liceat.
Neque ſilentio heîc prætereunda eſt Aëris
Montium Favarienſium levioris ac purioris,
ontanarumque dulcium ac frigidarum A-
uarum, copioſiſſimè in montibus his ſca-
urientium, ſalubritas, cui certè fidem, ſi
uid aliud, adferre magnam poteſt Inco-
arum longævitas, jumentorumque heîc
aſci ſolitorum conſtans incolumitas ab
mni tempore notata. Bonitas inprimis
ëris vel inde ſimul cognoſcitur, *quod Muſ-
as perpaucas, Serpentes verò & Bufones nullos,
anas autem rariſſimas locus ille foveat*, obſer-
ante FABRICIO HILDANO.

Aër ſalubris.

CAPUT III.

hermarum Favarienſium Qualitates variæ, Color, Sapor, Odor, Calor. Earundem Mineralia & Contenta. Experimenta varia cum his Aquis inſtituta.

AQuas nunc ipſas, ſi quoad natu-
ram & eſſentiam examinare cu-
amus, illarum primo intuitu ſtatim oc-

Color Aquarum Favarienſ.

currit notandus *Color* cum *Perſpicuitate*. C
lorem enim ab aquarum limpidiſſimarum
colore minimè diverſum, atque *Perſpicuit*
tem cryſtallinâ ferè pellucidiorem Therm
noſtræ obtinent, uſque adeo ut, ſi ab e
terno qualicunque aëris motu libera, qui
ta & tranquilla in lavacro exiſteret, a
primum adſpectum aquas ei ineſſe pern
gares, lavacrumque, ſiccum prorſus à
putatum, incautus facilè cum indument
ingredereris, quemadmodum hoc Curioſ
lis, *Serpentinarum Thermarum*, milliaris inte
vallo ab *Acidulis macro-ſualbacenſibus* diſta
tium, ac ſimili perſpicuitate gaudentium
ſcaturiginem luſtrantibus interdum conti
gere audivimus. Qui adcurati ſunt in ex

Earum Perſpicuitas.

minandâ Liquorum, & inprimis Aquaru
transparentiâ, non adeo difficulter Th
mas quoque has ab aliis Fontium quampl
rimorum aquis dignoſcent; habent eni
Favarienſes Thermæ *ſplendentem* vel
quandam *Perſpicuitatem*, qualis vix al
cernitur in Aquis. Efficitur autem ill
tali molecularum aquearum ſitu, ut null
transeuntibus radiis viſivis obſtaculum in
ciant, qui certè radii, quo rectâ magis lin
transmittuntur, eo magis etiam transpar
obſervantur. Fluit inde quoque *Conſiſte*

Conſiſtentia.

tia, quæ noſtris ineſt Thermis, adeo ſub
lis & limpida, ut tenuior vix eſſe que

II. O

II. *Odore* verò omni noſtræ carent Thermæ, ſicut aliæ quævis Aquæ, in quibus neque ſalinum, neque ſulphureum ullum volatileque dominatur elementum. Imò neque evidentem *Saporem* habent, quem facilè ſive ad *acidum*, ſive ad *ſalſum*, ſive ad *amarum*, ſive ad *acrem*, ſive denique ad *dulcem* retuleris. *Inſipidum* vocare hinc ſolent, quo tamen etiam noſtras ab aliis Aquis fontanis Thermas dignoſcere poſſumus. Habent aliæ ferè quævis Aquæ ſaporem inſipidum quidem, ſed eum tamen nonnihil aſperiuſculum, Thermæ verò noſtræ Saporem habent molliuſculum, & quaſi farinaceum, non niſi mineralibus, quibus ſunt refertæ, particulis ſubtiliſſimis adſcribendum.

Odor nullus.

Sapor molliuſculus inſipidus.

III. *Calorem* dein vel à naturâ habent Thermæ noſtræ ita temperatum, ut nullus unquam hactenus extiterit, cujuscunque etiam ætatis Homo, qui ſive in potu, ſive in balneo, quod maximoperè mirandum, dixerit, ſibi nimium calidas, aut tepidas nimis eſſe has Aquas. Et quidem hac in re peculiare hoc habent *Favarienſes*, præ reliquis Europæ Thermis, quæ vel calent magis, ſicut *Badenſes Helvetiæ*, *Leucenſes Valleſiæ*, *Carolinæ Bohem. Plumbariæ Lotharingiæ*, *Wisbadenſes*, &c. vel tepent nimis, quales ſunt v. gr. *Halſpurgenſes*, & *Weiſſenburgenſes Helveticæ*, aliæque.

Calor nativus maximè temperatus.

Unde perpetuus Thermarũ Calor?

IV. Sicuti verò hæc ſatis ita ad ſenſu[m] patent, ut nemini dubium moveant, i[ta] minus certum eſt, unde perpetuus ille The[r]marum noſtrarum Calor proveniat? Qu[a] quidem in abſtruſæ indaginis re diverſ[æ] adeo ſunt Eruditorum ſententiæ, ut diff[i]cilè ſit eligere, cuinam ſubſcribere veli[s]. Nihilominus haud leviter à vero aberra[re] nobis videntur ii, qui vel ab *Antiperiſt[aſi]* quadam; vel à *Vaporibus* per ignes ſubte[r]raneos excalefactis, & in terræ ſuperfic[ie] iterum ab externo frigore congregatis; v[el] à *Calce vivâ, Terrâve calcariâ*, aut *Sulphur[e]*, *Bitumine*, & *Lithantracibus*, ſuper quæ co[r]pora Thermæ forſan decurrunt, Calore[m] talem derivare conati ſunt. Quod eni[m] primam harum Cauſarum attinet, ſi ſub[ſi]ſtere hæc poſſet, certè ubique in Terræ p[ar]te corticali ferventes ſcaturire deberent [a]quæ, cum *Antiperiſtaſis* illa, ſi continge[ret] uno in loco, ubique certè contingere [de]beret, nullo quippe interveniente obſtacul[o]. In ſecundâ Causâ vel id nobis videtur co[n]ceptu impoſſibile, quomodo calentes è p[ro]fundiſſimis Terræ abyſſis Vapores, dum [u]bique per poros divagantur, iterum in u[no] quaſi puncto ad componendum Fontem c[oi]re, indeque violento niſu per tot ſecula [æ]qualiter profluere? Vel quomodo iid[em] Vapores ſic divulſi per frigidas Terræ gle[bas] ſuum nihilominus calorem retinere quea[nt]

Nec ab Antiperiſtaſi, Nec à Vaporibus, Neque à ſulphureis aut calcariis Terris.

In tertiâ Causâ hoc etiam noſtrum captum longè ſuperat, quomodo nempe *Calx*, *Bitumen*, *Sulphur*, *Lithantraces* &c. materiam perpetim æqualiter ad fovendum iſtum calorem ſubminiſtrare valeant, nec tamen ſeculorum edacitate conſumantur? Nunc enim materia uberior, nunc parcior pro excitando ejusmodi phænomeno adeſſe debebit; neque adeo diu conſtanterque pro efficiendo continuè per tot ſeculorum decurſus æquali calore ſuppetere poterit. Placuit hinc Neotericis quibusdam aliter paulò hac de re diſſerere, atque ſtatuere, in Terræ viſceribus è continuo occurſu & colliſione duorum corporum, naturâ ſuâ ſibi invicem contrariorum, v. gr. *acidorum* & *alcalinorum*, Effervelſcentiam perpetuam excitari, eâque mediante calorem Aquis imprimi; quemadmodum ſimile quid in variis experimentis chymicis probè inſtitutis obſervare licet, ſi v. gr. *Spiritus Vitrioli* cum *Oleo Tartari* committatur, aut *Aqua fortis Cupro*, vel *Ferro* affuſa per aliquot horas relinquatur. Verùm & in hac opinione illud ſtatim deſideramus, quomodo continua ejusmodi oppoſitorum Salium præſentia, vel continuè eadem quoque copia probari poſſit? Quomodo item factum ſit, fiatque adhuc, ut præcisè eadem talium Salium quantitas adſit, ad Caloris ſimilitudinem per tot ſecula

Neque à Colliſione & Efferveſcẽtia Salium pugnantium.

conſervandam. Fatemur certè in his no bis hactenus à nemine factum eſſe ſatis.

Neque à ſolis Ignibus ſubterraneis.

V. Non melius rem acu tangere viden tur, qui talem Aquarum mineralium Fer vorem *ſubterraneis* unicè *ignibus* attribuunt: cùm iis in locis, ubi Thermæ hæ ſcaturiunt nulla talium ignium veſtigia habeantur alia aut ubi ejusmodi ignes maximè deprehen duntur, v. gr. in montibus Apuliæ, Siciliæ Islandiæ ignivomis, proximæ tamen Fon tium ſcaturigines neutiquam calere obſer ventur. Quod ſi verò Ignes ſubterraneo magis univerſales in profundiſſimis abyſſi exiſtere velis, difficulter admodùm nobi rationes dabis ſufficientes, cur non plure longè Thermarum ſcaturigines, vel cur non omnes æquè Fontes calidi exiſtant?

Neque à Radiis ſolaribus.

VI. Abſurdiores adhuc illos credimu eſſe, qui *ſolares Radios* ad intimiora terra penetrare, inibique calentes producere Fon tium ſcaturigines aſſerunt, quaſi Foſſili terræ à Solis primùm calore effervescant & hinc Aquæ ſuper illa defluentes ſimilem calorem adipiſcantur. Quis enim quæſ facilem adhibeat fidem, ſolares Radios pe ſaxa, rupesque ad intimiores Terræ caver nas penetrare, cùm probè tamen alias noſ çat, quòd iidem radii ſupra terram, neque murum

murum quemcunque craſſiorem, nec for-
micem aut ſpecum pervadant? Quòd iti-
dem cellæ noſtræ vinariæ, quo profundio-
res ſunt, eo etiam frigidiores æſtivo tem-
pore deprehendantur? Et quis demum ſibi
adeo facilè perſuaderi patiatur, ſolares Ra-
dios in montium profunditate mineralia
fundere, foſſiliaque calcinare, cùm tamen
ſimile quid in ſuperficie terræ præſtare ne-
queant.

VII. Quando igitur, uti quilibet facilè
mecum fatebitur, uniformis ſemper effectus
uniformem quoque & variationis expertem
cauſam requirit, hanc verò in allatis huc-
uſque hypotheſibus invenire minimè po-
tuimus, nemo opinor nobis vitio vertet, ſi
tantiſper aliam ſectemur opinionem, dica-
musque præſtare ſemper, planè nullas quàm
abſurditatum plenas rei alicujus cauſas aſſi-
gnare. Quanquam igitur Thermis noſtris,
non ſecus atque aliis naturâ calentibus A-
quis, ſemina vel particulas metallorum,
aut aliorum mineralium ac terrarum Di-
vina indiderit Bonitas, imperſcrutabile ta-
men adhuc videtur, quomodo ingredientia
talia per tot ſeculorum, imò tot millium
annorum periodos indeſinenti copiâ ſuffi-
cere, & Aquas ita fervidas reddere valeant,
ut hæ uno eodemque loco citra variationem
ſeſe perpetim exerere queant. Haud proin

Sed unicè Dei Conditoris Voluntati, & Ordinationi Calor Fontium perennis eſt adſcribendus.

aliunde, quàm à ſingulari penitus Optim Maximi Creatoris benignitate iſta proflue omnia putamus, qui creationis tempore e ficaciſſimo ſuo verbo præcepit, ut Therm non ſolùm Favarienſes, ſed & reliquæ om nes pari contentorum pondere, ſimili cal re, & æquali virtutum tenore ſine fine omne ævum perennarent. Ac profectò, voluit Deus, ut exiſterent Aquæ frigidæ taleſque continuè manerent, quidnî & t pentes aut fervidas producere Aquas p tuiſſet, in eodem perpetim ſtatu ſubſiſtente

Haud tamen prorſus improbantur Chymica Experimenta.

VIII. Verum enimverò haud prorſus repr hendere, vel improbare ſuſtinemus operoſa quorundam curioſitatem, quâ phænome iſtius naturalis rationem, cauſamque infa libilem, per Experimenta quædam chym ca eruere laborârunt. Cùm enim v. g *Croco Martis*, fortiori igne *calcinato*, *Aqua* affundunt *frigidam*, unde ebullitio vel e candeſcentia ſequitur maximè notabili concludi hinc debere exiſtimant, non ta tùm hoc modo Thermas in viſceribus T luris elaborari, ſed & pro lubitu nos qu que tales ſine magnis ſumtibus parare poſ

Verùm difficultatibus hæc opinio pluribus involvitur.

Verùm ut hîc jam taceamus, neminem c tè unquam artificiales ex hoc fundamen Thermas, naturalibus omninò ſimiles pr duxiſſe, unicuique diligenter expendendu offerimus: 1. An firmiter ſibi perſuad

quea

queat, in intimioribus telluris atque montium receſſibus, talem per ſolares radios Ferri aut Vitrioli calcinationem contingere poſſe? 2. Unde perpetuus ille jugiterque emanans, & æqualis ad iſtum *Martis Crocum*, *Vitriolumve*, ſi calcinata maximè forent, Aquarum affluxus fieri poſſet? 3. Quomodo poſſibile ſit, ut materia iſta mineralium æquali ſemper copiâ præterlabentes Aquas imbuat, & nunquam vel majori vel minori quantitate præſto ſit? 4. Quî fiat, ut, ſi hac ratione ferventes in naturâ exurgant Aquæ, hæ tamen naturalem ſuum ſaporem minimè exuant, atque prorſus alienum adquirant, permixtis mineralibus convenientem? Tales igitur, & fortè plures adhuc aliæ difficultates cùm heîc occurrant, nullatenus videmus, quid nos ampliùs morari debeat, ut hanc protinus ſententiam amplectamur, non per fortuitum ſuper hæc aut illa mineralia decurſum, nec per fervidarum exhalationum congregationem, neque per ſolarium radiorum incomprehenſibilem in terræ cavernas efficaciam, nec denique per ignium ſubterraneorum vim, inæqualiter ſeſe exerentem, perennes calentium Fontium ſcaturigines promanare, ſed potius ſolam Divini Numinis Ordinationem eſſe, quâ calentes Aquas ſive Thermas, adeoque & Favarienſes noſtras, non minus atq; frigidas, ſuis quasque in locis exiſtere, ſcaturire & proſilire

Plauſibilior Opinio.

ſilire juſſit, perpetuâ ſic lege perennaturas. Quòd ſi tamen per ſeculi decurſum feliciores naturæ Ruſpatores exurgent, quibus inſigne hoc phænomenon clarius adhuc manifeſtatum explicare licebit, non manus duntaxat dabimus, ſed & ipſis toto ex animo detectam abſtruſioris myſterii veritatem gratulabimur.

Pondus Thermarũ.

IX. In *Pondere* Thermarum nonnulli quandam invenire differentiam ſategerunt; licèt hîc, ut verum fatear, peculiare quid obſervatuque dignum non occurrat. Quanquam enim heîc Baſileæ unciam unam leviſſimæ in Urbe ſcaturientis aquæ, imò & deſtillatarum variis ex Herbis Aquarum, eandem Thermarum Favarienſium doſin duobus ſuperare granis deprehenderimus; reperiri tamen novimus Fontes in montibus Rhætiæ diverſis plures, quorum Aquæ Thermis aut æquiponderant, aut etiam granis aliquot leviores exiſtunt. Equidem credimus, Aquas, ſi puriſſimæ ſint, omnes æquiponderare, pro varietate autem permixtorum corpuſculorum heterogeneorum, diversâ gravitate ſpecificâ gaudentium, ſuc etiam in pondere mutari, ut hinc leviores, illinc graviores poſtea reperiantur.

X. Quoad *contenta mineralia*, vel *me-*
tallica,

tallica, quæ noſtris ineſſe Thermis creduntur, non adeo quoque convenire Auctores notamus. Equidem res, ſi quæ ulla, difficilis eſt, præcisè determinare, qualia ſint, quâque proportione invicem juncta corpuſcula ſive ſalina, ſive metallica, ſive terreſtria, quæ unicuique Aquæ minerali naturaliter permixta inſunt. Inviſibilia enim exiſtunt atque minutiſſima illa, omnem viſûs, etiam optimo microſcopio armati, aciem, ſimul & exquiſitiſſimam guſtûs, atque olfactûs ἀκρίβειαν fugientia. Quis igitur numerare eadem, quis dignoſcere probè ac diſcernere; Quis exactiſſimi quid circa illorum naturam, ac ſtatum definire ſuſtineret?

XI. Quòd ſi enim rem v. gr. tentemus per Deſtillationem, cùm hæc nonniſi igne, corporum tortore inſigni, peragatur, quantum non creditis ſubtiliſſimarum particularum per vaſorum quorumcunque deſtillatoriorum poros exhalare, qui adeo minuti non ſunt, ut illas coërcere valeant. Dari verò ſubtiliſſimas in hoc Mundo particulas, præter varia experimenta à Curioſis hodie Phyſicis monſtrari conſueta, fidem etiam facere poteſt *Vinum* ab infuſione v. gr. *Vitri Antimonii*, aut *Croci Metallorum*, emeticâ virtute imbutum, cùm tamen utrumque eorum poſt plures etiam infuſiones nihil de pon-

Probatio per Deſtillationem fallax.

Particulæ minutiſſimæ in Mundo dantur.

pondere ſuo amiſiſſe videamus. Par etiam ratio eſt *Mercurii* in *Aquâ* ſic dictâ *Hermeticâ*, ad necandos expellendosque Lumbricos bono cum fructu propinari ſolitâ, ubi minutiſſimæ certè quædam particulæ mercuriales Aquæ communicantur, utut de pondere Mercurii ne minimum quid deceſſiſſe appareat. Facilè hinc patet, in corporum qualiumcunque Deſtillationibus multas particulas minimas diſſipari, ut abſurdum proin foret, materiam illam in deſtillationis opere conſpicuam, ſub prolecti vel phlegmatis, vel ſalis, vel mercurii, vel denique terræ damnatæ larvâ oculis ſubjectam pro veris principiis, ſive elementis rei deſtillatæ venditare. Quis enim certò determinare poterit, illas omnes per deſtillationem electas ac ſeparatas particulas antea Concreto integro, ipſo actu inexſtitiſſe adeoque duntaxat ſejunctas eſſe? Quis dicet certò, illas non eſſe mutatas quoad ſitum, cohæſionem, figuram, coagmentationem aut proportionem inter ſe? Quis exactè tandem definiet, in exhalantium locum non igneas vel alias eſſe ſubſtitutas & adjectas? Unde reverà concludendum probationem Thermarum pro inveniendis ipſarum contentis hoc modo factam, fallacem atque hinc fruſtraneam eſſe. Id tamen vel à poſteriore adhuc magis eluceſcit: quòd, ſi ſeparata per deſtillationem corpuſcula

In Deſtillatione hinc multa exhalant.

cula, iterum quovis etiam artificio jungantur & combinentur, minimè tamen priſtinas Thermarum aquas reddere valeant.

XII. Idem ferè judicandum eſt de *Evaporatione*, ſive dein hæc per ſe in vaſe aperto, aut leviter ſaltem chartâ tecto fiat, ſive ignis qualiſcunque, balnei, arenæ aut fornacis ope contingat & perficiatur. Ubi nemo certè negabit, cum exhalantibus, quolibet hoc modo, particulis, cujuscunque demum conditionis hæ fuerint, avolare etiam alias, quæ magnam in Thermarum virtute & effectibus producendis efficaciam habuerunt, relictis in fundo craſſioribus, atque gravioribus corpuſculis.

Per Evaporationem nil exactè noſcitur.

XIII. Quod autem *Præcipitationem* attinet, notum quidem eſt, illius ope particulas rei ſolutæ è poris ſolventis, interventu cujuſdam tertii, deturbari, easque ſic liquorem anteà clarum obſcurare, paulatim verò ſubſidendo, vel fundum petere, vel ad ſuperficiem tendere. Sed quis heîc facilè negare poſſet, per hanc Concreti alicujus ſive Liquoris mutationem, ejus particulas, ex præcipitantis corporis immiſſi adhæſione, aliam figuram, ſitum, colorem etiam & magnitudinem adipiſci, ſicque aliâ ſub facie, quàm quidem in concreto prius exiſtebant, poſtliminiò nobis repræſentari?

Neque per modum Præcipitationis.

Liceat

Liceat hoc vel unico *phagedænicæ Aquæ* exemplo demonſtrare, cujus naturam & contenta, ſi quis per modum præcipitationis explorare atque cognoſcere vellet: infidam profectò cognitionem impetraret: Etenim ſi Aqua illa, quæ nihil eſt aliud quàm *Mercurii ſublimati* in *Aquâ communi* aut *deſtillatâ* quadam *ſolutio*, cum *Oleo tartari per deliquium* præcipitetur, *rubicundum* ſive *mixtum* pulverem; ſi cum *Calce vivâ*, *flavum*; ſi denique cum *Spiritu Salis armoniaci* experimentum fiat, *album* pulverem ad fundum dimittit; indubitato certè argumento *Mercurii* particulas variè affectas, earundemque ſitum atque figuras quandam eſſe metamorphoſin paſſas.

Judicium de variis Auctorum Opinionibus.

XIV. Hæc qui ſuo probè animo volvit atque revolvit, haud difficulter videbit quid de variis Auctorum opinionibus, in deſignandis noſtrarum Thermarum contentis judicandum ſit, dum v. gr. FUCHSIUS, RULANDUS, PAULUS WICKAR, *Phyſicus Tugienſis*, & alii, eas de *Auro*, *Sulphure*, *Ferro*, *Ære* ac *Nitro* participare ſtatuerunt; THURNEISERUS verò è *Magnete*, *Auro*, *Ære*, *Sulphure*, & *Aquâ communi* conſtare aſſeruit. BARTHOLOMÆUS MOSERUS, *Epiſcopi Auguſtani Archiater* addicit ingredientibus prædictis etiam *Cuprum*. A prædominium contentorum *Martiali prin*

pio attribuunt, ſed ſimul tamen addunt aliquid *Terræ ſigillatæ*, *Nitri* & *Auri finiſſimi*, quemadmodum etiam ſenſit *Experientiſſ.* JOHANN. ABIS *Phyſicus Curienſ.* b. m. *Clariſſ.* MATTHÆUS ZIMMERMANNUS, olim *Favarienſis Medicus*, poſtmodum *Archigrammateus Rapperſuilenſis*, ſequentia de talibus contentis in ſuâ *Undâ Jordanis Fabarianâ pag.* 15. & 16. memoriæ prodit; Thermas videl. has primùm eſſe Aquam puram, limpidam, nonnihil fuſcam, quæ dein per imas petrarum aſcendendo ac deſcendendo, ſuper *Nitrum*, & *argillaceam*, *ſigillatæ* ſimilem, *Terram*, quâ Nitri acrimonia temperetur, decurrat; poſteà *Sulphur auri*, & *Naphtam* prætereat, & ab his corporibus ſubtiliſſima ramenta mutuetur, ſed inſimul e puriſſimo Ferro participet; prædominium tamen meritò *Sulphuri ſolari* adſcribi debere, ac eapropter Thermas virtutem habere Ventriculum, Cor, & Cerebrum, imò totum genus nervoſo-muſculoſum roborandi, ſicut id experientiâ multiplici demonſtrare liceat. Fuerunt etiam Medici quidam celeberrimi, & Practici feliciſſimi, qui, cum deprehendiſſent, Balneum harum Aquarum cutim Hominum exulcerare, ac ſæpiùs inſigniter inflammare, & intumefacere, ſibi propemodum non imaginari tantum, ſed firmiter etiam perſuadere voluerunt, *arſenicales* quaſdam, & corroſivas iis

Aliqui corroſivas arſenicales ineſſe cenſent.

particulas ineſſe, ſulphureis metallicis per miſtas, quibus talis attribuendus effectu veniat; haud memores, in ſanguine noſtr latitantes corroſivas particulas, per uſur Thermarum ſuſcitatas, illorum phænome norum cauſas evadere poſſe.

Hactenus dicta non potuerunt demonſtrari.

XV. Sed enim hæc omnia dicta fuer audacter, probata autem, vel nullatenus vel leviter, quando neque per deſtillatio nem, neque per evaporationem, neque p præcipitationem, aut alium quemvis m dum, neque etiam per eos, quos Therm producunt, effectus, præſentia talium i gredientium apodicticè demonſtrari pote Ecquis enim omnia illa reverà vidit? Qu tot mineralium in Aquis iſtis particulas u quam deprehendit? Ac certè ſi Metalla i eſſent qualiacunque cum Vitriolo, Decoctu Gallarum permiſtum magnam in colo mutationem efficere deberet. Si ineſſent M neralia alia, poſt ingentis Aquarum quant tatis evaporationem, vel auratum ſulphu vel metalli alius ramenta deprehenderentu Quod ſi ab effectibus, quos edunt Aqua velis argumentari, nonniſi dubia, atque i certa pronunciare poteris. Firmiter hi nobis perſuademus, modum exploran mineralium Aquarum contenta verum e actumque, inter arcana myſteriaque natu abſtruſiſſima adhuc eſſe reponendum,

pro

proin de talium Aquarum qualitatibus non tam à priori ſive cauſis, quàm à poſteriori, ſive ab effectibus eſſe judicandum.

XVI. Hoc tamen meritò notari debet, quod JOH. STUMPFIUS *Hiſtor. Helvet. Libr.* 10. *cap.* 23. memorat, videlicet Aurum in rupibus, è quibus Thermæ hæ profluunt, inveniri. Cujus rei veritatem ipſemet etiam FABRITIUS HILDANUS erat expertus, utpote qui olim in ſuperiori Balneo, Herren-Bad/ fiſſuram inter rupes detexit, è quâ Limum pinguem, rubrum & ponderoſum ſe extraxiſſe ſcribit, qui ablutus & ab arenâ repurgatus, Terræ ſigillatæ non multùm abſimilis fuerat, quo etiam in externis Affectibus, pro fine exiccandi, cum ſucceſſu uſus ſit. Addit his, arenam, quæ in lotione luti remanſit, *Enſisheimii* poſtmodum in *Alſatiâ* exploratam, pauxillum Auri exhibuiſſe. Verùm ſi talis Argilla aurifera Thermis probè commiſceretur, in magnæ profectò Aquarum molis evaporatione aliqua tandem Auri talis in fundo comparere deberet portio notabilis, quod tamen non contingit, quando idem HILDANUS, loco iſtius Auri, olim ab evaporatione 24. librarum Aquæ, vix ſemidrachmam ſedimenti argillacei obtinuit, in quâ ne gry quidem Auri ipſum inveniſſe legimus. Ut adeo, cùm neque odorem, neque ſaporem, *Aurum in viciniâ Fontis reperitur.*

neque ſedimentum ferè ullum in his Aquis notaſſet, AUR. THEOPHRASTUS PARACELSUS *Libr. de Thermis Piperinis, cap. 1.* apertè ſcripſerit, ipſas per ſe eſſe puras, adeoque elementum ſimplex, quod neque ſulphur, neque aliud minerale ullum in ſe notabile contineat.

Paracelſus nihil ineſſe ſcribit.

XVII. An verò diverſitas experimentorum diverſa in his Aquis contenta oſtendere queat, haud facilè dixerimus. Quid tamen nobis in tali examine contigerit, ſincerè detegemus. Anno 1704. principio menſis Auguſti, Cucurbitæ vitreæ, optimè mundatæ, immiſimus *Aquæ Fabarienſis* menſuram unam cum dimidiâ, quam dein cum impoſito mox, juncturis undique benè clauſis, alembico balneo arenæ impoſuimus, vas recipiens applicuimus, igneque leni ſubdito Aquam inſipidam omnem ad ſiccitatem detraximus, ubi tandem in fundo Cucurbitæ remanſerunt circiter grana quinque pulveris alcalini, argillacei, albicantis, ſubſalſuli, qui certè cum Spiritu Nitri acido magnum, cum Spiritu Salis Armoniaci alcalino autem affuſo prorſus nullum ſubiit efferveſcentiæ actum.

Deſtillatio & Evaporatio quid exhibuerit?

Ineſt Thermis argilla alcalina.

XVIII. Inſtituimus dein varia inſuper cum Aquis hiſce experimenta, quæ an lumen aliquod majus afferre poſſint in conten-

Experimenta alia cum Aquis Fav. inſtituta.

tentorum indagatione, nondum ſcimus. Etenim 1. cùm Aquæ Favarienſis unciæ uni *Gallarum Nucis* pulveriſatæ grana quinque immiſiſſemus, atque per aliquot ſic horas reliquiſſemus, Aqua tantillum flaveſcens ſolummodò evaſit, & ne minimum quidem ad purpureum, vel atro-obſcurum, nedum planè nigricantem colorem accedebat; quemadmodum hoc aliàs in Aquis, Vitriolo Martis turgentibus, & Acidulis contingere quisque notabit, cui quidem experimentum inſtituere placebit. 2. *Tincturam è Ligno Braſilienſi*, cum Aquâ fontanâ decocto, extraximus, inſigniter rubentem, hac dein folium papyri tinximus, iterumque ſiccavimus: ſiccato papyro affudimus Thermas Favarienſes, ſed nullam coloris mutationem exortam fuiſſe deprehendimus. 3. Affuſus Thermis *Syrupus Violarum* cœruleum ſuum conſtanter ſervavit colorem, neque in viridem, neque in rubeſcentem mutatum. 4. Affudimus Aquæ dictæ Liquores alcalinos, tam volatiles, quàm fixos, *Spiritum* nempe *Salis Armoniaci*, *Cornu Cervi*, *Liquorem Nitri fixi*, *Sal Tartari ſolutum*; ſed hæc itidem neque efferveſcentiæ, neque præcipitationis ſignum exhibuerunt. 5. Ita neque ab affuſis *Spiritibus acidis*, *Vitrioli*, *Nitri*, *Salis*, ullam mutationem Liquoris, aut turgeſcentiam quandam obſervare potuimus. 6. Ex Herbis variis ſuccos expreſſimus, v. gr. è *Cochlear.*

Primum. *Secundum.* *Tertium.* *Quartum.* *Quintum.* *Sextum.*

lear. Naſturt. Borrag. Salv. Plantag. Petroſel. ſin-gulisque ſeorſim filtratis *Aquas Favarienſes* affudimus, unde pariter nullum mutationis veſtigium notare potuimus.

XIX. Quid igitur ex his omnibus tandem concludendum venit? An album illud & terreſtre ſedimentum præcisè de *Auri, Ferri, Cupri, Vitrioli, Nitri, Aluminis, Æris* aut *Plumbi* particulis, certâ proportione invicem junctis, participare, illudque contenta omnia efficere audacter aſſeverabimus? Abſit, hoc enim ſi foret, tum ſedimentum illud novæ Aquæ bullienti affuſum priſtinas Thermas, quoad omnes qualitates & attributa ſingula, reddere deberet, quod tamen experientiæ repugnat. Ut ergo tandem aliquid ſtatuamus de naturâ contentorum in hac Aquâ, ante omnia ſcire oportet, eam per unum alterumque annum, in optime clauſo vitro, limpidam claram atque recentem, ſine ulla coloris, odoris, aut saporis mutatione, etiam exteras in oras deportatam, manere, niſi quod tertio demum rariùs ſecundo, poſt aſſervationem anno ſedimentum quoddam pauxillum in fundo vitri obſervaverimus, albicans, atque particulis minutis oblongis, teretibus, & cavis transparentibus conſtans, quas certè primo intuitu quis crederet eſſe tubulos minimos vitreos in agitato parum liquore natantes.

Opinio noſtra de contentis Thermarum.

Ha

Hæ verò particulæ linguâ guſtatæ nullum ſaporem notabilem hactenus obtulerunt, neque etiam odore qualicunque nares ferierunt. Quibus ſic prælibatis, credimus quandam *terreſtrem, argillaceam, alcalinam materiam, nitroſo-aëreis, ſubſalſis, blandis, minimè corrodentibus, volatilitate ſummâ præditis, adeoq; ſenſum omnem effugientibus, in quovis examine auras facilè petentibus particulis amiciſſimè ſociatam*, & affuſo *Nitri*, aliove acido Spiritu inſigniter non ſine ſibilo effervescentem, Thermarum noſtrarum Aquis ineſſe, omniſque ἐνεργείας harum cauſam exiſtere. Hæc pauciſſima, hæc puriſſima, atque ex parte ſubtiliſſima contenta, ſi quis probè conſiderat, facilè ex iis omnes effectus ſalutares explicabit, quos edere quidem Fons hic omnium temporum obſervatione conſuevit. Ut adeo minimè confugiendum ſit ad multas alias minerales moleculas, vel *metallica ramenta*, aut ſalubres etiam *Fumos Halituſq; metallicos arſenicales, ſolares, lunares, martiales, mercuriales*, alioſve, Aquis commiſtos; cùm, ſi rem probè conſideremus, nuſquam mineralia aut metalla ita pura gignantur, ut puros quoque, & unicè ſalubres halitus, ſi quidem aliquos dare poſſunt, exhibeant; quin heterogenea ſemper alia impura materia permiſcetur, quæ non minùs ſuos emittere halitus, & eos quidem minimè ſalubres valeat. Quòd ſi tamen quis velit,

etiam nonnihil de ſubtiliſſimi Auri particulis Favarienſes Thermas participare, et quidem non adeo multùm refragabimur: ſed ingenuè tamen fatebimur, modum nostræ mixtionis, atque perennantis ſcaturiginis per Dei benedictionem conceſſæ, determinare nondum poſſe: quando citra ullum dubium concreta fluida, ſub liquore ſuo diverſiſſima mineralium, & ea quidem ſubtiliſſima corpuſcula continere valent, quorum omnium tamen mixtionis modum à priori deſcribere prorſus impoſſibile eſt.

Thermarũ Fons ex parte diſparet, & redit.

XX. Antequam hinc abeamus, notandum adhuc venit Thermarum Fontem tempore autumnali ſub finem Septembris minui, nec tam copioſas amplius aquas exhibere, propter incipiens jam frigus, poros terreſtres hinc inde conſtringens, & anguſtiores reddens; hyberno dein tempore parcius, eodemque ſemper gradu caloris aquas profluere; ac demum vernâ tempeſtate circa Maji initium integro gurgite redire, uſque adeo, ut ante id tempus nemo his Thermis facilè uti, neque etiam in illis ultra Septembris finem verſari queat. Quanquam enim ultra modo dicta tempora Thermarum Fons integrè haberi poſſet, facilè tamen frigus aëris, hiſce in oris tum dominans, quemvis à Balnei uſu arceret.

CAPUT IV.

Qualitates atque Virtutes Thermarum Favarienſium, in Morbis tam internis quàm externis excellentes.

I. ANte omnia in memoriam heîc revocandum, temperatiſſimas eſſe ...nas Aquas, omnibus Hominibus, cujuscun...que demum complexionis, ætatis, ſexûs, ...tque conditionis ſint, maximè acceptas. ...Quæ quidem temperatura facit, ut interio...a Hominum viſcera ab illis, per ſe ſaltem, ...ullatenus alterentur, aut incaleſcant, ſed ...landè potius afficiantur.

Thermæ omnibus Homin. attemperatæ ſunt.

II. Habent igitur *Favarienſes Thermæ*, tam ...n *Potu* quàm in *Balneo* diligenter uſurpatæ, ...aloris & contentorum ſuorum ope, facul...atem atque virtutem calefaciendi, emol...endi, attenuandi, aperiendi, diſcutiendi, ...etergendi, Sanguinem viſcidum craſſum ...ncidendi, ſicque Humores lentos fluidiores ...c volatiliores reddendi, hinc & obſtructio...es Viſcerum reſerandi, ſecretiones Humo...um promovendi, Scirrhos emolliendi ac ...iſſipandi, tonum Membranarum, ac Viſce...um debilitatum reſtaurandi, genus Nervo...-muſculoſum roborandi, Salia acido-oleo-

Thermarũ Facultates ac Vires in genere.

ſa, ſive Humores bilioſos temperandi, al
ſoibendi, diluendi, & per vias ordinari
nunc urinæ, nunc alvi, aut ſudoris evacuand
ſicq; debitam texturam, & naturalem craſi
humorali maſſæ inducendi; denique ſalſan
acrem, ſcorbuticam, nec non acido-fixa
plus minùs Humorum Intemperiem edu
corandi, emendandi.

In ſpecie. III. Ex dictis his univerſalibus jam f
cilè patet, in ſpecie *Thermas* noſtras plur
mis corporis Ægritudinibus mederi poſſ
In Intemperiebus. inprimis autem Affectionibus ac Intemp
riebus chronicis, quæ à chyloſi læsâ, & i
de natis humoribus vitioſis atque corru
tis, acido ſalino-lentis, viſcidis, tenacibu
tartareis aut bilioſis, nec non à tono fibr
rum laxiore originem trahunt. Quam
In Morbis Capitis. brem in *Cephalalgiâ periodicâ*, ac *diuturnâ*,
Vertigine, *Oblivione*, ac *Memoriæ debilitat*
Paralyſi, tam *univerſali*, quàm *particulari*,
ve *reſolutione* hujus vel illius membri,
Oculorum variis *Doloribus*, præcipuè in *Op*
thalmiâ, *Viſûs* quoque *Hebetudine*, *Otalgi*
Aurium Apoſtemate, *Barycoiâ*, *Sibilo*, *Tinnit*
atque *humiditate Aurium ſuperfluâ*, tandem
in *Agrypniâ* miros earum uſus præſtitit e
fectus. Obſervatum quoque eſt, reſtitutu
inde fuiſſe *Guſtum*, atque *Olfactum abolitu*
In Affectibus Pectoris. Conducunt porrò Thermæ iſtæ in *Tuſ*
Aſthmate, & *Infarctu Pulmonum* à mate
pitu

-pituitoſo-viſcidâ oriundo; nec non in *Ex-ulceratione Pulmonum ſuperficiariâ*, quæ non -iſt exedens, aut putrefactiva, imò in ejus-dem partis *Scirrho nondum inveterato*, non -ecus atque in *Tremore & Palpitatione Cordis* maximè proſunt. Dein *proſtratum* reſtau-rant *Appetitum*, *Nauſeam* ſeu *Faſtidium Cibi* -ollunt, & Glandularum ſalivalium gaſtri-carumque obſtructiones reſerando, *Sitim* -uturnam nimiamq́; reſtinguunt, *Digeſtionis* -itia quæcunque corrigunt, *Chylificationem* -erfectam ſtabiliunt, atque ſic *Cruditates & Bradypepſiam*, *Ructus* item, *Singultus*, *Inflatio-neſq́;* impediunt, *Vomitus* verò, *Cardialgiam*, -dam ſive *Ardorem ſtomachi*, *Choleramq́;* om-nem procul avertunt. Dein & *Scorbuto*, -ec non *Hypochondriacæ Hyſtericæq́; Paſſioni* ap-timè medentur. Valent quoque in *Scir-rho Hepatis*, *Lienis*, aliorumque *Viſcerum & Glandularum*, indeque natâ *Tabe* ſeu *Atrophiâ*. -terum *flavum*, *nigrum*, & *album* ſeu *Chloroſin* -nant. *Renum*, *Ureterum*, & *Veſicæ* Dolores -tunt, materiamque viſcidam tartaream, -que ſabuloſo-calculoſam inde expellunt. -rinam *ſuppreſſam* revocant, *Stranguriæ*, *Dy-ſuriæ*que frequenti, & *Mictioni cruento-puru-lentæ* medentur. *Colicam flatulentam*, non ſe-cus ac *bilioſo-ſpasmodicam*, hincque dependen-tem *Parheſin*, & *Tremorem Manuum Pedumq́;* -xtirpant. *Cachexiam*, *Tumorem Pedum*, -ydropem *incipientem*, *Leucophlegmatiam*, &

In Ægritudinibus Abdominis.

Ana-

Anaſarcam ſanant. *Dolores Membranarum* ſtunt. Conducunt etiam in *Doloribus rheu*matic*is, iſchiadicis, Lumbagine, & Arthriti* qualicunque. *Menſes imminutos & ſuppreſ* revocant, *ſuperfluos & immodicos* autem *coe*cent. Præterea *Fluorem album, Gonorrhæa benignam, Lienteriam*, atque *Cœliacam Affe*tionem ſiſtunt, *Alvi* tamen etiam *Segniti* corrigunt. *Febres intermittentes, diuturna* præprimis *Quartanam* tollunt. Ulteri maximè conducunt in *Scabie, Impetigin Elephantiaſi, Leprâque* recenti. *Fiſtulas rece*tes, *Vulnera, & Ulcera* à Chirurgis malè tra*tata ſanant; *Cariem* verò *Oſſium & radicat Fiſtulas* non emendant, *Vulnera* jam dudu ſanata non ſine dolore aperiunt, ſanien & globulos ſclopetarios, aliaque præterna*turalia in iis adhuc contenta eliciunt, hinc cicatricem inducunt. Auxilium qu*que præſtant in *Oſſium Fracturis*, in *Ictibu Percuſſionibus, Contuſionibus*que ſine *Vulner* ut & in *Partium juncturarum*que *Luxationibu* ſive *dislocationibus*, v. gr. *Colli, Humeri, C*biti, Manûs, Digitorum, Genuum, Calcane* aliorumque Articulorum, quorum Tendin in tono iterum firmant ac roborant. Atq hæc omnia, forſan & plura alia, exempl & obſervationibus ad nauſeam uſque co firmare ſtuduerunt GUIL. FABRITIU HILDANUS in ſuis *Obſervationum Centu*riis*, MATTHÆUS ZIMMERMANN

In Morbis externis.

Un

...ndâ *Jordanis Fabarianâ*, JOH. REYT, alii-
...ue, in *Thermarum* harum Deſcriptionibus.
...uibus ſi quis fidem adhibere nolit, ipſas
...er aliquot annos Thermas adeat, miraque
illis videbit, & audiet.

...V. Nocent tamen etiam hæ ipſæ Thermæ *Thermarũ noxæ.*
...iquando, atq; primùm quidem *Gravidis Mu-*
...ribus, ob vim, quâ pollent, inſigniter ex-
...itantem & pellentem, menſtrua moven-
...m, & Fœtui nutrimentum neceſſarium
...ducentem. Nocent porrò illis, qui fre-
...uentiori *Diarrhœæ*, & *Paſſioni iliacæ* ſunt
noxii, qui itidem *Gonorrhæâ virulentâ*, *Lue*
...ereâ, deſperatisque morbis affecti ſunt: ut
...nt *Phthiſis*, *Hectica radicata*, *Hydrops invetera-*
..., *Scirrhus annoſus* & *lapideus*, *Febris continua*
...aliscunque, *Cancer*, & *Ulcera fiſtuloſa*, jam
...it, *Nervos*, *Tendinesque* Articulorum occu-
...ntia; *Epilepſia* denique, *Mania*, ac ſimiles
...gritudines vehementiores.

CAPUT V.

...us Thermarum. Bona Præparatio. Potûs & Balneationis ratio.

PRæmiſſis ſic Facultatibus Therma- *Thermarũ Uſus.*
rum, ſupereſt adhuc, ut de *Uſu* ea-
...dem quædam adjiciamus, tanquam re
etiam

etiam maximè neceſſariâ. Uſus autem quarum tam in *Potu*, quàm in *Balneo* co venientiſſimus eſt, ita quidem, ut pluri eas duntaxat potent, multi verò illis ſim in Potu ac Balneo utantur. *Potionis* igi *curam* quantum concernit, inſtituenda illa tempore anni convenientiſſimo, qu nimirum calidum & ſiccum eſt, uti ſu *Menſes Maji, Junii, Julii, Auguſt.* & *Septem* in quibus cœlum aut temperatum eſt, etiam magis calet, corpusque Hominis p ſpirabile ſatis exiſtit. Ante *Potum* verò rum Aquarum corporis præparatio domi in ipſo loco Thermarum venit præmitt da, & quidem remediis, cruditates ſeu h mores in primis viis hærentes, viſcidos tenaces incidentibus, atque evacuantib quod fieri poteſt ope *Digeſtivi convenientis*, rati v. gr. è *Tartaro Vitriolato*, *Cremore Tarta Sale Abſynth. Card. bened. Centaur. minor. Ju Antim. diaphoret. Ocul. Cancr. Rad. Aron. pul* ac ſimilibus, Humores evacuandos fluid res reddentibus; juxta monitum HIPP CRAT. qui *Sect. 7. Aphoriſm. 70. Corpora*, quit, *ſi quis purgare voluerit, fluxilia prius cere oportet.* Humores ſic præparati p modum expurgabuntur, exhibito *leni e cuante*, parato v. gr. ex *Radic. Jalapp. Mech Rhabarb. Polypod. Fol. Senn. absque ſtipit. Man* cum additione *Cremor. Tartari*, *Semin. A Fœnicul. Cinamom. opt.* vel *Syrup. Roſ. ſol. c*

Potus Thermarum quomodo inſtituendus?

Præparatio corporis ad Potum Thermarũ.

oſ. de Cichor. cum Rhabarb. aut aliis. In Sub-
ectis plethoricis, *Venæſectioni* aſſuetis, *Vena*
uoque in brachio vel pede, poſt ſecundam
b aſſumpto medicamine laxante diem in-
idi, aut *Cucurbitulæ cum ſcarificatione* appli-
ari poſſunt. Præparato ſic Corpore, (quod
um *Thermas* attigiſti, per diem quieſcere,
: delaſſari debet, ad vires ex itineris mo-
eſtiâ attritas recuperandas) *Potus Therma-*
um in Nomine Dei inchoandus, & qui-
em ſummo mane, poſt noctem tranquil-
o in ſomno transactam, finitàque chy-
ficationem, ac alvi, veſicæque excremen-
depoſita, prius horulæ circiter ſpatio in
co ſicco & temperato obambulandum eſt,
: tali motione vapores nocturno tempore
llecti diſcutiantur, Caput & reliquæ par-
s allevientur, ac denique Viſcerum ſecre-
ones promoveantur, etenim juxta Prin-
pem Artis noſtræ *Libr. II. de Diætâ, matu-*
ræ obambulationes Humores attenuant, Caput,
iasq; partes alleviant, Alvi, ac aliarum par-
um excretiones promovent. Optimè verò
ſpoſito corpore mane horâ 7. ſic ad Fon-
m lento greſſu pergendum eſt, cujus do-
vel quantitas prima non affatim, ſed
cceſſivè haurienda, nec ita copioſè ſtatim
gurgitanda. Quæ autem doſis cuique
nveniat, è virium naturæque conſtitutio-
s, ætatis, ſexûs, & reliquarum circum-
ntiarum examine diligenti petendum.

Potûs Thermarum initium.

Modus utendi Thermis.

For-

Fortiores igitur ſeu ventriculo robuſtiori gaudentes à menſurâ dimidiâ, imbecilliores verò à quartâ menſuræ parte incipere poſſunt, quæ quantitas ſequentibus diebus ita augenda, ut quarta jam die ad ſummam doſin perveniatur, v. gr. menſuræ unius cum dimidiâ, vel quanta naturæ & ſtatui corporis eſt conveniens, ſtomachumque haud gravans: in quâ ſummâ portione quamdiu perſeverandum ſit, determinari non poteſt, Robuſtiores ad 14. vel 15. diem continuant, Debiliores verò ad 12. ſolùm pergunt, quibus finitis quotidie doſis minuitur, atque in quartâ menſuræ parte bono cum Deo cura finitur. Si quis tamen credat, tempus hoc Aquarum bibendarum eſſe nimis breve, ei omninò ſuaſores eſſemus, ut per quatuor integras hebdomadas & ultra quoque potum talem continuaret, atque ita meliorem operationem inde ſperaret.

Cum Potu ſemper ſtomachica ſunt aſſumenda.

II. Cum ipſo autem Potu ſemper aliquid vel *Morſulorum ſtomachicorum*, vel *Confectionis Seminis Aniſi*, *Fœniculi*, *Naſturtii*, aut *Baccarum Juniperi* vel *Conditura Corticum Aurantiorum* comedendum. Sed & inter, atque poſt potum Thermarum attendendum, ut Corpus debitè, ac blandè tamen obambulando exerceatur, jucundisque Amicorum converſationibus Mens ad prandium usque recr

recreetur, & exhilaretur. Quòd ſi verò
Aquæ ſic per urinas, aut alvum non pene-
trent apud nonnullos, tum hi ab aſſumpto
potu in calentem mox lectum redeant, &
ita meliorem aquarum penetrationem ex-
perientur. Vel dimidiam drachmam *Ocu-*
lorum Cancr. ppt. & *Nitri vitriolati*, vel *Salis*
Fabar. Ononid. &c. mane cum potu aſſumant.
Quando autem ſit prandendum, ex aqua-
rum præcipuè per urinam redditione colli-
gi poteſt, tum ſcilicet, cùm poſt emiſſas
primùm albicantes urinas citrinæ vel aureæ
naturales prodeunt, quod intra quadrihorii
ſpatium plerunque contingit. À Prandio
quieſcendum, vel corpus parùm obambu-
lando exercendum eſt, deque rebus jucun-
dis cum Amicis conferendum, & ita tem-
pus læto genio tranſigendum, quò ſic ali-
menta probè ſemper diſſolvi, chylumque
optimum exhibere queant. Quod ſi ali-
quando ſudatio potui ſuperveniat, lectus pe-
tendus eſt, & ſudor è tecto probè corpore
eliciendus, hincque etiam blandâ frictio-
ne per lintea calida abſtergendus. Quinto
quoque potûs die à prandio horâ quartâ ad
quintam inſidere Thermis poterunt, qui
is ſolùm potandi gratiâ aliàs acceſſerunt.
autem poſt quatuor, vel quinque dies
illa Aquarum operatio, ſive per alvum,
ſe per ſudorem, aut urinam ſuccedat, tum
e aliquod *evacuans* jejuno ſtomacho eſt

Si Aquæ non penetrant. Medicamenta cum potu ſunt aſſumenda.

Tempus Prandii.

aſſumendum, v. gr. *Panacææ ſolutivæ alcal* ℈iiij. vel cochleare plenum *Confectionis Se min. Aniſ. laxativ.* cum potu Thermarum quæ aquam in corpore ſtagnantem educe re, viasque occluſas reſerare valent. U autem tanto melius per urinæ vias trans eant aquæ, ſubinde horâ unâ vel alter ante cœnam aliquot pocula Thermarum pl na exhaurire, ſimulque *Tincturæ* qualiscu que *diureticæ* guttas 20. vel plures aſſum re ſolent. Symptomata autem varia ſi fo tè Hominem prehendant, præſens aliqu Medicus ſuper illis conſulendus erit.

Thermas in Balneo utendi ratio.

III. Hactenus fuit ratio, modusq Thermis in Potu utendi explicatus, pro mum jam eſt, ut ſimul indigitetur, quomo Balnei cura ſit inſtituenda, atque ad ſal tarem finem deducenda. Hoc quippe neg tium, qui ſuſcipere cupit, illotis neutiqua ut ajunt, manibus aggrediatur, oport Prius itaque corpus erit præparandum, cut ſuprà dictum. Dein per octo, vel cem dies, antequam Balneum uſurpet Thermæ quotidie mane, præparationis m lioris ergo, ſunt ad integram menſuram tandæ. Quo peracto tertiâ à prandio h primâ vice inſidendum, horæque ſpa immorandum; ſequenti mane ante S ortum reiterandum, & per 1 $\frac{1}{2}$ horas ſi ſiſtendum, à meridie verò horâ iterum

tiâ inſidendum, & per horam unam intra illas morandum, ſequentibus diebus autem mane ac veſperi ſemper balneationis tempus ultrà ſemihoram magis extendatur, donec tandem robuſtiores quidem, pituitoſi, & texturæ durioris Homines mane ad 5. vel 6. & poſt prandium ad 4. horas aſcenderint, debiliores verò, & cholerici, ſicci, melancholici mane 3. vel 4. & poſt meridiem 2. horas balneando compleverint. Quamdiu verò in tali Balnei uſu pergendum ſit, exactè determinare non licet, dependet enim hoc è naturæ, virium, ætatis, cutaneæque exulcerationis inflammatoriæ conſtitutione diversâ. Communiter ad 10. pluresve dies extenditur, uſque dum cutaneæ effloreſcentiæ perſanatæ ſint: dum verò eas ad ſanitatem tendere notamus, etiam tempus balnei minuitur, ac ita tandem finitur. Inter balneandum, cùm Sitis ſubinde multum urgeat, per totam ferè diem nil niſi Thermæ bibuntur, etiam calentes; ſed notabis heîc, Exulcerationem cum Inflammatione adeo magnam ſubinde fieri, ut Artus non ſolùm inſigniter rubeant, liveant, ſplendeant, ac intumeſcant, ſed & ita doleant, ardeantque, ut Gangrænam ac Sphacelum ferè inſtantem præſagiant, ſicque per aliquot dies in Thermas Homo portari debeat, nec niſi intra illas levamen dolorum perſen-

tiat; ob quam cauſam etiam toto iſto tem-
pore longè diutius in iis, etiam noctu,
perſeverat, quàm quidem aliàs neceſſe
eſſet.

IV. Notandum verò eſt, ut ante & poſt
inſeſſionis tempus Homo, ſi tumor & do-
lor permittat, corpus deambulatione len-
aut motu exerceat paululum, ac dein ca-
pite ſemper tecto ſenſim atque paulatim
Thermis inſideat uſque ad umbilicum, &
quolibet egreſſu corpus linteaminibus cali-
dis ac mundis, ſiccisque diligenter abſter-
gatur, illudque à frigore benè muniatur:
ſic dein lectum mox repetet, & horæ ſpa-
tio in illo quieſcet, etiam ſomno, quoad
fieri poterit, indulgens. Cùm verò poſte-
ſurrexerit, parum obambulare, aut ali-
exercitationis genere moderato uti debebit:
vel ſi exercitationem morbus aliquis pro-
hibeat, frictiones artuum lenes exercitii vi-
cem ſupplebunt, niſi eorundem Inflamma-
tio ac Tumor id impediverint.

Diæta. V. In *Diætâ* tandem non multa habe-
mus dicere. Ita enim res in Thermarum
loco ſunt conſtitutæ, ut nullos facilè erro-
res in *Ciborum* uſu committere poſſis. Cor-
pus benè quisque ab externo frigore mu-
niat; *Vinum* nec acidum, nec pendulum
ſe-

ſed tenue, generoſum, penetrans modicè bibat: ſi verò tale haberi nequeat, *Decoctum Ligni Saſſafr. Corn. Cerv. uſt. Cinamom.* aut *Semin. Aniſi* ejus vice hauriatur. Denique *Paſſiones Animi* moderandæ ſunt, *Veneris*que uſui valedicendum, quanquam ſtimulus ad hanc Thermarum potu procul arceri à pleriſque deprehendatur.

FINIS.

THERMÆ FAVARIENSES,

Omnium totius Europæ maximè ſalubres & admirabiles,

IN MONTIUM SARUNETIUM CAVERNIS,

Prope Confinia Rhætiæ,

SINGULARI DIVINÆ CLEMENTIÆ beneficio proſilientes,

Carmine elegiaco deſcriptæ,

AC

Reverendiſſ. & Illuſtriſſ. Principi ac Domino,

DN. JUSTO, ABBAT[I] FAVARIENSI, &c.

Inſcriptæ A. S. MDCLXXII.

à

M. JOH. RODOLFO WETSTENIO, Baſilienſi.

EST *Deus omnipotens miruſq́ Favar[...] in undis,*
Queîs morbo afflictis maxima m[...] facit,

Ru[...]

Rupibus eſt aſper locus ac immanis hiatu,
In cujus torrens gurgite ſaxa rotat.
Cernitur exigui radiantis portio cœli,
Parva eſt aſpectu, magna favore ſuo.
Hic aqua promanat multis incognita ſeclis,
** Aucupis inventum nobile dulcis aqua.* * Anno 1240. teſtibus Bruſchio, Tſchudio, Stumpfio, Gulero, &c.
Felix augurium! corvi potuiſſe nigrorem
Tam nobis album ſignificare diem.
Felix iſta dies! Hominum quæ commoda morbis
Tanta tulit, Phœbus quanta nec ipſe daret!
Sunt quos herbarum juvat extraxiſſe liquores,
Et lapidum vires igne probâſſe levi:
Cedant arte ſuâ, natura potentior arte,
In terræ gremio divitis iſta parat.
Hos furnus fallit, nequeunt penetrare liquoris
Fundamen, vires accipit unde ſuas.
Limpida, mollis aqua eſt, chryſtalli candida ad inſtar,
Æqualiq́ modo ſemper & ipſa calet.
Aëris haud æſtus poſſunt mutare calorem
Frigusq́, ut noceant viribus hæcce bonis.
Non tepet aut nimium fervet, moderata placebit
Ventriculo, guſtus judicat eſſe levem.
Ipſe ſapor gratus, liquidiq́ videtur olivi,
Viſcera per ventris cunctaq́ vaſa meat.
Quòd pereat ſtupeas hyemali tempore, frigus
Formidans Solis filia digna cluit.
Sol pater & tellus mater priùs edere nolunt
Prolem, nî verno fota calore fiet.
Sed cùm Flora venit, rident & gramine campi,
Hæc quoque de terrâ flumine larga venit.

Donec in autumno tenero de palmite fructum
Exhibuit Liber, noſtra quieſcit aqua.
Ex quo merſerunt in Thermas corpora morbis
Languentes variis, mox pepulére mala.
Ulcera vel cutis haud extremæ vulnera tangam
Et ſcabiem turpem, turgida pure novo.
Reſtituit carnem ſpurco de pure pereſam.
Indomitus cancer, lepraq́ꝫ ceſſit edax.
Si quæ Chirurgi ſuperant molimina, Thermæ
Hæcce ſuis ſuperant viribus absque manu.
Plumbeus & globus eſt mediâ de carne retruſus
Oſſaq́ꝫ confracti cruris iêre forâs.
Horrida quem brumæ læſérunt frigora, Thermis
His facilè inſtaurat membra vigore novo.
Languidus exultat firmatis robore nervis,
Atque alius tabem ſic abiiſſe canit.
Tollere quam neſcit, tollit, Medicina, podagram
Hæc aqua, ſed cautos hîc tamen eſſe jubet.
Iſchias immanis violentaq́ꝫ colica cedunt,
Febris & ex ægro corpore dira fugit.
Mitigat ardores, concoctio læſa juvatur,
Ventriculoq́ꝫ ſuus jam redit inde vigor.
Cuncta focillandi virtute eſt prædita ſensûs
Organa, præſertim roborat ipſa caput.
Manat enim toto loti de corpore ſudor,
Aëra vicinum dum vapor ater habet.
Humectat tractus per nares osq́ꝫ cerebrum,
Idq́ꝫ dolore levat, nulla gravedo manet.
Sed quod mireris, ceſſant ſudare peractâ
Re cuncti, ceſſat prorſus anhela ſitis,

Quem

Quem prius ægrotum plures ſuſcepit in horas,
Mox ſanum pellat, nec diu adeſſe ſinit.
Parcere manſuetis, ſcit, debellare feroces,
Et Bacchi & Veneris ſcit cruciare Viros.
Inflat & excoriat carnem, quoque contrahit omnes
Nervos, ac æſtu fit rubicunda cutis.
Sunt quos in Thermas manibus geſtare neceſſe eſt,
Poſt paucos rurſus pes valet ire dies.
Hebdomadumq; trium ſpatio, vel ſæpè duarum,
Quàm ſenis alibi, plùs valet æger homo.
Lympham hauri manibus, ſi, quàm ſit limpida, quæras,
Atque volam penitus vis penetrabit aquæ.
Aſt quid nota cano? Paracelſi lectio docti
Cuncta dedit, plures hæc retulére libri.
Non modò lotus aquâ, ſed qui potârit eandem
Afflictus, validum ſentiet auxilium.
Bis duo luſtrorum nos experientia priſcis
Cognita non ſeclis commoda mille docet.
Pocla placent lymphæ, decies epota placebunt,
Nonq; gravant ventrem, ſunt benè grata gulæ.
Haud incerta canam; veriſſima ſuggeret ipſe
Expertus, credat, qui medicamen avet.
Quidlibet audebunt ſempérne impune Poëtæ?
Non licet humano ludere de corio.
Eſtné fides oculis? Poterit mens conſcia veri
Fallere, quæ nil vult quàm benè nota loqui?
Hoc moneo, præceps ne ſit vel largior hauſtus,
Sin minus inſuavis nauſea reddet eum.
Cedere ſi diſcas forti, Tibi parcet ut ægro,
Næ faciet porrò, fortis ut ipſe ſies.

Nec retineto diù poclum, calor ire per auras
Aſſolet, immensùm quo mediante javat.
Dum refero vires, acidi procul eſte liquores,
Perditur, aut per vos languidior ſit Homo.
Ni valeat natura novas ſuperaddere vires,
Ut vincat; ſed ſpes fallere ſæpè ſolet.
Hîc phthiſis arcetur, tuſſis, tumor atque catarrhi
Si modò pulmonum non ſit uterq; putris.
Sit cerebrum infirmum, creſcant oblivia, fumi
Et calor infeſtent debilitentq; caput:
Sint paralyſi artus diſtorti, ſitq; podagra
Nodoſa in pedibus, noſtra juvabit aqua.
Craſſiùs intumuit collum, aut in gutture ſtrum
Excrevit, lymphâ hac utere, ſanus eris.
Uncto diminuit tumidos abdomine ventres,
It benè, qui lentum traxerat ante pedem.
Calculus atteritur, ſævæ nephritidis ardor
Pellitur, ac laterum torſio triſtis abit.
Fors hypochondriaci Te morbi malleus urget,
Obſtructusq; lien ſæviùs inde furit,
Immodicè jecur fervoribus æſtuat, acri es
Bile gravis, nimio ſanguine vena tumet;
Difficilè affectus moderaris, gaudia miſces
Cum lacrymis, vehemens ira ſit, ipſus amo
Diſtenduntq; Tibi ſtridentes viſcera flatus,
Strictior eſt alvus, languida membra ſimu
Jam quoque ventriculus fervet, frigetq; viciſ
Nec coquit, ut par eſt, pocula miſta cibis:
Sæpe & cor tremulum complet formidine ina
Pectus, terrores excitat umbra levis.

T

Tormina Te torquent, aut inflammatio renum,
Relliquiæ febris, paſſio & hyſterica,
Ac qui ſunt alii juratis ſtragibus hoſtes
Humani generis protinùs innumeri.
Hûc hûc te confer, cunctis poſt terga relictis,
Gaudebis totus, mox meliora videns.
Quæ medicaminibus crebris acidoq; liquore
Deteriora gemis reddita, diffugiunt.
Nectar & Ambroſiam jurares eſſe Deorum,
Vel potiùs donum nobile crede Dei.
Accipe, quod cœlo donum Tibi pôrgitur alto,
Inq; Dei laudes ora reſolve Patris:
O rerum ſapiens Opifex, melioris origo
Mundi, fons vitæ, ſpesq; ſalusq; mea!
Vivis, & in mundo mortales vivere mandas,
Utq; juvent vitam, plurima dona creas;
Sunt terræ, lapides, herbæ, ſucciq;, metalla,
Ac acidi fontes, balnea calda ſoli;
Sunt thermæ, quibus in lavitur, bibiturq; viciſſim,
Ut vires redeant, aut ſolidentur ibi.
Quas Tibi nunc grates, encomia quanta feremus,
Fons vitæ es nobis, vaſta vorago Tibi.
Gloria in excelſis, omnis benedictio Tecum
Degat in æternum, nosq; ſalute beet!
Hæc ſi vota Deo cantaveris, aſpice terram,
Et terræ Dominos his celebrato modis:
Felices Dominos deprædico, queîs ſine fruſtrà
Balnea donâſſet tam pretioſa Deus.
Principium ſcatebræ ſpeluncâ conditur atrâ,
Hîc affirmares Ditis adeſſe domum.

Eſt

Eſt præceps aditu, ſaxis pendentibus horret,
Plena ſuſurrorum, quos Tamienna *facit;*
Plena periclorum, montis de vertice petræ
Ingentes magno ſæpe fragore cadunt.
RUSSINGERE *Tuis virtutibus, inclyte Præſul*
Invia non rupes, nulla vorago, fuit.
A. 1543. *Sublicium pontem ſtraviſti, pendulum in aurâ,*
Subjungens ædes hoſpitiiq́ loca.
Hæc ſtructura ſtetit modò nonaginta per annos,
Tunc Pater æthereus talia juſſa dedit:
Ægris non penitùs conſultum cerno, ruinâ
Concidat hæc, flammis peſſum eat illa domus
Commodiora pares habitacula magne JODOCI
Princeps conſiliis, & benè cedet opus:
Si ſeptingentos paſſus ſuperaveris, amplis
Ædibus eſt aptus, lucidiorq́ locus,
Acceſſu facilis magè, ſanus & optimus ægris,
Aër liberior, nulla ruina nocet.
Subter ſpeluncam confecto ponte canales
Extrue, deductis utere tutus aquis.
Obſequio Princeps cœleſtia juſſa recepit,
Aggreſſus magnæ ſedulitatis opus.
Cœpit, perfecit, divinum ingentibus auſis
Adfuit auxilium, continuusq́ favor.
A. 1630. *Ter denos ſecli præſentis verterat annos*
Titan, cùm primùm eſt hæc nova viſa domus
Conatus tantos ſerò ventura ſonabunt
Tempora, cum noſtris hæc benefacta canent.
Ad Te nunc propiùs venio, Illuſtriſſime PRINCEPS
Qui cœlo acceptam lampada dignus habes.
Herou

Heroum cernis veſtigia, & exprimis omni
Curâ, conſervans priſca nitore ſuo:
Atque Tuas thermas adeuntes ordine lauto
Vis recipi, plus quàm ſaxea terra ſinit.
Triſtius afflixit fatum Tua culmina luſtro
Elapſo, rabies perdidit ignis ea.
Quo ſine ſollicitâ creviſſent mente priorum
Auſa, nec infenſis ictibus illa cadunt.
Fortunæ luſus ſuperat, non frangitur illis
Principis & fortis mens generoſa Viri;
ollitur aſperitas, ſedes fit amœnior, ægro
Augentur ſemper gaudia ſana gregi.
erge Deus vitam concedere Principi, & auge
Robur, ut incolumis Neſtoris æva ferat:
uò miſeris poſſit ſuccurrere lætior ægris,
Theſaurumq; datum cœlitùs excolere.
de ſalutares motus, ſic addere perget
Quæ deſunt, famæ præmia digna ferens.
oncurrent populi, votis encomia jungent,
Mecum cantantes, ut priùs orſus eram:
t Deus omnipotens miruſq; Favarii *in undis,*
Queîs morbo affectis maxima mira facit.

F I N I S.

DIS-

DISSERTATIO MEDICA DECIMA

De

THERMIS PLUMBARII[S] LOTHARINGIÆ,

vulgò

BAINS DE PLOMBIERE,

Plummers=Bad.

PROOEMIUM.

Dei beneficia ineffabilia.

INeffabilis atque immen- Divini Numinis bonitas, nullâ in re aliâ, in hoc cer- tè mirum quantum ſeſe c gnoſcendam præbet, qu nullam ferè Telluris Provinciam, Regi nem nullam à Mortalibus habitabilem paſſus ſit talibus carere adminiculi quæ ad pretioſum ſanitatis theſaurum ſive conſervandum, ſive reſtitue dum neceſſaria atque utilia eſſe c prehenduntur: ita quidem, ut, ſic

Reg

Regionibus quibusdam Morbi ſint endemii, eædem quoque remediis abundent, quibus tales Morbi feliciter debellari queant. Quanquam proin ex juſto Dei judicio humanum Genus, & morti & ægritudinibus obnoxium evaſerit, noluit tamen infinita ejus benignitas ſalutiferis nos auxiliis planè deſtitutos vivere, quin unamquamque ferè Provinciam certis ditavit Remediorum ſpeciebus, ſive dein ad animale, ſive ad vegetabile aut minerale Regnum pertinerent. Solent autem montoſæ Regiones ſalubrium Aquarum atque Stirpium multitudine planas ſuperare. Et quod Aquas quidem concernit, illæ aut ſimplices fontanæ *ſunt, quæ bonitatis invicem reſpectu certant; aut* minerales, *& veluti* compoſitæ, *modò* calidæ *modò* frigidæ, dulces *partim, partim* acidulæ, ſalſæ *&c. Prolixus valdè Catalogus evaderet, ſi quæ ubiq; Terrarum ſcaturiunt, vel recenſere tantùm cuperemus. Quamobrem, cùm animus eſſet,* de Aquis *quibusdam* mineralibus *cogitationes noſtras in apricum proferre, præſentis* Diſſertationis *Objectum & Argumentum* Plumbarias Lotharingiæ

Aquarum differentiæ.

Thema hujus Diſſertationis.

ringiæ Thermas *eſſe voluimus; qua*
rum tanta celebritas eſt, ut maximu
quotannis Hominum ad illas confluxu
fiat, ſuam ex illarum uſu ſanitatem
priſtinam quæritantium, magnaq́ ex
parte invenientium. Ut itaque public
conſtet, quousq́ in hujusmodi Therma
rum commentatione procedere poſſimu
aut debeamus, placuit earum deſcriptio
nem, quantum poſſibile, exactam in
medium proferre. Idq́ tanto audentiu
ſuſcepimus, quòd à nemine hucusq́, ſci
tu noſtro, præſtitum fuerit, ſi, præte
Bertheminum, *excipiamus ordina*
rium olim Thermarum illarum Med
cum, Dn. De Rouveroy, *qui* Tracta
tum *de illarum* uſu *maximè conſcrip*
ſit, Idiomate Gallico jam binâ vice ex
cuſum, ſed in quo tamen plura hucus
Lector deſideravit, obſervatione lectu
apprimè digna, atque etiam ſubinde ne
ceſſaria. Quamobrem neque inutilem
neque ingratam nos Publico rem facturos
ros eſſe credidimus, ſi & noſtras quale
cunque de iſtis Obſervationes atque Me
ditationes clarè magis, exactè atque di
ſtinctè exponeremus. Cui quidem cona
tui, ut ſummus Archiater ex alto in ſ
Nom

Nominis gloriam, & humani Generis ſalutem benedicere velit, devotâ mente precamur.

CAPUT I.

Thermarum Plumbarienſium Nomen, Locus natalis, Antiquitas, Structura.

I. THermas *Plumbarienſes* ſive *Plumbarias*, *Plumbarium* ſcilicet *Balneum*, Gallicè
Plumbiere ſeu *Plombire*, Plummers-Bad
Germanis audiens, non à *Plumbo* cum *Ber-*
hemino, earundem aliâs Thermarum ſcru-
atore doctiſſimo, nomen ſumſiſſe credi-
mus; quæ enim minera Plumbi in vicinis
montibus aliquando reperitur, & pauciſſi-
ma eſt, & exigui prorſus momenti, ut du-
itandi etiam locus ſit, utrum inde verum
lici Plumbum queat. Falſum quoque eſſe
leprehendimus, Thermas hasce Plumbum
nter alia mineralia ſecum vehere, cùm qua-
cunque etiam inſtituto illarum examine
e veſtigium quidem Plumbi ullum reperi-
e licuerit. Sed potius dicendum venit,
alentes has Aquas, locumque, ubi ſcatu-
unt, olim *Pluiniere* audiviſſe, ceu antiquæ
ripturæ & inſtrumenta id abundè mon-
rant, ipſique Lotharingi plurimi adhuc

Thermarum nomen.

Non à Plumbo derivandum.

 hodie

hodie non *Plombiere*, ſed *Plum ere* appel-
lant; vocis *Etymologiâ*, uti credibile eſt,
Gallico nomine *Plume* deductâ, quod *pen-*
nam aut *plumam* ſignificat, quoniam Incol:
occiſas Aves Thermis illis immergere ſo-
lent, ut plumæ ab iis facilè detrahi poſſin

Thermarũ harum Detectores.

II. Quanquam ex ipſo Thermarum no-
ſtrarum *adparatu*, variiſque tam æneis
quàm argenteis & aureis *Numismatibus*, no
ſecus atque è plurimis *Inſcriptionibus* ident
dem repertis, Thermas noſtras à Roma
detectas fuiſſe probabile ſit, primus tame
earum inventor adhucdum ignoratur. In
terim certum eſt, *Albericum*, aliàs *Ambro-*
nium, ſecundi Galliarum Regis Filium, an-
no 468. eas, cùm inter venandum omnin
deſertas reperiiſſet, rurſus ædificari curâſſ

Plumbarii Pagus.

III. *Plumbarium* hodie Lotharingiæ P
gus eſt, præter *Franciſcanorum Hoſpitium*
Templum, domos plus 50. Gallico nonnih
more exſtructas continens, inter duos mon
tes, orientalem unum, occidentalem alt
rum (quibus *Lotharingia* à *Comitatu Burgu-*
diæ ſeparatur) ſitus, multis egregiis, & in
ter has quoque aliquibus rarioribus Plan
tis, in montoſis circumcirca pratis uberti
creſcentibus, commendatus, quin & ſax
rupibuſque ingentibus rubello-nigris ci
cumdatus eſt; è quibus præter tepidas
frig

frigidas aquas, Thermales etiam in tantâ co-piâ proſiliunt undæ, ut omnium ſimul junctæ ſcaturigines amnem efficerent. Ex multis autem ipſarum concurrentibus fon-tibus publica ad corpus balneandum apta loca conſtructa ſunt, quorum tamen hodie non niſi tria in uſum publicum accommo-data exiſtunt.

IV. *Maximum* & communi ferè tantùm *Balneum magnum.* *lebi. pauperibusq;* frequentatum *Balneum*, vel b magnas ſuas virtutes, vel propter amplitu-dinem ſuam *Magnum, le Grand Bain*, dictum, n medio Vici loco recumbit, figuram oċtan-uli referens, & unà cum muro (qui tribus edibus ipsâ utrinque plateâ altior eſt) il-ud circumdante, ultra pedes in longitu-ine centum, in latitudine verò circiter uadraginta ſe extendens. Duo patent ad llud introitus, unus à meridie, alter à ptentrione, per quos decem ſcalarum mi-iſterio in aquas deſcenditur, ubi, veſti-us exutis ac in foramina muro eapropter cciſa quamplurima ſepoſitis, quiſcunque alneum, ultra quinque pedes profundum, trare, & ex tribus lapideis ſcamnis, cto contra temporis injurias munitis, uorum alterum altero in aquis profundius t, unum ſeligere, in eoque ſedem pro bitu occupare poteſt.

Depuratio Balnei magni.

V. Vacuatur Balneum hoc magnum ſub
inde, imò bis vel ter in hebdomade, ru
ſusque ſedecim demum horarum ſpatio
multis ex eo ſubſilientibus ſcaturiginibu
repletur; inter quas tres potiſſimùm æqua
li quidem calore, ſed tam vehementi, u
coquendis ovis ſufficiat, notatu dignæ ſun
quarum una à meridie veniens ita eſt co
pioſa, ut ſola Balneum implere facilè po
ſit. Ea inſuper, cujus aquæ potantur, Sc
turigo tubis in illud derivatur, *tum* ut i
ſerviat Embrocationi, ſive Stillicidio in pa
tes affectas, quod Galli *la Douche*, & hi
quidam ineptâ latinâ expreſſione *Ducia*
appellant, quæque aliàs ob Perſonaru
multitudinem interdum Situlis calidâ r
pletis miniſtratur; *tum* ut in Balneo bib
tur; *tum* denique ut illi decorem vel orn
tum qualemcunque pariat. Aqua etiam fi
gida, ut Balnei æſtus temperetur, in ide
continuè à meridianâ parte, retro maxima
ſcaturiginem, ex fonte, è muro per tubu
æneum ſaliente, decurrit. Demittit &
hoc Balneum opacam ac tepidam quanda
Aquam ſcaturigo *St. Catharinæ* dicta, qu
quamvis ita ſit exigua, ut cochleari exh
riri debeat, ſilentio tamen ideo non fu
prætereunda, quoniam Ægrorum Oculoru
ſolatium eſſe creditur, ſpecificumque ad V
sûs debilitati roborationem promovenda
remedium; licèt effectus ſimilis ab un

quaq

quaque aquâ tepidâ dulci expectandus ſit. *Magnum* interea iſtud Balneum trecentos unâ vice in ambitu ſuo Homines facilè comprehendit, pluresque adhuc forſan in ſui medio recipere poſſet.

VI. In Montis occidentalis radice hæret Balneum calens alterum, *Reginæ* ideo dictum, quòd ab *Auſtraſiæ Reginâ, Monaſterii Romaricenſis Abbatiſſâ*, conſtructum fuerit; cui proin Monaſterio unà cum domo contiguâ ad hunc uſque diem proprium remanſit; ita ut, quo tempore per clandeſtinum aditum in illud ſe conferunt, eoque utuntur *Virgines Cœnobii Nobiliſſimæ*, nemini pateat in illud acceſſus. Pedes illud habet in longitudine circiter 26. in latitudine verò 20. adeo ut quadratæ fermè ſit figuræ; Crater tamen ejus rotundus eſt, & Aquis thermalibus, è duobus locis prorumpentibus, nec non è duobus, Mali aurantii magnitudinis, tubis vix ultra tres pedes repletur. Non ita calet hoc Balneum atque prius illud *Magnum*, quoniam à ſuâ ſcaturigine forſan remotiores ſunt illius Aquæ; nec ita frequentatur. Cœterùm *Magno* ſimile exiſtit, quoad vires & qualitates ſuas, eadem enim omnium Balneorum calentium aqua heîc eſt.

Balneum Reginæ.

VII. Tertium *Balneum Capucinorum* ſive

Balneum Capucinorum, ſive Pauperum. *Pauperum* nuncupatur, quoniam à ſolis I
proſis & Ulceroſis olim frequentari ſoleba
verùm hodie ſumptibus Ducis Lothar
giæ, ſub cujus Dominio Thermarum
gus exiſtit, ita renovatum accommodatu
que eſt, ut potiore nunc jure *Divitum B
neum* appellari poſſet, eo quòd non pau
res ampliùs, ſed lautioris conditionis H
mines, imò Nobiles & Comites illud f
quentant. Hujus Aquæ, quoniam à f
turigine remotiores exiſtunt, adhuc min
quàm reliquorum calent, imò calorem a
lenem habent, ut omnibus ſit æquè a
cus, niſi ſint, qui vehementiore calore g
deant. Interim ejuſdem ferè eſt magni
dinis cum *Balneo Reginæ*, latum quippe
pedes, & longum 23. Aqua autem, quâ
pletur, magna ex parte è rotundo foram
cum impetu proſilit, ita ut vacuatum q
tuor horarum ſpatio rurſus ad duos pe
(qui ſunt ejus profunditas) repleatur.
tribus his Balneis in genere dici pot
quod Romano modo ita cœmentata ſi
ut ex Hominum memoriâ Crateres illo
reparatione opus non habuerint.

Fons bibitorius. VIII. Calida, quæ bibitur Aqua,
neum du Chêne olim conſtituebat; jam
tem Fons eſt, è columnâ lapideâ, cui
perpoſita ſtat Chriſti in crucem defixi i
go, per ſiphonem ferreum ſatis calidè p

eis craſſitie proſiliens, in conclavi quodam tecto, quod inter Balneum *Magnum* & *Reginæ*, è regione Diverſorii ad albam Crucem ſitum eſt, anteriusque lapideis columnis circumdatum, quas inter lumen ſubintrare, atque conclave illuſtrare ſolet. Nec multi ſunt anni, ex quo aliud Balneum, *Mago* vicinum, multis figuratis lapidibus, armis, ſtatuisque lapideis repletum, detectum fuit. Verùm cùm Balneo tali novo non indigerent Thermarum Incolæ, nec illud ſine magno domorum quarundam detrimento ad uſum accommodari poſſet, rurſus terrâ obrutum fuit.

IX. Duo inſuper in Plumbario *Balnea* *Laconica.* exiſtunt *Sudatoria*, ſive *Laconica*, quorum alterum, non procul à *Balneo Reginæ* ſitum, anguſtius, hincque calidius eſt, quàm alterum in *magni Balnei* viciniâ ante paucos annos extructum. Hæc Balnea à Gallis *Etuves* appellantur, ſuntque Loca concava, obſcura, à thermalium Aquarum ſubtus decurrentium vaporibus ita calefacta, ut etiam robuſtioris texturæ Homines per plures horæ quadrantes in illis commorari vix poſſint. Pedes longitudine decem, latitudine ſeptem obtinent, ita ut in ſingulis vix octo perſonæ ſimul ſedere poſſint.

X. Eſt & in regiâ occidentalis montis

Aqua ſaponata. viâ *Aqua* quædam *frigida*, quæ *ſaponata* ide
dicitur, quòd in ejus fontis fundo terra
Saponi non multum abſimilis reperiatur
certè à Gallis tanti æſtimata, ut etiam Lu
tetiam Pariſiorum deportetur. Nos cert
nonniſi pro optimâ fontis Aquâ habemus
per lutoſam terram transeunte, & parum
ejusdem terræ Saponis inſtar exhibente. Pa
ſibus circiter ſexaginta ab hoc Fonte diſta
alia frigidæ Aquæ *ſcaturigo*, ita copioſa
ut per tubos in plerasque Incolarum æde
derivetur; cumulataque molæ rotam facil
agitare queat.

Aquæ fontanæ communes. XI. Præter Aquas modò dictas non pau
cæ aliæ, nullo tamen niſi culinari uſui de
ſtinatæ, iisdem qualitatibus atque effectibu
præditæ, paſſim in hâc Plumbarii Valle re
periuntur. Imò innumeræ ſcaturigines pro
ſiliunt ex Rivo, *Leaugrogne* dicto, per V
cum defluente; qui à nivibus liquefactis it
tumeſcit, ut totus quandoque Pagus ſub
mergi periclitetur, ceu id anno 1661. con
tigiſſe memoratur.

Victûs ubertas. XII. Victum quod attinet, etſi ſteril
ſint noſtræ Thermæ, atque nonniſi paſcu
montanis circumdatæ, ille tamen ita abun
dat, ut vili heîc pretio cuticulam cura
poſſis. Incolæ loci non minùs probita
quàm urbanitate pollent; eorumque pa
Ge

Germanicam quoque linguam callet. Vinum, quod bibitur, partim eſt rubrum Burgundicum, partim album rubrumve Gallicum; utrumque bonum, ſed prærogativam tamen Burgundicum habet. Diſtat *Plumbarium* à *Lutetiâ Pariſiorum* horis 60. ab *Argentinâ* 30. à *Colmariâ* 17. à *Baſileâ* 26. à *Montisbelgardo* 14. à *Veſuntio* 18. Subjectumque eſt Dominio Sereniſſimi Lotharingiæ Ducis.

CAPUT II.

De Calore Thermarum, ejusq; Causâ.

I. PLumbariæ itaque Aquæ calidæ ſunt, imò fervidæ, hinc *Thermarum* nomine inſignitæ; cùm autem non longè ab earum ſcaturigine fontes alii proſiliant frigidi, meritò quæritur, undenam tam conſtans harum calor producatur? Nec facile eſt admodum, quæſtionem hanc decidere; quicquid enim Thermarum Scrutatores varii de *Cauſâ* Calorem illarum tam producente quàm conſervante commentati ſunt ac in medium protulerunt, talo ſtat ita infirmo, ut, ſi dicere fas eſt, laborem laboribus accumulaverint, remque per ſe obſcuram adhuc obſcuriorem differentibus ſuis opinionibus reddiderint. Et ſanè mirum *Cauſa Caloris Thermarum dubia.*

eſt, quòd inter tot tantoſque Viros, omn elogio majores, quibus noſtra profectò a tas gloriari poteſt, nullus adhuc plenan hujus Nodi Gordii ſolutionem inveneri Magnum quidem videtur eſſe myſterium ac ſolutu difficillimum, ſed tamen neut quam tale, quod non indefeſſo tandem la bore ac ſtudio in apricum deduci queat præſertim cùm multa pro difficillimis olin habita, ſcrutando, laborando, ac deſudan do nunc luce meridianâ clariora appareant Aliorum proin opiniones circa hanc ren præmittemus, & quid in earum qualibe deſideretur indigitabimus, noſtram tanden opinionem ſubnexuri, rationibuſque firm ſtabilituri.

Sententiæ diverſæ.

II. Equidem de Phænomeni exiſtenti & eſſentiâ dubitantem hactenus audivimu neminem. Calor ille Thermarum actual eſt, idemque perennis, ſenſu illum quisqu deprehendit, ſed ubi ejus genuina rati danda venit, hem! quanta opinionum va rietas, quanta Ingeniorum Medicorum di ſenſio. Fuere ante omnia, qui fervori Sc lis ad abyſſos Telluris penetranti originem Caloris Thermarum adſcripſerunt: verùm incomprehenſibile eſt, quî hoc contingen queat, cùm Solis calor eousque penetran neutiquam ſoleat, unde Thermarum ſca turiunt aquæ. Dein Solis fervor mutatu

1. Solis fervor.

reſpect

reſpectu temporum anni, unde caloris Thermarum varietas oriri deberet, quod eſt contra experientiam. Porrò Aquæ in ſuperficiali Telluris cortice decurrentes omnes calidæ eſſe deberent, & vel calidiores è profundo ſcaturientibus aliis, quod itidem repugnat obſervationi quotidianæ. Noctu denique & hyberno tempore Thermæ omnes tepeſcere, ſi non planè frigefieri deberent, quod tamen hactenus obſervatum non eſt.

III. Aliqui Veterum perennem Thermarum Calorem à centrali Telluris igne, quem in Terræ centro perpetuum foveri, ac per apertas ejus vias ſuperficiem verſus diſpergi autumârunt, derivare ſuſtinuerunt. Verùm centralis ille Ignis Terræ nondum demonſtratus fuit; ſi tamen eum exiſtere ſupponeremus, nondum inde explicari poſſet, cur tam pauci tantùm Fontes calidi è terrâ prodeant? Cur itidem æqualis ſemper caloris gradus in ſcaturientibus hinc inde Thermis notetur? *2. Centralis terræ ignis. Refutatur.*

IV. *Jatro-chymiſtæ* calidas reddi atque foveri Aquas ab efferveſcentiâ continuâ *Acidi* cujusdam & *Alcali*, vel calciformium glebarum cum aquâ continuè præterfluente, arbitrati ſunt; ſed & hanc opinionem fallacem atque erroneam eſſe patet exinde, *3. Acidum & Alcali, Refutatur.*

quòd

quòd nullum ſal neutrum, aliâs ab illa tur gescentiâ emergens, in Thermis reperiatur quodque Calx viva in Terræ cavernis ve nulla, vel rariſſima inveniatur; & ſi ve maximè reperiretur, illa tamen prætercur renti Aquæ tam æquabilem calorem, quen ſine mutatione perennem obtinet, imperti neutiquam poſſet. Calcarii verò lapide in terrâ exiſtentes, antequam aduſti ſunt nullâ cum aquâ, adeoque nullum quoqu æſtum excitare valent.

4. Subterranei & abſconditi ignes cauſa caloris Thermarū.

V. Alii porrò Aquas fontium ſubterra neorum ab Igne Telluris abſcondito calefie ri, atque in calore indeſinenti detineri ſibi perſuadent; adeoque à viſceribus Terr æſtuantibus frigidas transfluentes calefien Aquas, non verò ab æſtu talium Aquarun Terras reddi fervidas credunt. Ignes vo cant ſubterraneos, in telluris gremio ab ſconditos, à ſulphure & bituminibus ter reſtribus jugiter fomentatos: quos proban nituntur ex ignivomis montibus, in Apuliâ Siciliâ, Islandiâ conſpicuis; ex tonitrubu ſubterraneis, horrendis flammarum fulgu ribus, ſaxorum ac montium incendiis, aliis que phænomenis. Probant præterea, cor pora ſulphurea in tellure recondita, ferrea inprimis ac ſulphureas mineras, mutuâ in ter ſe attritione atque colliſione in vehe mentiſſimum motum raptas, ignem primum

con

conſtituere, hunc verò deinceps per corpora vicina ſulphurea multiplicari, ac propagari. Jam ab accenſis ejusmodi Sulphuribus, ceu abſconditis ignibus Terram vehementer calefieri, hancque calefactam Aquas præterlabentes calefacere exiſtimant. Dicunt enim, inde fieri, quòd ubicunque ſulphura copioſa ſub terrâ accenduntur, & ardent, ibi quoque Thermæ reperiantur; quòdque in Thermis ejusmodi ſulphur exiſtat, indeque elici queat. Ab illo proin Sulphure cum Aquis exhalante Argentum fuſco, & Aurum nigro ferè colore inficitur. Quomodo autem Sulphur in Terræ cavernis excitetur, aut excitari queat, haud æquè patet; *Excellentiſſ.* ac *Celeberrimus Boruſſorum Regis Archiater* hodiernus Dn. D. FRIDER. HOFMANNUS, *Diſſertat. de Thermarum Bohemiæ Carolinarum Æſtûs Cauſâ, Virtute & Uſu*, rem ſequenti ratione concipit: *Quando*, inquit, *in Terræ viſceribus Sulphur cum Bitumine foſſili, nec non cum martialibus mineris eſt commixtum, & in magnos cumulos collectum, & Aqua ad hæc Mineralia accedit, tum acidum Vitrioli, quod in Sulphure hæret, ſolvitur, & actione ſuâ in terram bituminoſam & ſulphureas martiales mineras, efficit non modò calorem intenſiſſimum, ſed, ſi & terra eſt poroſa, & ſufficiens aëris quantitas accedit, luculenta flamma producitur. Evidentior res fiet ſequenti experimento chymico:*

Sulphur cauſa Ignium.

Experimenta.

quan-

quando nempe ſumitur libra una Sulphuris viv: pulveriſati, & æqualis portio Limaturæ Martis: hæc invicem adcuratè miſceantur, & indantur Vitro, affundatur Aqua in tantâ copiâ, ut mixtura fiat humida inſtar pultis: elapſis horis duodecim in ſpumam attollitur maſſa, fit ebullitio interna calidiſſima, diffringitur ex calore vitrum color, qui antea flavus erat, evadit niger, & maſſa per calorem valdè fit compacta. Hæc vitro exempta, in parva fruſta comminuta, in acervum collecta, aeriſq; libero expoſita, brevi temporis ſpatio non modò vehementius quàm antea incaleſcit, ſed & manifeſtam flammam cum fumo ſulphureo emittit. Celebris L'EMERI Chymiſta & Pharmacopæus Pariſienſis Regiu idem experimentum ſequenti modo inſtituit: (velut Auctor narrat *Diarii Literatorum Journal des Sçavans, ad ann. 1703. Tom. 2. pag.* 751.) Maſſam videlicet, ex viginti quinqu Limaturæ Martis aut Ferri, ac totidem Sulphuris pulveriſati libris cum Aquâ pa ratam, æſtivo Anni 1703. tempore, Tellu ri non ultra pedem profundæ immiſit; un de elapſis vix novem horis tumeſcentem eam ac fiſſam primò reperiit, dein & ex e vapores ſulphureos, quibus confeſtim flam mæ ſucceſſerunt, exire animadvertit; it ut major hujus Maſſæ quantitas profun dius ſepulta verum vel Æthnam vel Veſu vium repræſentâſſet. Alia experimenta ge nerationem ſubterranei caloris monſtrant

deſi

deſumuntur ex Glebis ſulphureis, è quibus Vitriolum conficitur, aëri humido pluvioſo expoſitis, ac brevi tempore æſtum haud levem adquirentibus; item è Capite mortuo, poſt ſublimationem Sulphuris è Marcaſitis ſulphureis, relicto nigro, quod in acervos collectum & pluvioſo aëri expoſitum maximum quoque æſtum efficit.

VI. Ex præſuppoſitis his jam prælaudatus HOFMANNUS ſequenti modo ignem ſubterraneum gigni poſſe voluit: *Quandocunque*, inquit loco citato, *ſulphur ſive vulgare, ſive bituminoſum, ſive martiale, motu vehementiſſimo interno per mutuam mineralium actionem agitatur, & aëris motus in terræ cavernis accedit, qui ex aquarum motu & curſu, aërem ſubterraneum per compreſſionem in ventum quaſi cogente, producitur, (aquas enim lapſu ventum per canales excitare poſſe, qui follium vices præſtare queat, nota encheireſis eſt) tunc auctiori facto inteſtino motu flamma oritur, quæ Terræ motus, horrenda Fulgura, Tonitrua ſubterranea excitat, & ingentes terræ, ſaxorumq; obviorum moles in altum projicit. Ubicunque verò deficit vehemens in Terrâ ventus, nempe ex defectu maris, ſicuti fit in Germaniâ, tum æſtus maximus quidem fit, ſed ignis quaſi occluſus eſt, neque in manifeſtam flammam erumpit, nihilominus calidiſſimas exhalationes ſpargit, quibus tellus & aqua, cavernas & terræ anfractus*

Modus generationis Ignium ſubterraneorum.

fractus tranſiens imbuitur, & calorem inde rec-pit ac retinet.

Generatio Caloris Thermarũ. VII. Quando jam modus deſiderat generationis æſtuantium Thermarum, ſu-poni ferè poteſt, Glebas æquè ſulphure ac ferrugineas terreſtres in montium, pr-cipuè Thermis vicinorum, cavernis exiſ-re, Aquaſque ſimul ſubdulces præterflue continuè, ſicque ab æſtuantibus illis gleb jugiter calefieri, & calefactas quâ datâ p-mâ portâ ex ſuperficie Terræ proflue-Hocque modo etiam Thermarum Plumb-rienſium calorem perennem produci vel i-de quidam concludere volunt, quod mo-tes Plumbarium Pagum circumdantes, i-ter alia concreta Ferri quoque miner-copioſam adeo contineant, ut Ferri fo-næ, cœteris paribus, conſtituendæ ſuffi-ret. Imò & in illorum ſuperficie gle-inveniuntur lapideæ de Ferro multum p-ticipantes, quarum aliquæ, teſtante ſu-laudato *Clariſs.* ROUVEROY, noſtrâ experientiâ ita duræ ſunt, ut Adamar inſtar vitrum ſcindant; pleræque tam nigricantes ac friabiles Plumbo uſto ſi-les obſervantur: unde non immerito c-ligitur, Montes iſtos metallico quo Ferri principio abundare. Atque utut ipſum experientia negaret, nullam tam credimus Terram metallicis particuli-

F

profundis abyſſis caloris ope ad ejus ſuperficiem propulſis deſtitutam eſſe. Itaque dum Ferrum omnium metallorum communiſſimum exiſtit, vero maximè ſimile erit, omnem Terram, & aliam quidem plus, aliam minus de eo participare. Quod evidentiſſimè probatum dedit *Sagaciſſimi* BECCHERI obſervatio, quam in *Supplemento* ad *Phyſicam ſuam ſubterraneam* affert, è quavis Argillâ Ferri optimum elici poſſe ſcribens.

VIII. Quòd verò etiam *Sulphur* circa Aquarum mineralium calidarum fontes exiſtat, probari haud difficulter poſſe dicunt; quandoquidem in aliquibus illud manifeſtè ſeſe prodat, in aliis verò, ſicut & in Plumbarienſibus noſtris, vel eapropter occultum exiſtat, neque clarè monſtrari poſſit, quoniam ejus quantitas ſufficiens non ſuppetit in Terræ fodinis, aut eadem impeditur, quo minus in altum ſurgere queat. *Sulphuris præſentia unde probatur?*

IX. Sed enim in hâc quoque Hypotheſi haud levia deſideramus, quæ nos hactenus ab ejuſdem amplexu deterruerunt; etenim nobis imaginari neutiquam poſſumus, tali efferveſcentiâ concretorum præterfluentes aquas incaleſcere, & tamen ne particulam quidem mineralis, ſive ſulphurei, ſive metallici, ſive ſalini principii adipiſci, *Refutatio ſententiæ præcedentis.*

Mm ſecum-

ſecumque vehere debere. Non carent ta
libus particulis Aquæ minerales frigidæ
portant enim v. gr. Acidulæ ſuas vitriolico
martiales, habent aliæ alias; cur igitur om
nes calentes imò ferventes Aquæ non po
tius ſecum veherent tales quoque particu
las: etſi enim hoc fortè in plurimis obſe
vetur Thermis, in Plumbarienſibus cer
neutiquam, dum hæ neque ſulphureas, n
que metallicas ullas in ſeſe continent.
Si calor ab ejusmodi Corporibus in Ter
efferveſcentibus producitur, imaginari n
bis iterum neſcimus, quî is per tot jam ſec
la uniformis, ac in eodem ſemper gra
verſari potuerit? Equidem probè novimu
reſponderi ad hoc, quod eadem ſemp
quantitas materiarum efferveſcentium pr
ſens ſit, quodque ſic Aquæ perenni cu
præterlabentes eodem ſemper modo ca
fieri debeant. Verùm hoc nobis nondu
ſatisfacit, cùm ex Hypotheſi datâ, no
nullisque experimentis ſtabilitâ, id conc
ſum fuerit, Maſſas illas ſulphureo-mar
les ſimul totas in motum efferveſcentiæ
reptas eſſe, ac ferè in flammam abiiſſe; j
verò in immenſo talis materiæ cumulo in
Terræ cavernas impoſſibile eſt, quin
quando major, aliquando minor pars ej
dem turgeſcens evadat, inque flamm
Terræ motus excitantem erumpat;
que hinc mutatio talis etiam in Ac
P

præterfluentibus caloris differentiam aliquam producere debebit. 3. Si Calor tam perennis ex ejusmodi effervеſcentiâ contingeret in Aquis transfluentibus, citra omnem controverſiam hæ odorem ex ſeſe quendam, & ſulphureo quidem martialem aut ſimilem ſpirare deberent; jam autem neque in Piperinis Rhætiæ, neque in Plumbariis Lotharingiæ ullus unquam percipitur odor. Si dicas, occultum eſſe, volatileque in his modò dictis Thermis ſulphur; heu quàm frigidum effugium! Imò verò occultiſſimum eſt, quia nullum unquam adfuit, qualecunque demum concipiatur ſulphureum principium. 4. Difficillimum eſt, imò fermè impoſſibile concipere, Ignes ejusmodi ſubterraneos æquabili tamdiu motu durare poſſe, & non vel langueſcere, ob aëris liberi defectum, vel in majorem impetum ſæpius erumpere. 5. Copia ejusmodi magna præterfluentis Aquæ diluere nimis, imò ſæpius ſuffocare deberet turgeſcentis qualiscunque materiæ impetum; certè ſi experimentum inſtituatur, res protinus hâc ratione ſuccedet; quando enim nova continuè Aqua affunditur, hæc ſenſim omnem efferveſcentiæ motum ſedabit, caloremque omnem paulatim extinguet. Ut plura alia brevitatis gratiâ prætereamus.

Thermæ à Deo calentes creatæ.

X. Itaque rejectis aliis qualibuscunque opinionibus, ſtatuimus nos tandem, calidas æquè ac frigidas Aquas in primâ creatione à Deo ſic fuiſſe conditas, ac ita ſemper manſuras uſque ad conſummationem mundi; ſed ita tamen creatas, ut in certi profundiſſimarum Telluris abyſſuum cavernis Ignes exiſtant vel Calores ſtabiliti vel Loca quædam ferventia, per quæ ſi A quæ in ſuo quodam motu circulari trans fluant, novum iterum calorem adipiſcun tur, ſicque priſtinas vias decurrendo peren nes Fontes calidos exhibeant. Hoc qui ſta tuit, omnes facilè difficultates ſuperabi Aqua enim ejuſmodi bulliens, in viis, pe quas decurrit, modò hæc, modò illa ſecum mineralia, terras, ſuccos &c. modò nihi aſſumit ac provehit. An Deo fuit impoſ ſibile talia intra Terræ cavernas loca pe petim ferventia creare? haud facilè qu dixerit.

CAPUT III.

De variis, ad Thermarum Plumbarie ſium Qualitates cognoſcendas, fact Experimentis.

Modi cognoſcendi qualitates Thermarum Plumbar.

I. DUobus potiſſimum modis in *Qua tatum*, Thermis noſtris tribui ſo tarum

tarum, cognitionem devenire poſſumus, 1. nempe *quotidianâ Morborum*, Aquis noſtris ritè in uſum vocatis *profligatorum*, *diligenti annotatione*; 2. *earundem Aquarum accurato examine*: quod quidem *diſtillatione*, *coctione* ſeu *evaporatione*, *ponderatione*, *putrefactione*, *præcipitatione*, *guſtu*, *odore*, *colore*, ac *ſedimentorum analyſi* peragi poſſe non pauci volunt. Ex hiſce igitur ſcrutiniis atque probationibus, quarum pleræque à nobis inſtitutæ atque peractæ fuerunt, quid concludere liceat, in ſequentibus videbimus.

II. Per Balneum arenæ 24. horarum ſpacio in vitreâ Cucurbitâ, hermeticè clauſâ, uncias 60. *Aquæ*, *Scaturiginis du Chêne*, quæ communiter bibi ſolet, diſtillavimus; è quibus, aquâ in vas recipiens transmiſſâ, vix tantillum materiæ cujusdam ſubſalſæ, coloris cinericii extraximus, quæ dein poſt ſolutionem filtrata, & ad cuticulam evaporata, *Sal nitroſum*, Nitri gemmæ non multum abſimile exhibuit; cui (præſentibus Viris *Nobiliſſimis* atque *Spectatiſſimis* Dn. *Le Begue*, *Sereniſſimi Lotharingiæ Ducis Leopoldi I. Archiatro*, Dn. *Richardot*, Thermis iſtis *ab ejusdem Sereniſſimi Lotharingiæ Ducis Celſitudine* Præfecto, atque Dn. *Binningero*, *Sereniſſimi Ducis Würtemb. Montbelgardenſ. Medico ordinario*) ex *Alkalinorum* familiâ quidem *Oleum Tartari* ac *Spiritum Salis armoniac.* nullâ inde *Probatio per deſtillationem.*

naſcente effervcſcentiâ, affudimus; cum *Acidis* contrà aſperſis manifeſta effervcſcentia contingebat. Idem & in ſubſtantiâ quâdam, ejusdem Fontis tubis exiguè adhærente, inodorâ, inſipidâ, albicante, & (quoniam diſſolvi nequit) calcinatâ, contigiſſe obſervavimus. Ea enim cum *alkalinis* nullum, cum *acidis* verò magnum effervcſcentiæ actum ſubiit. Simili quoque cum ſucceſſu non modò hujus, ſed & aliarum Aquarum Thermalium diſtillationem inſtituimus.

Quid poſt evaporationem prodiderit?

III. Exploravimus inſuper, num non ex Aquarum noſtrarum evaporatione aliquid prodiret, ſed ſanè per triduum Siziphi ſaxum volvimus, & nihil ferè Salis ex ingenti Aquæ copiâ, in poculi cujusdam argentei, & cucurbitæ noſtræ apertæ fundo remanſit; interea cùm illum ſubſalſum deprehenderemus, vaſa noſtra ruiſus aqua implevimus, quam ad drachmas quatuor evaporatam filtravimus, eamque ſubſalſam ac cum acidis pariter effervcſcentem notavimus.

Pondus Aquarum.

IV. Peracto diſtillationis, evaporationis ac præcipitationis negotio, Balneorum noſtrorum, non ſecus atque reliquorum Fontium Aquas in rotundâ vitri nitidiſſimi ampullâ, trium digitorum collum habente exa

exactiſſimi bilancis ope ponderavimus, ac primò omnium leviſſimas eſſe Thermales, & inter illas, quæ in ſupremo gradu calent, deprehendimus; deinde tepidæ frigidis minùs ponderabant, à quibus tamen *Aqua ſaponata*, & ſcaturiginis *St. Catharinæ*, quæ cæteris graviores ſunt, eſt excipienda. Tertiò tandem calidas frigefactas, etſi ad drachmarum duarum capacitatem decreſcerent, pondus tamen idem retinuiſſe obſervavimus.

V. Ad ſenſuum examen tandem ut deveniamus, diaphanum maximè *Colorem* omnes *Aquæ Plumbarienſes* (exceptâ *Saponatâ* & *Scaturiginis St. Catharinæ*, quæ videntur tantillum opacæ) obtinent. *Saporem* autem quo plus fervent, eò gratiorem habent, ſubdulcem tamen, niſi quod Aqua *Balnei Reginæ* ſubſalſa, & *Balnei Pauperum* ſulphurea à delicatulis nonnullis palatis pronuncietur. Præter *parvi Balnei ſcaturiginem*, dum pluit inprimis, ſulphur obſcuriſſimè redolentem, nullum *Odorem* Aquæ noſtræ de ſe præbent. *Color.* *Sapor.*

VI. Probis illis ad finem perductis, quædam adhuc cum noſtris Aquis experimenta inivimus; ſumſimus, e. gr. tria æqualis magnitudinis pocula vitrea, quorum unum *ſaponatâ*, alterum *communi*, & ter- *Experimenta varia.*

tium *Aquâ thermali* impleri curavimus: quibus *Gallarum Nuces* pulveriſatas, *Pœoniæ* & *Roſarum Syrupum*, *Violarum Succum*, *Tinctu*-*ram Ligni Braſilienſis*, *Roſarum Flores*, *Nitrum*, *Sal polycreſti*, *Cremorem Tartari*, *Oculos Can*-*cri ppt*. *Corallia ppt*. *Tutiam ppt*. *Lithargyrium* *Lapidem calaminarem*, *Cinnabarim*, ac tandem *Salia*, multosque tum alcalinos, tum acidos *Spiritus*, aliaque innumera (quæ, quoniam parvi ſunt momenti, recenſere ſuperſedeo) immiſcuimus, ſed prorſus nullam vel in colore vel in conſiſtentiâ, quæ communi aquæ non acciderit, mutationem nactæ ſunt.

Judicium de Thermarum ingredientibus.

VII. Quale verò judicium nunc de Thermarum harum ingredientibus forme-mus, proximum eſt ut aperiamus. *Primò* quod ex Aquarum noſtrarum, ſicut ex communiſſimarum aliarum qualiumcun-que, diſtillatione prodit, quia calcinatum ferè eſt, de alcalinâ potius quàm acidâ na-turâ participat, ſicut id præcipitatio Jucu-lenter oſtendit. *Secundò*, evaporatio haud dubiè fruſtranea ideo fuit, quod nullum vel minerale vel metallum Aquæ noſtræ ſecum ferant. *Tertiò*, volatiles non paucas par-ticulas Aquis noſtris ineſſe, ponderatione frigefactæ aquæ, idem pondus cum eadem antea calente, diminutâ tamen ſpatii dua-rum drachmarum quantitate, retinentis confirmatur. Verùm nonnulli hîc obji-

cient

cient, propterea nondum ſpirituoſas Aquas noſtras dici mereri; ſicut enim facilè patet, calidarum Aquarum poros frigidarum poris patentiores eſſe, majusque ideo ſpatium occupare, ita extraordinarium non eſſe dicent, quòd thermales noſtras ſed frigefactas Aquas quantitatis, non verò ponderis diminutionem paſſas fuiſſe, experti ſimus; cùm conſtrictis poris illas compactiores fieri, minusque ſpatium occupare, veriſimillimum ſit. His verò dubiis reſponſionem ſufficientem exhibet experimentum illud, quod ponderatione Aquæ communis calefactæ primùm, rurſusque dein refrigeratæ in ampullâ noſtrâ, uncias circiter 16. continente, peregimus, dum non ad drachmarum duarum, ceu thermales noſtræ, ſed ad granorum duntaxat viginti quinque capacitatem decreviſſe notavimus.

VIII. *Quartò* ſenſuum examine *opaca* paulululum *Aqua ſaponata*, & *St. Catharinæ* videtur, ideo, quia illi aliquid ſupernatare obſervatur, quod procul dubio ab eâ terrâ pingui, oleosâ, *ſaponata* dictâ, quam perfluit, colligit. Ea autem terra ſimilis luto eſt, & Solis expoſita radiis ſic induratur, ut ſaxeam ferè duritiem induat; igni verò injecta flammas & crepitationem edit, quod tamen & aliæ glebæ faciunt terræ in vicinia repertæ, ſituti ſimilem in horto Dn.

Cur ſaponatæ paululum opacæ.

Rouveroy invenimus. *Guſtu* vel *Sapore* Aqu
Balnei *Reginæ* & *Pauperum* ab aliis diffe
re delicatulos affirmare audivimus, ſed
nè, ut fatear quod res eſt, nobis nihil
mile notare contigit; & mirum eſt, quò
ſuprà dictis probis nulla Sulphuris aut N
tri eis inexiſtentis ſigna habuerimus.
terim cum Balneum *Reginæ* paululu
laxet, ac Mulierculæ hyberno temp
lintea lavando in eo per aliquot horas m
rantes, eo poſtea relicto pedes ſuos titil
tione quadam irritari deprehendant, ha
obſtinatè negabimus, aliquid nitroſi iis Aq
ineſſe. Sulphureo autem odore quod
Balneum *Pauperum* interdum gaude
propriâ experientiâ inducti, diximus; ca
ſa forſan eſt, quòd dum illud Lacon
adinſtar occluſum eſt, vapores ejus, li
rum exitum non habentes, hoc odore
res feriant. *Quintò* tandem ex innume
illis, quæ quidem Aquis noſtris infuſa
permiſta fuerunt, nil niſi hoc ferè conc
di poteſt, quòd nullum acidum in i
prædominetur, quodque ſint Aquæ ma
mè temperatæ, partium valdè ſubtiliu
terreſtrium, alcalinarum, nitroſo-aër
maximè volatilium, admodum penet
tium, minimè ſulphurearum; uno ver
Aquæ, quæ in itinere ſuo per ſabulu
aut lutum, per quod transeunt, depura
ſimæ ſunt redditæ.

IX. C

IX. Quibus ita præmiſſis, atque pro poſſe & nôſſe expoſitis, palam eſt, *Aquas* noſtras *Plumbarienſes*, tam propter ſuam levitatem, diaphaneitatem, temperaturam, quàm in primis propter blandiſſimas ſuas nitroſo-volatiles particulas, in Morbis ab acrimoniâ productis omnibus, in Obſtructionibus ab acido factis, in fluidi nervei impedito ad partes defluxu, in tono atque elatere nervoſarum fibrarum debilitato, ac tandem in variis Vulneribus, etiam inveteratis Ulceribus quàm maximè prodeſſe; atque uno verbo in plerisque Morbis, ſi non remedium, levamen ad minimum adferre. Sed videamus, an quod diximus experientiæ quotidianæ reſpondeat? *Virtutes Thermarum Plumbarienſ.*

CAPUT IV.

In quo Morborum, uſu Aquarum noſtrarum profligatorum, fit enumeratio.

ALteram ad eximias Thermarum omnium virtutes cognoſcendas viam *Experientiam* eſſe, non immeritò diximus, eâ enim, quod peracto Aquarum thermalium examine latuit, ſæpè detegitur, quodque in apricum prodiit, confirmatur: hinc etiam, an Morbi modò dicti *Experientia & Obſervationes.*

recto

recto Thermarum Plumbarienſium uſu d
bellari, aut radicitus quoque extirpa
queant, certiores ut ſiamus, experientia
præprimis conſulendam eſſe arbitramu
Quam in rem cùm plurimas, fide non m
nùs quàm notatu digniſſimas, multoru
certè annorum ſpatio obſervationes coll
gerit, ſuoque de his ipſis Thermis co
ſcripto, ac in lucem publicam emiſſo Tra
tatui inſeruerit *Nobiliſſimus* ROUVERO
veniam haud difficilem nos conſecutur
eſſe ſperamus, ſi Benevolum Lectorem
eundem remittamus, & quarundam tantùn
quæ quidem nobis, Thermas nuper vi
tantibus, vel videre, vel audire contigi
mentionem hîc injiciamus.

Rheumatici Dolores. II. *Dn. Joſephus Titot Prætor Montisbelg*
di meritiſſimus, propter *Rheumaticos*, eosq
ingentes in Brachio ſiniſtro *Dolores*, Plun
barienſibus Aquis, Embrocationis præp
mis ſive Duciæ formâ uſus, eos ita fug
vit, ut abhinc nullos amplius perſenſer
Paralyſis. Paucos dein etiam poſt annos, cùm u
verſorum membrorum vel Artuum m
miſerè privatus, in lecto ultra ſex hebd
madas, ceu tenellus in cunabulis Infan
detentus eſſet, ſumtis fruſtra multis rem
diis, ad Thermas tandem noſtras ſe tran
portari curavit, ubi vix quinquies inſe
Balneo, cùm jam ita convaleſceret, ut i
veſ

veſtes ſuas induere poſſet; Aquas hinc ſimul bibere, ac Embrocationem ſæpius in uſum traxit, Laconicum etiam quandoque ingreſſus. Effluxis tandem tribus hebdomadis non ſine multorum admiratione, ſuorum inprimis gaudio, perfectè ſanus & hilaris domum rediit, inibique, annum licèt prætergreſſus ſeptuageſimum, nullam tamen, Dei gratiâ, ab illo tempore paſſus eſt recidivam.

III. *Dn. Julius Fridericus Duvernoy, Montbelgardenſis Conſul digniſſimus*, propter maximos tenſivos & pungentes, à lapſu quodam productos, atque in coxâ per duos menſes præprimis furentes Dolores, Thermas quoque noſtras adiit; atque poſt earundem uſum feliciter redux factus adeo benè habuit, omni quippe dolore liberatus, ut & alterâ vice contra Dolores ſtomachicos non leves, integro ciborum faſtidio comitatos, levamen in illarum adcurato uſu feliciter conſecutus ſit; relictis enim Thermis, doloribusque omnino ſedatis, ſenſim ac ſenſim rediit perfectus ciborum appetitus. Idem & tertiâ vice in Chiragricis utriusque Brachii, à digitis ad humeros uſque ſe extendentibus, modò fixis, modò vagis Doloribus, quibus mirè torquebatur, extirpandis eſt expertus, ut licèt manus debiles habeat, ætate tamen ſeptuagenariâ nunquam de novo ſimilibus doloribus fuerit moleſtatus.

Iſchiadici Dolores.

Dolores ſtomachici.

Chiragrici cruciatus.

IV. *Hen-*

Cephalalgia, Uteri cruciatus.

IV. *Henrica Titot, Montbelgardenſis*, cù
plus quam novem ætatis luſtra haberet, a
Uteri Capitiſque intolerabilibus adeo c
vexata fuit doloribus, ut eorum tande
cauſam, ſerum nimirum aquoſo-ſalſum
acre, per cutis, interea valdè mollis redd
tæ, poros copioſè transudaret, atque dei
ceps Capitis torporem, cum gravedine in
gni, per aliquot annos continuò durant
pateretur. In quo ſtatu deplorando miſe
Fœmina tandem remedium ſolatiumq
unicum, illudque certum in uſu Therm
rum noſtrarum diligenti experta eſt.

Fiſtula lacrymalis.

V. *Dn. Petro Joſepho Burnier, Scholar*
Montisbelgardenſium Conrectori, dum viveba
optimè merito, cùm ex Variolarum ſupera
morbo lacrymalis in Oculo dextro Fiſtu
non ſine notabili tumore remanſiſſet, ita
de viſu periclitaretur, Aquarum Plumb
rienſium ope diſcuſſus Tumor cum Fiſtu
tantum ipſi ſolatium attulit, ut de Vi
amiſſione nullum amplius periculum ſup
fuerit.

Paralyſis univerſalis.

VI. N. N. *Schom, Aurifabri ſervus*, u
Paralyſi univerſali, ultra tredecim jam m
ſes durante, liberaretur, in Thermas q
que noſtras ſe contulit, tantumque ex i
ſolatium, ceu ipſimet vidimus, hauſit,
ſanitatis ſuæ perfectius recuperandæ gra

eaſdem iteratâ vice non ſine ſucceſſu frequentaverit.

VII. *Joannes Matthiot*, adoleſcens 18. annorum, pedes Ulceribus adeo repletos habuit, ut jam de illorum amputatione Chirurgi fuerint ſoliciti, ſed cùm antea, quid ex Aquarum Plumbarienſium uſu ſequeretur, probandum eſſe duxiſſent, Æger illis more ſolito uſurpatis, magnâ cum admiratione, pedum Ulceribus probè deterſis, ac omninò conſolidatis, iter à Plumbario Montisbelgardum fecit. *Ulcera Pedum.*

VIII. *Franciſca Darey, Dn. Andreæ Darey*, olim *Mercatoris Montisbelgardenſis* filia, habitu corporis prædita infirmo, ad Atrophiam jam maximè inclinavit, atque Defluxionem ſeroſam in cruribus ita contumacem adepta eſt, ut per annum illis inſiſtere atque progredi non potuerit; cùm autem hæc poſtmodum in pollicis pedis Tumorem, Abſceſſum & Ulcus ſoluta eſſet, atque à Chirurgis neque illud conſolidari, neque Oſſiculorum Caries impediri & præcaveri potuiſſet, tandem legitimo Aquarum noſtrarum uſu & adminiſtratione Atrophiæ metus diſcuſſus, Caries oſſium deleta, Ulcus mundificatum atque ad cicatricem perductum ita fuit, ut nunc benè iterum, licèt claudicans nonnihil, incedere & obambulare queat. *Defluxio ſeroſa ad Crura.* *Atrophiæ metus.*

IX. Eva

Contuſio ad coxas, ac motûs impotentia.

IX. *Eva Hetzel*, annum agens quinqu[...] geſimum octavum, cùm ex equo delap[...] ad dextram fortiter coxam alliſiſſet, hin[...] que irritis Medico-Chirurgorum auxilii[...] nonniſi furculis nixa alaribus incedere poſſe[...] in Thermis tandem noſtris, quibus cum m[...] ximo fructu uſa fuit, ſua furcula depoſu[...] atque ſine illorum adminiculo & miniſter[...] liberè iterum alacriterque progredi potuit[...]

Ophthalmia, cum Cephalalgiâ, Motibus ſpaſmodicis, Paralyſi Linguæ & Manuum.

X. *Suſanna Gauchet*, annum dum age[...] 19. pertinaci vexata fuit Oculi dextri *I[...] flammatione*, ultra annum (per quod te[...] pus oculum aperire non poterat) continu[...] cui primò quatuor ſeptimanarum Ceph[...] lalgia jungebatur; deinceps autem pedu[...] & interdum totius corporis Motus conv[...] ſivi ſucceſſerunt, cum Paralyſi linguæ [...] manuum, quas per tredecim menſes ita [...] cuſſatas habuit, ut movere ſive flectere [...] ſciverit. Remediis, quæ in uſum pl[...] trahebantur, nil prorſus efficientibus, [...] Plumbarienſes tandem Aquas ſuum hab[...] refugium, ubi vix per ſemiquadrant[...] horæ Balneum ſalutavit, cùm jam pau[...] lum manus movere digitosque flectere c[...] pit, rebusque melioreſcentibus, & pro[...] gatis Motibus pedum convulſivis, cum I[...] quelâ tandem integrâ domum reverſa e[...] ſi non in cœteris perfectè ſanata, mult[...] tamen in melius mutata.

XI. *M*[...]

XI. *Maria Gourgot*, proſtratis ex univerſali Paralyſi uterinâ viribus, in Balneum deportata ſexies ſe intolerabiles in eo dolores ſuſtinuiſſe dixit, poſtea tamen viribus de die in diem ſuccreſcentibus ita reſtituta eſt & corroborata, ut ſæpiùs ſola in Balneum ſine alius hominis adminiculo deſcenderit, tandemque priſtinam fermè ſanitatem recuperaverit. *Virium corporis totius proſtratio.*

XII. *Vir* quidam *Baſilienſis*, Senatoriæ dignitatis, ex lucubrationibus diuturnis, atque meditationibus profundis multiplicibus, frequenti Capitis dolore, cum Vertigine, & Chylificationis imbecillitate continuâ laborare conſuevit. Poſt varia in uſum vocata Remedia tandem in Thermas ſeſe contulit noſtras, iisque tam in potu, quàm in Balneo & Laconico tantâ cum euphoriâ uſus fuit, ut poſtmodum diverſis vicibus ad ſanitatis ſuæ confirmationem eò redierit. *Vertigo, Cephalalgia, Dyſpepſia.*

XIII. Ejusdem Viri Uxor maximè obeſa, ac duodecim Liberorum mater, cholerico-ſanguinea, cum Paſſionibus hyſterico-ſpasmodicis, atque nephritico-calculoſis ſæpius conflictata fuiſſet, ita ut metueret, frequentiſſimè tandem convulſum iri; iam ex repetito Thermarum noſtrarum uſu, tam in potu, quàm in Laconico, *Paſſiones hyſterico-ſpasmodicæ. Calculi.*

levamen maximum ſuorum malorum per- ſenſit. Ita quidem, ut ultimâ vice, nimi- rum Ann. 1708. ſimul Abdominis ac pe- dum Tumore œdematoſo, ceu Hydropis Aſcitis aliquali prænuncio, penitus liberata fuerit, atque in hunc uſque diem manſerit calculoſis quisquiliis per renes copioſiſſimè deturbatis, obſtructionibusque glandularum probè reſeratis.

Metus Hydropis.

Obſtructiones Glandularum.

Paralyſis, Renum Ulcus.

XIV. Eodem anno 1708. Menſe Maj[o] in Thermas noſtras ſeſe recepit *Rev. Pate[r] Du Bois S. J. Enſishemenſis*, loquendi & gra[- diendi] potentiâ ex Paralyſi ferè univerſa[li] privatus, ac indeſinenti Lumborum dolor[e] dextrique Renis Ulcere tanto afflictus, ut quicquid Urinæ minxit, mediam parte[m] ferè nil, niſi pus album fuerit. Hic Vir e[x] potu Thermarum intra ſpatium octidui l[o-] quelam recuperavit, poſtmodum etiam p[e-] dibus inſiſtere, baculorumque adminicu[lo] incedere cœperat; tandem verò, cùm e[x] Medicorum conſilio per integram æſtate[m] Thermis in Potu, ſubinde & Balneo, a[t-] que Laconico rarius uti perrexiſſet, ab U[l-] cere quoque Renum perfectè liberatus, ſanitati priſtinæ ita reſtitutus fuit, ut eâ hanc uſque diem ſine incommodo fruatu[r].

Arthritis.

XV. Mille novimus Arthriticos, q[ui] ſive vagâ, ſive fixâ Arthritide laboraveri[nt]

Po

Potu Thermarum, & Laconici uſu frequenti maximum ſemper levamen adepti fuerunt; dum Paroxyſmi dein & rariores & leniores evaſerunt; modò unâ cum uſu Thermarum ſimul *Panaceam ſolut. alcal.* alternis ſingulis diebus aſſumſerint.

XV. Brevitatis ergo multas alias obſervationes ſilentio præterimus, cùm jam ſatis ex illis, quas recenſuimus, appareat, tantæ utilitatis, tamque efficaces eſſe Thermas Plumbarienſes, ut in plerisque morbis, ubi cœtera omnia remedia fruſtranea ſunt, ritè adhibitæ auxilium non contemnendum adferre queant. Etenim omnes obſervationes probè conſiderando manifeſtè deprehendimus, eas maximè profuiſſe in Tuſſi ferinâ, Raucedine & Aſthmate, ſi à humoribus ſalſo-acribus, citra Pulmonis exulcerationem, provenerint; in Cephalalgiâ, Cephalæâ, Hemicraniâ, ſicubi ſerum pituitoſo-viſcidum, plus minus acre & vellicans in culpâ fuerit: hinc & in variis morbis Uterinis, Doloribus externis iſchiadicis, Lumbagine, Rheumatiſmis, Cruciatibus arthriticis atque nephriticis; Paralyſi, Paralyſi, atque Contracturâ membrorum; in ſcorbuticâ, venereâ, pituitoſâ Cacochymiâ laborantibus, dum ſalia humorum circumeuntium acria, acida, viſcida, &c. maximè diluunt, invertunt, edulcorant, atque è

Remedium univerſale.

 cor-

corpore per vias cutis & renum copioſè eli-
minant: in Stomachi imbecillitate, Singul-
tu, Nauſeâ, liquorem gaſtricum ſufficiente
volatiliſando, tonum fibrarum roborando
appetitum revocando, & chylificationen
maximè promovendo: in Obſtructionibu
glandularum inteſtinalium, Pàncreatis, Me
ſenterii, Hepatis ac Lienis reſerandis: in
attenuandis, incidendisque Humoribus len
tis ac viſcidis, ſicque eorundem circulatio
ne promovendâ, reſtituendâ: in Oppilatio
nibus etiam Nervorum paralyticis aperien
dis, tonoque Membranarum ac Tendinum
naturali reſtituendo: in Palpitatione Cordi
diſſipandâ: in Scabie qualicunque exte
gendâ, & curandâ: in Ulceribus, etiam
antiquis ac ſordidis, fiſtuloſis, ſinuoſisque
herpeticis etiam mundificandis & conſo
lidandis: in Spasmis atque Contractioni
bus convulſivis emendandis, profligandi
in Uteri viis extergendis, Obſtructionib
Ovariorum tollendis, Sterilitate corrigend
Fœcunditate promovendâ; Menſium flux
procurando; Paſſionibus hyſtericis miti
gandis; Ephemeris Febribus coërcendis
Eryſipelate præcavendo; denique in plu
bus morbis deſperatis perſanandis; quem
admodum certè annua docere conſuev
experientia, ipſaque ratio abundè confi
mare poteſt, ſi modò temperiem Aqu
rum, quoad ingredientia maximè bla
dam

dam, dulcem, atque volatilem conſideremus.

CAPUT V.

Continens modum utendi Thermis Plumbarienſibus.

I. MUltum ſanè ad ſanitatis reſtitutionem legitimus Thermarum uſus facit; è contrario ingenti ſuo damno nonnulli, quantum illius neglectio noceat, experti ſunt. Verùm in Thermis noſtris omnia ita ſunt diſpoſita, omnesque loci Incolæ, de modo ſe in illarum uſu gerendi, ita Convictores Hoſpitesque ſuos informant, ut raiò heîc aliquis committatur error; hoc tamen non impedit, quo minus paucis rectam Thermarum Plumbarienſium uſurpandarum rationem in medium proferamus. *Rectus Thermarum uſus demum ſalutaris.*

II. Dies itaque felicem in Thermis adventum proximè ſequens, vel requieſcendo tranſeunda eſt, vel impendenda ſtatim ad purgandum corpus ab itinere commotum, ut ad Aquas poſtea hauriendas, vel aliter uſurpandas reddatur idoneum. Hoc autem vel *Infuſionis* alicujus, vel *Pulveris purgantis* ope fieri poterit: *Infuſionem* ex. gr. *Ratio utendi Thermis.* *Purgantia.*

ſequentem vel ſimilem parare atque propi-
tiare licet:

℞. *Fol. Senn. mund. ℥iij.*
Rhei elect. ℥ij.
Sal. Polycreſt. ℥j.
Sem. Aniſ. vel Fœn. ℈iiij.
Mali citrei vel aurantii fruſta duo.

Inciſ. & cont. infund. per noct. in Aquæ Thermal.
noſtræ q. ſ. vel ℥vj. Poſtridie mane colaturæ add.
Mann. Calabr. ℥j. vel ℥iß.

Detur ad vitrum & ſumatur mane unâ vice
cum regimine diætæ.

Pulvis verò ſequens præſcribi poſſet:

℞. *Rad. Jalap. reſinoſæ ℥iß.*
Antimon. diaphor.
Diagryd. ſulphur.
Sal. Polycreſt. aa. ℥ij.
Ol. Fœnicul. vel Cinam. gutt. viij.

Miſc. f. pulv. ſubt. cujus doſis ſe extendet à ℈
ad ℈ij. mane cum regimine diætæ ſumend.

Omnium tutiſſimè autem quisque procede-
ſi per triduum mane cum Thermarum p-
tu quatuor ſcrupulos *Panaceæ ſolut. alcal.* i-
gurgitabit; quia ſic leniſſimè ſine ullo i-
commodo purgabitur.

Ordo potandi. III. Purgato ſic corpore, Aquarum
Medico præſcriptarum Potus inchoandu-
atque ſemper horæ ſpatio finiendus eſt. U-
verò huic remediorum generi ſenſim corp-
aſſue-

aſſueſcat, ſat erit, ſi primâ vice tres vitrei calices exhauriantur, & ſinguli quidem uno hauſtu, ne aliàs exhalantibus Aquarum, repoſitarum, particulis volatilibus, nullum ex illis levamen habeamus. Inter potandum cruſta Panis toſta ſuper dentes teneri poteſt, ſic enim impedietur, quominus aqua calida eos corrumpere, vel vacillantes reddere queat. Sunt, qui hunc in finem Dentes ſolùm ante potum pane toſto fricant. Aquis autem, capite tecto ac calidis linteis pectori appoſitis, epotis dimidia integrave hora vel deambulando, vel ad ignem ſedendo conſumenda eſt; reliquam dein diei partem, quocunque modo velis, terere poteris, quoniam eâ die Balneum nondum eſt frequentandum.

IV. Diei ſequentis initium Aquarum potationi rurſus deſtinandum, ac tribus hiſce vitreis calicibus duo ad minimum addendi, *cruſtaq; Panis*, vel *Aniſum ſaccharatum*, vel *Cortices Citri conditi*, vel meliori jure *Morſelli* ſequentes inter bibendum lambi, atque mandùcari poſſunt:

℞. *Amygd. dulc. recent. excort. ℥ij.*
Cinam. acut. ʒß.
Zinzib.
Cardam. min. excort. aa. ʒij.
Caryophyll. arom.
Nuciſt. aa. ʒj.

Panac. ſol. alcal. ℥ß.
Ocul. Cancr. ppt. ʒij.

Inciſ. miſceantur invicem, & cum Sacchari Aq
Roſar. ſolut. & ad Tabell. conſiſt. coct. ℔. *j. p.*
fiant Morſelli pondere ʒij. *de quibus unus vel du*
quotidie ſumantur.

Aliquot hinc à prandio horis illi quidem
qui opus habent, Balneum *minus* peten
atque ingredi poſſunt: *Magnum* enim it
æſtuat, ut in illud deſcendere, *minore* non
dum aliquoties uſurpato & experto, peri
culum foret. Aut ſi quis nihilominus i
magnum ſe demittere Balneum cupiat, ill
ſibi frigidam ſimul aquam affundere, ſicqu
temperare jubebit.

Quomodo balneandũ. V. Per aliquot dies ſic in Thermis no
ſtris degendum erit: poſtmodum auten
præteritâ mox à potatione horâ, quis Ba
neum intrare, in eoque per ſemihoram v
etiam diutius pro re natâ morari poterit
eo autem deinceps relicto, linteisque calid
corpore involuto, deſudandi gratiâ lectum
petendum eſt, in eoque, ne pori aëri ex
poſiti derepentè conſtringantur, etiam in
ter ſudandum per aliquod tempus ſive vig
lando, ſive dormiendo permanendum eſ
Embrocatio. Qui *Embrocatione* ſive *Duciâ* utuntur, illi ſu
inde ultra horam in Balneo ſubſiſtunt, qu
ſic Aquarum ſtillicidium tanto præſtanti
ren

rem effectum edere queat. Frequentatur etiam *Balneum* circa tertiam aut quartam à prandio horam, verùm cùm plus tunc, quam matutino tempore æſtuet, illiusque calorem multi tolerare nequeant, diu in eo tum non eſt permanendum. Quot autem calices ſint exhauriendi limitare præcisè non licet; Sunt qui ultra triginta aſcendunt, novem præter propter librarum pondus exæquantes; alii non niſi ad octodecim, 20. aut 24. perveniunt, atque hanc quantitatem intra horæ ſpatium exhauriunt. Bibit nimirum quilibet tot calices, quot commodè & ſine moleſtiâ ſtomachi ferre poteſt, cùm verò quis ſe majorem quantitatem ferre non poſſe animadvertit, quotidie quosdam remittendo ad numerum undenarium vel denarium minoremve adhuc redit, quem poſtea ceu ſummam doſin, dum potabit Aquas, ſervare ſolet. Ordinariè autem ad viginti, vel 22. 23. aut 24. dies uſurpantur hæ Aquæ.

VI. Etſi autem ſic legitimè atque cum fructu Aquæ Plumbarienſes uſurpari poſſint, præterea tamen etiam plures, urgente neceſſitate magis quàm voluptate, interdum ſimùl *Laconicum* ſæpè ingrediuntur; mò ſunt non pauci, qui juxta Potum ſolo hoc *Laconico* quotidie ſine Balneo feliciſſimè, n plurimis Morbis ſupra dictis, utuntur. Delectantur è contrario alii *Balneo Reginæ*, *Laconici Uſus.*

ejusque Aquas ſimul bibunt. Aliis verò inprimis Podagricis, *Balneum Pauperum*, ce optimè conducens, commendari ſolet. Non nulli rurſus per dies plures paucioresve an te diſceſſum poſt meridiem, vel etiam m ne, non parum *Aquæ ſaponatæ* ingurgitan Quæ certè Aqua, à Thermis refrigera parum vel nihil diverſa, æſtum qualem cunque Humorum, & ſubinde quoque Pe toris Anxietatem, à Thermarum potu co tractam, levare & abigere valet. Non t men omnibus æqualiter *Saponatæ* potum fr quentem ſuaderemus; plurimi enim illu ferre haud poſſunt, & duo ejusmodi co traria, nimirum *frigida* & *calida Aqua* ſim potæ, moleſtiam potius, quàm bonum fectum apud eos producerent.

Uſus & qualitas Aquæ ſaponatæ.

Conſtipatio Alvi.

VII. Nonnunquam contingit, ut in Aquarum uſum conſtipentur Homines, q in caſu optimum erit, ſequens aſſum remedium:

℞. *Fol. Senn. mund.* ℥j.
Sem. Aniſ. ʒj.
Cinam. opt. ℈iiij.
Crem. Tartari ʒj.

Inciſ. & contuſ. affunde Aquæ Thermalis ℥ *levi peractâ ebullitione, per linteum trajice, ſus cum Prunis damaſc. n. 20. & Sacchar.* ℥ *igni expone, & tamdiu leniter coque, donec* l

d

dabilis ſit conſiſtentiæ: dein omnia dentur ad Fictile. De hiſce Prunis duo vel tria ante paſtum ſemper capiantur. Vel ſingulis alternis diebus, bihorio ante cœnam drachma una vel ſcrupuli quatuor *Panaceæ* cum Thermarum hauſtu ſumantur. *Panaceæ*, inquam, *ſolutiv. alcal.* vel ejus loco ℈j. ad ʒß. *Salis vegetabilis*, aut ʒj. *Salis polychreſti* capitur; vel mane cum potu Thermarum ſubinde ℥j. ad ℥ij. *Seminis Aniſi laxativ.* comeditur. Nec rarum eſt, ut propter quandam Renum obſtructionem liber non ſit Aquarum per urinas tranſitus; ad quod Remedium probatiſſimum eſt *Sal Polychreſtum*, vel etiam *Panacea ſol. alcal.* ad ʒj. in calice *Aquæ thermalis* ſemel vel bis ſumta. Cœterùm copiam Remediorum variis in caſibus neceſſariorum non recenſebo, quoniam talia pro caſuum diverſitate, Ægrotantibus ſub Thermarum uſu, à præſentibus Medicis præſcribuntur. *Obſtructio Renum.*

VIII. *Diætam* quod ſpectat: qui propriam agunt culinam, faciliùs in ejus errorem impingunt, quàm alii Convictores, quibus à Medicis præſcriptæ dapes apponuntur. Quamobrem cibos quis hîc avidè ne devoret, ſed horam ad minimum illorum conſumtioni impendat, lentos, viſcidos, & ſalitos eos, præprimis autem Truttas in amne per Plumbarii vicum transeunte *Diæta.*

eunte captas, delicatiores reverà quidem & majores, quàm quæ in frigidis capiuntur A quis, ſed ob viſcidamtamen carnem,niſi vin ac aromatibus in præparatione corrigantu noxias, canę pejus & angue fugiat opo tet. Comedi verò cum fructu poſſunt A nates, Columbæ, Gallinæ, Perdices, Tu tures, & ſimilia; ſin verò talia non ſupp tant, Carnem vitulinam, agninam, lepo rinam, hœdinam, ſimilesque juniores ac r centes, ſuillâ exceptâ, pro alimento com mendamus. Dein & Juſcula carnium, ho deacea, avenacea, Herbis quoque divert pro lubitu alterata proſunt. Imò res Thermarum loco adeo benè conſtituta ordinatæque exiſtunt,ut in Ædium omniu convictu ea tantum alimenta apponantu quæ à Medicis credita fuerunt omnium e ſaluberrima, atque Thermarum uſui co venientiſſima. Præterea ad potum, u verſis & ſingulis commendamus optim Vina, qualia quidem in Thermis hiſce n rara habentur, ſive Burgundica, ſive G lica, Aquâ *ſaponatâ* nonnihil diluend Omnia autem animi Pathemata veheme tia, uti ſemper, ita inprimis ſub hoc Th marum uſu ſolent eſſe nocentiſſima. Veneris etiam uſu penitus eſt abſtinendu & vel invitus quisque ad eam impotens aliquot hebdomadas redditur, qui in Lac nico paucis tantùm vicibus ſudavit. Lici

auten

autem, honeſtæque voluptates omnibus ex æquo proſunt, atque ſollicitè ſuadentur. Nec deerit, ſi modo velis, occaſio frequens ad exhilarandum animum, quòd ſi enim v. gr. Literatorum commercium deſideres, invenies omninò tales, quibuscum te exercere & familiariter ſimul converſari queas; Martem ſi colis, præſtò erunt Martialia Ingenia, Milites cujuscunque ferè conditionis, cum quibus jucundo colloquio belli pacisque acta ruminare poteris. Si Mercator, ſi Opifex es, & tui ſimiles haud paucos reperies, quibuscum ſermones de omnis generis commerciis, negotiationibus & opificiis prolixos miſcere queas. Atque ita tandem cujusvis conditionis ſive ſimiles & æquales, ſive alios habebis, in quorum jucundo conſortio tempus hilariter teras. Quæ cum ita ſe habeant, multi etiam, utut corpore gaudentes ſano, Thermas haſce animi recreandi, ſimulque ſuæ valetudinis proſperæ conſervandæ gratiâ, frequentare ſolent. Exulant tamen heîc ſaltationes, aliave corporis exercitia vehementiora; neque muſica qualiacunque inſtrumenta audiuntur. Nocturnum aërem, inprimis ſerenum, ceu maximè nocivum, atque tranſpirationi debitæ adverſum, malignum, quisque ſanitatis ſtudioſus fugit, & maturè cubitum it, ut ſummo mane expergefieri, ut ad Aquarum Potum citò ſeſe conferre queat.

queat. Stomachi & Pectoris regionem ne mo non probè tectam habet, aut invitant tempeſtatis inclementiâ linteis ſubinde ca lefactis munit. E' Balneo & Laconico ſta tim petitur lectus, ſudorque ulterius blan dè propellitur, hincque à miniſtrantibu heîc loci Ancillis abſtergitur, poſtque ſem horæ aut horulæ ſpatium demum lectu deſeritur, ac veſtimenta induuntur.

Epilogus. IX. Atque hæc eſt Thermarum, qu in Plumbarii vico è Petris ſcaturiunt, fr quentiſſimo uſu & ſalubritate ineffabi celeberrimarum delineatio & adumbr tio brevis, quam prolixiorem omnino tr dere potuiſſem, ſi modò id inſtituti rat permiſiſſet. Sed cùm tantus ſit earum e fectus, ut nunquam ſatis exprimi, lauda que poſſit, veniam brevitati haud difficile Lector concedet benevolus, conatumq hunc qualemcunque meum benignè, ſpero, interpretabitur. DEO autem O timo Maximo, ſalubrium Aquarum Co ditori benigniſſimo, pro præſtitâ in his conatibus gratiâ, ſit Laus & Honor in ſempiterna Secula.

F I N I S.

DI

DISSERTATIO MEDICA UNDECIMA

De

FOETORIBUS CORPORIS HUMANI VIVENTIS.

I.

CUm ne quidem Apollinea utcunque elimatiſſima mens quid omnibus numeris abſolutum, quodque avidis cunctorum excipi ſoleat ulnis, Præfatio.
el etiam albos ferat calculos, deprompſe-
t; Eccur non potiùs mihi, hacce tracta-
one tam arduâ & momentosâ, à paucis
acuſque ſuſceptâ ſimile accidat? Quod ſi
oin huic noſtro qualicunque labori parum
eſt ſive judicii, ſive ingenii, aliquem ta-
en conatum, voluntatisque non parum
hibebit; Benevolusque adeo Lector tri-
m illud animo ducat diverbium: *Si deſint*
es tamen eſt laudanda voluntas.

II. Fœ-

Fœtor quid? II. *Fœtoris* igitur nomine intelligenda venit patibilis tetri cujusdam odoris qualitas, per effluvia ſulphureo-ſalina, è quorundam corporibus exhalantia, & fibras narium in aliis Hominibus moleſto triſtique ſenſu percellentia, producta.

Requiſita ad Fœtorem cognoſcendum. III. Ad *Fœtoris* autem naturam probe enucleandam, explicandam atque percipiendam plura requiri quivis, qui vel minimum hujus guſtum hauſerit, fatebitur. Requiritur enim quamprimum ad meliorem ipſius cognitionem, *Odoris* in genere conſiderati notitia & doctrina, è quatuor potiſſimùm rebus haurienda, nimirum *Subjecto*, *medio*, *organo*, tandem & *modo*.

Subjectū. IV. *Subjectum* Odoris extra dubitationis aleam ponitur eſſe res, particulas quasdam volatiles de ſe emittentes. *Medium.* *Medium* Aër audit, per quem inſpirationis ope particulæ qualicunque modo conſtitutæ & figuratæ in tali vel tali motu, magnitudine, numero & ordine poſitæ, ad organum Olfactus deferuntur; *Olfactûs organum.* quod *Nares* eſſe earumque nervoſas fibrillas, uno omnes ore clamitant, lippisque adeo tonſoribusque notum eſt. Spiritibus ſcilicet animalibus per proceſſus mammillares cavos eò affluentibus, & objecti olfactilis veſtigia ibidem recipientibus. Recentiorum tamen ſagacitas & induſtria

Org

Organum iſtud magis adhuc dilucidavit, docuitque Narium interiores cavernas membranâ tenui & poroſâ (tubulatam vocat *Willis*) amiciri & integi, perque hanc fibrillas nerveas copioſas, ceu proceſſuum mammillarium ramulos diſpergi, ſimulque glandularum minutularum ſeriem multiplicem in eadem cum ſubtili admodum vaſculorum ſanguiferorum cohorte diſſeminatam obſervari; cujusmodi quidem glandulæ cum ſuis vaſculis in Animantibus brutis magis conſpicuæ ſunt. Inſuper animadvertebant plura vaſcula excretoria in utravis Narium cavitate, originem & finem nanciſcentia, quæ breviuſculis tubulis è glandulis emergentia in unum communem ductum coëunt, hic verò dein circa Narium extrema, intra cartilaginoſam alarum protuberantiam in ſinum conſpicuum ſe exonerat. Humoris è ductu hoc ſtillantis officium eſt, membranam dictam blandè alluere, & ejus texturam ac neceſſariam diatheſin conſervare, ſimulque particulas odorabiles ritè diluendo, ſenſui Olfactûs commodare, & impedire, ne ab iisdem efferis vel improportionatis, fibræ dictæ nerveæ, ſpiritusque incongruè afficiantur, vel aliter etiam Senſûs iſtius organum lædatur.

Humor ductûs Narium.

V. *Modum* Odoratûs ſi accuratâ mentis indagine luſtremus, dicimus, illum conve- *Modus Olfactûs.*

nire cum reliquis ſenſibus externis: In eo enim formando non ſolùm membranæ dictæ vel harum potiùs intertextæ fibræ nervoſæ à particulis odorabilibus per inſpirationem appulſis ſtimulatæ & titillatæ, ſed & ſpiritus animales ipſis incluſi, ſymbolum ſuum addunt; ſpiritusque adeo recipiunt impreſſionem & motum, quem poſtea vel in momento ad commune ſenſorium deferunt, ubi demum ſenſus ſive idea odoris, qualiscunque ille ſit, formatur.

Odoris varietas.

VI. Ex hactenus dictis facilè colliger licet, *Odorem* poſſe variare tum ratione conſtitutionis organi, tum ratione particularum odorabilium. Ratione *Organi*, ſi illud fibris nerveis quàmplurimis, eisque in minimas papillas diſſipatis ſit præditum, or tur Odor acutus, ceu id videmus in Brutis inprimis verò Canibus venaticis, pluribus narium fibrillis nerveis tenuibus & delicatulis pollentibus; imò & in ipſis Fœminis hyſtericæ Paſſioni obnoxiis, quam ex fœ odore Moſchi, Ambræ, & ſimilium contrahunt: quatenus talium rerum fragrantium particulæ ſubtiles, ejusmodi Fœminarum nervulos per nares expanſos fortiter afficiendo ſpiritibus inordinatum imprimunt motum; dum interea idem odor aliis Fœminis gratior exiſtens ſuaviorem effectum producit; id certè quod non niſi

Ratione Organi.

ver

verſitas *Organi* facit, ob quam nempe eadem res odorifera apud hoſce quidem tetrum, apud alios ſuavem odoris ſenſum excitat. Videas hinc, quibus odor Caſei ſalivam movet & appetitum illius producit; cùm aliis horrori ſit, atque nauſeam & animi deliquia excitet. Hæc *Organo* Olfactûs, & inprimis fibris Narium nerveis adſcripſimus; quæ tamen ſæpiùs etiam benè aliâs ſe habentibus fibris contingunt, non quidem aliunde, quàm à ſpiritibus delicatulis admodum, ſummè ſubtilibus, volatilibus, & facile à quacunque re admotâ avolantibus; prout hoc dictæ Fœminæ, ſcil. Paſſioni hyſtericæ obnoxiæ, Sole, ut puto, clarius reddunt, ſicubi ab aſſumptis ſive acidis, ſive dulcibus, ſive aliusmodi, denique ab ipſis rebus odorabilibus modò nominatis, aliisve tragœdiam iſtam patiuntur.

VII. Ratione *particularum odorabilium* è corpore quocunque exhalantium, Odores ſimiliter differunt; alius enim *Odor* eſt *ſuavis* ſeu *fragrans*, alius *fœtens*; Illum credimus excitari, quando particulæ rerum fragrantium ſalino-ſulphureæ mites, ramulos ſive expanſiones Proceſſus mammillaris ſuaviter amplectendo, titillandoque, blandum ſatis mitemq; Spirituum anim. motum conſtituunt: hunc verò produci, quando corpuſcula rerum fœtentium ſalino-ſulphu- *Ratione particularum odoriferarum.*

rea, laxius ſibi invicem cohærentia combi natavé, & hinc ad avolationem ſeceſſum que diſpoſita, organum Olfactûs dilacerar do, diſtendendo, vel divellendo, Spiritu animales partim diſſipant, partim inord natè commovent. Atque ut alios qualium cunque rerum fœtores intactos relinqu mus, ſolum jam *Fœtorem*, ſymptomatis in ſtar *Humanum corpus* afficientem, indequ non ſine adſtantium moleſtiâ emanantem pro poſſe & nôſſe explicandum curandum que ſuſcepimus.

Corpus humanum Fœtoribus etiam ſubjectum eſt.

VIII. Si Odoris *Subjectum* ſuprà dictu in memoriam revocamus, facili marte co cludere poſſumus, etiam Corpus noſtrum ex partibus tam ſolidis quàm fluidis con poſitum, *Fœtori* obnoxium eſſe. Atque *fl das* quidem ejus quod concernit *partes*, Sa guinem præprimis, ceu primarium ſing lorum machinæ noſtræ *Fœtorum* fonte

Sanguis Fœtorum eſt ſcaturigo.

ex quo reliqui tam excernendi quàm re nendi humores fluunt, ſi naturali is mod quoad juſtam particularum componentiu aquoſo-ſpirituoſo-ſalinarum atque ſulph reo-balſamicarum quantitatem, qualit tem, numerum, ordinem & motum int ſe conſtitutus ſit, ſi, inquam, particulæ ipſi rectè inter ſe ſint combinatæ, ſi motu ta inteſtino quàm circulari probè gaudear nullum inde *mali odoris* humorem ſece

cre

credimus. `E contrario autem ſi moleculæ circulantium Humorum ab invicem, ſoluto mixtionis & cohæſionis vinculo, ſecedant, ſequitur ſtatim ipſa corruptio, ſive motus talis, qui pro variâ corruptibilium erumpentium molecularum diatheſi, cum vel ſine fœtore in putredinem, liceat ita loqui, deſinit; Prout id manifeſtè in *Achoribus* & *Favis*, *Ozænâ*, *Polypo*, *Cancro*, *Ulcere Pulmonum*, *Sphacelo*, aliisque morbis, ſulphureo-ſalino-graveolentes particulas ex ſeſe ut plurimum dimittentibus, videre eſt.

IX. Inter hos autem *malos* corporis *odores*, quibus Homines aliquando & ſibi & aliis moleſti ſunt, eminet ante omnia *Narium Fœtor*, indeque producta *Anhelitûs graveolentia*, quam non malè quis vel à purulentâ Narium ſanie in *Ozænâ*, vel à muci ſive ſeri cujusdam lenti viſcidique, particulis ſulphureo-ſalinis inquinati, intra cavernas Narium, ſubinde malè conformatarum, nimisque in ſummitate anguſtarum, retenti morâ ac ſubſiſtentiâ, hincque natâ corruptione & putredine deduxerit. *Narium Fœtor & Anhelitûs graveolentia.*

X. *Fœtor* quoque ex *Auribus* interdum prodit, non illis certè ſiccis, non inflammatis, aliove tumore ſicco affectis, ſed humorem excrementitium atque putridum plus minusve ſtillantibus; putridum, in- *Fœtor Aurium.*

 quam,

quam, utpote cujus particulæ ſulphureo[illegible] ſalinæ à ſe invicem ſecedunt, atque volati[illegible] litate quadam adeptâ in vicinas auras ex[illegible] ſpirant. Quibus ſic præmiſſis, facili ne[illegible] gotio aliarum quoque partium imò totiu[illegible] ſæpe corporis *Fœtor* cognoſci ſuis è cauſ[illegible] poterit.

Fœtor Oris. XI. *Oris Fœtor*, frequens ille atque m[illegible] leſtus, diverſam originem habere notatu[illegible] contribuunt certè ad illum ante omnia H[illegible] litus Pulmonum exulceratorum putridi, [illegible] exſpiratione prodeuntes, & hinc vicinu[illegible] aërem inficientes; id quod invictis ration[illegible] bus probant partim Pneumonici *Flori*[illegible] *Sulphuris* multum urentes, & hinc fœte[illegible] tem admodum halitum emittentes; pa[illegible] tim Phthiſici, quorum Pulmones ulcer[illegible] fœtidum jugiter pus excoquunt. Cont[illegible] buunt dein ſimul ad Oris *Fœtorem* Liqu[illegible] ſtomachi, vel Chylus corruptus; con[illegible] buunt cruditates nidoroſæ è cibis facilè [illegible] treſcentibus enatæ, & per gulam exhal[illegible] tes; contribuit fumus Tabaci frequen[illegible] ſuctus; contribuunt Dentes carioſi, tarta[illegible] ve mucoſo fœdo obliniti; contribuit ſ[illegible] vatio, naturâ vel arte inſtituta, in *Sca*[illegible] *Pſorâ*, *Lue venereâ*; contribuunt Ging[illegible] *Scorbuto* corruptæ; contribuunt Humo[illegible] circulantes in *Lue venereâ*, *Scorbuto*, *Elep*[illegible] *tiaſi*, aliisve morbis ſimilibus ita corru[illegible]

utvel è Pulmonibus in exſpiratione graveolentes ſpiritus exhalent; Contribuunt denique *Ulcera venerea*, aliave *fœda Palati*, non ſecus atque mucus in glandulis illiusdem diutius retentus & corruptus.

XII. Fœtor è *toto corpore* exhalat aliquando in *Febribus malignis & peſtilentialibus*, tranſpirationem vel ſudorem graveolentem fundentibus; in *Variolis* maturis & jam ſiccari incipientibus. Fœtorem porrò conciliant ſæpiùs *Setacea* in collo, ut & *Fonticuli* in brachiis aut pedibus excitati, ſicubi ſaniem copioſam fundant & putrilaginoſam; quale quid contingit, dum ſulphureo pingues particulæ cum alcalinis nimium ſolutæ ſimul extillant. *Fœtor totius corporis.*

XIII. Quàm autem frequens ſit *Pedum, Inguinum*, & *Alarum Fœtor*, notius eſt, quàm ſit Delia canibus, adeo ut multos Homines huic malo turpiſſimo obnoxios reperias; ita tamen ut in uno magis, in altero minus fœtidus deprehendatur odor. Ex illarum autem partium glandulis, ſub corporis motu frequenti ſimul & vehementi, multum quandoque ſeri pinguis ac putridi per ſudorem, imò & tranſpirationem inſenſibilem exhalare, Sudor ferè continuus manifeſtè oſtendit. Fœtor autem talis ſæpè *Hircum* olet, vel quid pejus, ſubinde *Allium* vel *Cœpas*, *Fœtor Pedum, Inguinum, Alarum.*

 alias-

aliasve res graveolentes odore refert. Auge hunc Fœtorem maximè, ſi induſia vel ti bialia fœdo ſudore maculata haud crebri mutentur, ſicque ſudor adhuc magis cor rumpi permittatur. Varias autem exha lanti tali ſero ineſſe particulas, ipſius de ſtillatio ſatis ſuperque probat.

Fœtoris Cauſa. XIV. Fœtoris tamen cujuscunque *Cau ſam* haud malè dixeris eſſe Sulphur ſangui nis admodum exaltatum, vel ſolutum ma ximè à ſalibus volatilibus alcalinis, cum que his in auras quascunque obvias ſeſ diffundens. Hinc cave credas, pro illiu causâ ſimul habendas eſſe reliquias ſemini in generatione ſuperfluas, & in fœtentis cor poris partes delatas. Cur verò in his magi Alæ, in aliis magis Inguina, vel Pedes fœ tentem ejusmodi ſudorem exhalent, cur que tot Homines alicui talium fœtorum re miſſius graviusque ſint obnoxii, merit quis dubitet? ſibi ipſi autem non meliu ſatisfaciet, & nodum ſolvet, quàm conſide rando, quî fiat, quòd aliæ quidem in He pate, aliæ in Renibus, in Cerebro aliæ, a liæ in Glandulis ſalivalibus, Pericardio Ventriculi & Inteſtinorum glandulis, den que aliæ adhuc in aliis partibus ſecernan tur particulæ? Certè non niſi differen Glandularum configurationi, illarumqu pororum diſpoſitioni hæc omnia veniun

adſcri

adſcribenda. Quò tamen Alarum, Inguinum & Pedum major eſt motus, eo plus talismodi particularum advehitur, ſimul ac ſecernitur. Non etiam negamus, ſudorem illum quamplurimis particulis oleoſo-ſulphureis commixtum, ope ſpirituum animalium, copiosè per nervos adfluentium, felicioremque hinc motum, & molecularum ſecretionem conciliantium, valdè promoveri. Majores quoque oriuntur, propter iſtum motum, ejusmodi partium exhalationes, quæ meritò tam ob volatilitatem, quàm ob figuram, quantitatem & motum particularum fœtent. Videmus ex commixtione acidi & ſulphuris volatilis in auras abeuntium Fœtorem oriri; nec abſimilia noſtro in corpore contingunt, ſicut id ſæpiùs in Urinâ fœtente obſervatur.

XV. Hactenus de *Fœtoribus Corporis noſtri*, qui ferè omnes à diſſolutione vel ſeceſſione particularum ſulphureo-ſalinarum à ſe invicem, quam corruptionem vel putredinem nuncupant, originem ducunt. Quod ſi verò præter illos etiam corporum aliorum *Fœtores* conſideremus, alium certè, quique nos ſubinde ad ſtuporem rapere ſolet, modum fiendi notabimus, non per corruptionem putredinemve, ſed exhalatione tantùm corpuſculorum ſalino-ſulphureorum contingentem; prout ex *Aſâ fœtidâ*, *Caſeo putrido*, *Fœtores aliarum rerum.*

trido, *Allio*, *Cepis*, *Hyoſcyamo*, *Moſcho*, *Caſto*- *reo*, *Teſticulis vulpinis* ſiccatis, aliisque naribu admotis, & intolerabilem ferè odorem ſpi- rantibus eluceſcit, licet interea parum ve- nihil de ſuo pondere intra aliquot dierur ſpatium amittant, quod certè particularur minutiſſimarum incomprehenſibilem nu- merum atque ſubtilitatem arguit.

Pondus re- rum de- creſcit ob particula- rum exha- lationem.

XVI. Nihilominus quemadmodum o- doriferarum harum exhalationum aliæ cra- ſiores, aliæ ſubtiliores, i. e. ab involucr terreis aliisque viſcidioribus plus minus l berae exiſtunt, ita ponderis decrementur in illis ſenſibile nunc tardius, nunc citiu contingit, aut obſervatur. Reverà enin tandem aliquid molis perdi ac conſumi l brantium inſtrumentorum mechanicus va dè apparatus, ac *Illuſtr.* BOILII accuratiſſim facta experimenta docent. Quanquam no ſemper quid obſtet, quò minùs loco pa ticularum ſecedentium & fœtidarum, ali concretorum poros jugiter ſubintrent prioribus ſurrogentur.

Ratio Fœ- toris petita ex

XVII. Sed ut ad ſcopum denuò n accingamus, neceſſe erit prorſus ſcire, *q ratione temperies*, *ſive debita molecularum pa tium corporis noſtri combinatio & craſis natur lis ſuprà dicta conſervetur?* Aut *quomodo pa ticulæ ab invicem ſecedant*, *ut inde oriatur* *Fœto*

Am

Ante omnia quæſtionibus ſatisfacimus per examen prægreſſæ adminiſtrationis ſex rerum non naturalium, & quidem primò *Aëris*, ſive *Atmoſphæræ*, quatenus hæc compoſita eſt ex particulis, ad fovendam conſervandamque temperiem Liquorum noſtri corporis vitalium naturalem ſive ſanam, plus minùs aptis vel accomodatis; unde, ſi Aëris iſtius particulæ humani corporis machinæ, ſive ejus partibus tam ſolidis quàm fluidis, in ſtatu debito conſervandis, improportionatæ ineptæque fuerint, ac eapropter ſanam illarum temperiem atque conformationem præternaturaliter diſſolvere, deſtruere, aut corrumpere nitantur, non mirum, quòd talis fiat particularum ſeceſſio, & per conſequens *Fœtor* exoriatur, quodque vitioſi talis aëris correctio in ipsâ *Curatione* indicetur, poſtuleturque. *Aëre.*

XVIII. Aërem excipiunt *Cibus* & *Potus*; ex *Cibis* quidem varios, palam eſt, Fœtores oriri; qui Raphanos, Allia, Cepas, & plura in victu ſimilia deperiunt, ſatis id ſuis probant graveolentibus è Ventriculo per gulam prodeuntibus halitibus, quorum pars etiam cum chylo ad ſanguinis maſſam delata, exinde varias diaphoreſes fœtentes excitare poteſt. Quamobrem non ſine ratione in diæteticâ curâ ab omnibus jam antea recenſitis, ſimilibusque aliis præcipitur *Cibo.*

tur abſtinendum, ceu unde Fœtores tales facilè gigni, & è quacunque corporis parte, ſive per urinam, ſive per ſalivam, ſive per nares, ſive denique per cutaneos hinc inde poros, aliasque vias exhalare, & circumfuſam inficere auram valent.

Potu. XIX. *Potus* dein ſeſe oſtendit, ſive Cereviſiæ ſive Vini is fuerit, qui totum ſanguinem permeat (nondum enim credimus, eum ſub formâ ſudoris Ventriculi per poros Veſicæ intro ſpectantes in urinam ſtatim faceſſere) permeandoque illum vario modo diſponit & afficit, ſive dein quantitate, ſive qualitate vitioſâ hauriatur, atque in ſordidos copioſosque in Bibulis ſudores, negligentiùs abſterſos, faceſſat. Ut adeo quicunque ex hiſce vitium, ſordesque fœtidas, vel anhelitum graveolentem contraxit, in Diætæ laudabilioris ſtudio tum corrigere debeat qualitatem vitioſam potûs, tum ab ejusdem quantitate nimiâ frequentique abhorrere.

Ex Motu & Quiete. XX. Ad *Motum* & *Quietem* ſi deveniamus, cùm frequens nimiumque exercitium corporis, nutritione præprimis interveniente pejore, Alarum, Inguinum, & Pedum continuum ſudorem, eumque, ſi non diligenter linteis ſemper novis abſtergatur, etiam fœtentem eliciat; ex adverſo ob mem-

membra, protr cto otio & continuâ quiete torpeſcentia, ſordes cutis facilè corruptibiles fœtentesque colligantur, qui dein negligentiùs curato corpore, facilè in Sudores diverſarum partium fœtentes faceſſant; meritò ſimul Medici ad præcavenda ejusmodi mala, temperata corporis exercitia, Sudorum fortè o tingentium ſedulam abſterſionem, induſiorum & linteaminum mutationem crebram imperant.

XXI. *Excrementorum* ratio heîc non adeo eſt habenda, Fœtor enim eorum & inprimis alvinorum naturalis exiſtit, ob quantitatem nimiam particularum volatilium ſalino-ſulphurearum invicem ſolut rum, quarum multitudinem vel uſus & effectus excrementorum animalium maximus demonſtrat in agricultura, & pratis ſtercorandis. Reliqua excernenda aliâs parùm vel nihil fœtentia, ſi debito haud tempore & ordine excernantur, Fœtorem quoque ſuâ morâ & quiete nanciſcuntur, ut adeo in curatione ad illa magnoperè attendendum ſit. *Excrementis.*

XXII. Ex *Utero* denique materno prodire Homines *Odori* malo per hæreditatem obnoxios, non eſt mirum, inprimis verò ſi Mater ab eodem non ſit libera; cùm enim Fœtus eâdem fluidâ ſubſtantiâ cum Matre *Ex Utero.*

gau-

gaudeat, prætereaque magna conformationis ſimilitudo ſit inter Matris & Embryonis glandulas, facilè quis divinaverit, cum Parentum ægritudines in Natis ſimul interdum compareant, vel diſpoſitio ad minimum adſit in Liberis eosdem acquirendi morbos, atque character ad illos perpetiendos retineatur tam efficax, ut etiamſi furcâ ipſum expellas, tamen uſque recurrat. Cujus proin *Fœtoris* nulla curatio, ſi palliativam excipias, ſupereſt, ſive diætetica ſive pharmaceutica fuerit.

Curatio Fœtorum

XXIII. *Curationem* verò vel *Correctionem* Odoris hujus mali (quippe ſuâ malitiâ, inprimis ubi è Naribus prodit, his aut illis adſtantibus, vel aſſidentibus manifeſtam Cordis imbecillitatem, Animique defectum vel pectoris Anguſtiam & Anxietatem præcordiorum ſæpè cum Vomitu & Nauſea excitantis) quòd concernit, primò quidem ad diverſitatem partium corporis, Fœtorem exhalantium, dein & ad varietatem cauſarum probè eſt reſpiciendum, ſi feliciter ipſum ſanare cupiamus; cauſis enim ſublatis, ipſum quoque ſimul morbum tolli per ſe patet.

palliativa,

XXIV. Quòd ſi proin ante omnia malum à causâ proveniat inextirpabili, *palliativa cura* venit inſtituenda, in quâ ad Fœtorem ſive obtundendum, ſive abſcondendum

dum, ſive paululum corrigendum *Suaveolentia* naribus primùm ſæpè attrahenda commendamus; quemadmodum ſunt *Gallia moſchata*, *Trochiſci Meſuæ*, *Sacchari tantillo edulcorati*, & vel *Vino odoro diſſoluti*, vel aliâs *maſticati*; *Confectiones* lambendæ *Catechu*, *Seminum Aniſ. Fœnic. Bacc. Juniper. Cortic. Citr. Aur. Cinamom.* *Aqua* item *angelica*, *Spiritus Anhaltinus*, vel *Reginæ Hungariæ*, aliusve fragrans Naribus frequenter immiſſus; Dein & *Pulveres errhini*, *Moſcho*, *Ambrâ*, vel *Oleis fragrantibus deſtillatis redditi ſuaveolentes*, Naribus quandoque attrahendi. *per Suaveolentia.*

XXV. In *Fœtore Aurium* corrigendo ad cauſam attendendum, quæ cum plerumque ſit *Exulceratio*, curato hoc morbo tolletur *Fœtor* ſimul. Ichor proin ille putridus, continuè ex Aurium cavitate manans ſtillansque probè extergendus, hincque Ulcus conſolidandum venit. *Fœtor Aurium.* Quòd ſi autem *Anhelitûs Fœtorem* contraxeris à vitio Narium, idque ex Ozænâ aut Polypo, non ſuſtuleris ipſum, niſi hos radicitus exſtirpaveris morbos; & cùm difficile hoc ſit, ſubinde etiam, ut praxis docet, impoſſibile, *palliativâ* ſaltem *curâ* tibi ſuccurrere poteris, remediorum ſc. ope ſuprâ indigitatorum. *Anhelitûs Fœtor è Naribus.* Ubi autem mucus in Narium ſummitatibus, naturâ vel caſu anguſtatis, diutius obhæreat, atque ſui corruptione & putrilagine quadam

dam, licèt aliâs indemni, *Fœtorem* emittat: omni arte & niſu mucus ille emolliendus, incidendus, atque extergendus erit. Fiet hoc non infeliciter, ſi poſt purgatum ante omnia corpus, vel per *Pilulas, ex Extract. purgantibus, cum Mercurio dulci,* aut *Cinnabar. Antimonii correct.* vel per *Vinum medicatum, ex Plantis cephalicis, aperientibus, & purgantibus compoſitum,* extus quidem ſupremus Naſus bis terve quotidie *Butyro recenti* non ſalito vel ſimplici, vel permixto cum *Oleo violaceo, Roſar. Verbaſc. Chamomill.* &c. calidiuſcule inungatur; ipſis verò Naribus frequenter *Lac tepidum, Butyrum liquatum,* aut *Oleum Liliorum alborum, cum incoctione Althææ, Malvæ, Nicotianæ, Naſturtii, Betæ, Braſſicæ, Atriplicis, Florum Betonic. Primul. Veris, Cyani, Conſolidæ regalis,* vel cum permixtione *Mellis roſacei, violacei,* aut *anthoſati,* & aliquot granorum *Vitrioli uſti,* tepidè inſpergatur. Interius etiam per aliquot hebdomadas *Juſculum* Herbis *Majoran. Serpill. Calaminth. Salviæ, Borragin. Numular. Matriſylv. Pimpinell. Naſturt. Cherefol. Scabioſ. Beccabung. Fumar.* & ſimilibus alterata; vel *Aquæ* talium *Plantarum deſtillatæ,* aut earundem denique *calida In[fu]ſa* mane atque veſperi diligenter in uſum vocentur, ac interea in victu ab omnibus *viſcoſis Cibis, Fructibus* præcipuè *horais, C[a]ſeo, Acetariis,* & nimium ſalitis, non ſecus ac ab Aëre, Candelarum ardentium hali-

bu-

Ejus Curatio.

bus, nec non fumo pulveribusque inquinato abſtineatur. *Balnea* autem *Aquæ dulcis* vel *Pediluvia* quoque, cum incoctione *Herbarum emollient.* crebrum in uſum trahantur. Dum interea quis talibus utitur, fragrantium rerum comeſtione Anhelitum tantisper emendare poterit. Quando capitis Tinea, vel Achores & Favi conciliant Fœtorem, ſuâ iſtos Affectus methodo perſanabis, & ita ſimul Homines à fœtido odore liberabis. *Fœtor à Tineâ, Favis.*

XXVI. Plus autem adparatûs requirere videtur *Oris graveolentia*, ſi ſublatam munditiei ſtudioſus, ſtudioſaque eam cupiat; & quis eſt, qui non valdè expetat ab iſtâ qualicunque ſorditie corporis liberari? Quum proin Fœtor ille producatur ab ulceratâ putreſcenteque Pulmonis ſubſtantiâ in Pneumoniâ, Ulcus hoc extergendum, atque conſolidandum erit; quod quidem ſæpiùs felici cum ſucceſſu *ſpecifico Pulvere antiphthiſico*, ex *Lichene petræo*, *Radice Althææ*, vel *Conſolid. major. Antimon. diaphor.* & *Ebore* potiſſimum concinnato, obtineri poteſt. Ex uſu autem *Florum Sulphuris* in eodem Pulmonum affectu obſervatum eſt Anhelitûs Fœtorem ſatis magnum excitatum fuiſſe. *Carioſos* ſi habeas *Dentes*, qui moleſtum tibi aliisque Fœtorem Oris conciliant, eximi illos vel perungi curabis quâcunque commodiore ratione; *Oris graveolentia.* *Pulvis antiphthiſicus.*

vel pulverem *Radic. Pyrethri, Caryophyllor. aromaticor. Zinziberis, Piperis, Angelicæ*, & ſimilium aromaticorum, *Cariei* ſæpiùs inſperges: *Dentifricius* ſimul *pulvis* nonnihil fragrans ex *Radicibus Ireos Florentin. Cyperi, Zedoar. Oſſe Sepiæ, Coralliis, Cinamom. Ambrâ, Moſcha* & ſimilibus adornato poſt ſingulos inprimis paſtus, affricari poteſt. Si nihil horum juvet, aut plures fortè habeas carioſos Dentes, quàm ut omnes evulſos exuſtosve cupere, tum Fœtorem corrigentia ſæpius ore tenere lambereque poteris; in quam rem conducunt, præter ſuperius jam recenſita, *Conditura Cinamomi, Nucis indicæ, Caryophyllor. Zinziber. Macis, Seminis Coriandr. Radicum Calami aromatic. Pimpinell. Angelic. Ireos Florentin.* &c. Vel poterunt hæc & ſimilia, etiam ſine conditurâ, in Dentium Carie, aliâs non parum nocivâ, ſimpliciter maſticari, atque etiam pro lubitu ſubinde deglutiri.

Anhelitûs Fœtor ex Lue venereâ, Scorbuto &c.

XXVII. *Fœtor à putredine Gingivarum* vel exulceratarum nonnihil partium Oris in *Scabie fœdâ, Aphthis, Scorbuto*, & *Lue venereâ*, tum demum tollitur, quando hæ corporis ægritudines fuerunt ablatæ. Auferre maximè poteris, ſi *Gargariſmate calido* frequenter os elues, parato ex *Radicibus Succiſæ, Ariſtoloch. Helenii, Biſtort. Petaſitid. Chinæ, Sarſæparill. Vincetoxici, Ligni Gua-*

Guajac. Saſſafr. Colubrino, Herbis Artemiſ. Sanicul. Pyrol. Gratiol. Numular. Geran. Robertian. Conſolid. mediæ, Brunellæ, Betonic. Floribus Roſar. rubr. Liguſtr. Altææ, Malv. hortenſ. Calth. paluſtr. Seminibus Aquilegiæ, Aniſ. Hyperic. Maſtiche. Myrrhâ, &c. cum pauxillo *Aluminis* in *Vino rubro* invicem decoctis; cui Decocto pro lubitu etiam *Roob Juniperi*, vel *Dianucum*, cum *Melle roſaceo* permiſcebis. Interim ſimul corriges Fœtorem illum *Trochiſcis ſublingualibus*, ex *Radicibus Angelicæ, Irid. florentin. Zedoar. Cinamom. Ligno Aloës, Seminibus Aniſi, Fœnicul. Coriandr. &c.* invicem probè contuſis, pulveriſatis, & cum *Moſcho*, vel *Ambrâ, Spiritu Roſarum ſolutâ*, mixtis tantilloque *Sacchari*, atque *Mucilagine Gummi Tragacanth. Aquâ Cinamomi* vel *Roſar. ſolut.* præparandis. Si malis *Rotulas lambendas*, ex eâdem materiâ, aliiſque ſuprà recenſitis, cum *Sacchari ſoluti* octuplo concinnabis. Dantur etiam eundem in finem *Elæoſacchara*, v. gr. *Aniſi, Cinamomi. Caryophyllor. Fœnicul. &c.* Itali lambendas præbent *Tabellas fragrantes*, ſub titulo *Moſtacioni* &c.

XXVIII. *Fœtorem ſcorbuticum* maſticationes quotidianæ *Baccar. juniperi*, hebdomadariæ autem *Foliorum Quercûs, Schœnanthi, Myrti &c.* præcavere dicuntur. Qui *Dentes* porrò *ſordidos* habent, qui neque tartarum, neque alias ſordes inde abſtergunt, quo- *Fœtor ſcorbuticus.* *Fœtor à Dentibus ſordidis.*

quotidie, Fœtorem hinc quoque Oris ſib conciliant; ſed eum tamen facilè corrigi bilem, modò à ſordibus ejusmodi Dente probè liberentur, & poſtmodum *Dentifrici Pulvere*, cujus ingredientia ſuperius paul indigitavimus, nitidi mundique tenean tur.

Fœtor ex uſu Tabaci.

XXIX. Fœtorem ex uſu *Tabaci fum* tollit oris & palati elotio, facta cum *Aqu calidâ*, ſive *fontanâ ſimplici*, ſive *deſtillatâ Sca bioſ. Veronic. Fœnicul. Cherefol. Florum Naphæ Roſar. Acaciar. Til.* &c. Huc refer maſtica tionem *Baccar. junip. Seminum Coriandr. Fœ nicul.* aliarumque rerum antea laudatarum *Dentifricium* ſimul *fragrans* non negligen dum.

Fœtor ex Stomacho.

XXX. Si Fœtor è ſtomachi halitibu proveniat per gulam expirantibus, corpu aliquoties *Infuſo Fol. Sen. & Rhabarb.* purga bis: vel excitato, ni quid impediat, vo mitu Ventriculum ſimul & ſemel exhau ries; deinceps verò *Tragema ſtomachicum*, *ſpeciebus Diambr. Diamoſch. dulc. Aromat. roſa Imperator.* &c. cum *Oculis Cancri præpara Coralliis rubris præparat. & Sacchari ſextup* paratum exhibebis.

Fœtor Alarum, Inguinum, Perinæi, Pedũ.

XXXI. *Fœtorem* denique *Alarum*, *Ingui num*, *Perinæi* atque *Pedum* curabis facil præ

præſcripto ante omnia *Vino Medicato purgante*, *Venæſectione celebratâ*, vel *Cucurbitulis* cum ſcarificatione applicatis; deinceps verò uſu *Tragematis cujuſdam aromatici*, cum *Ebore*, *Corallis*, *Unicornu foſſili*, *Oculis Cancri*, & ſimilibus permixti; *Pediluviis* vel *Balneis* Aquæ dulcis, ex incoctione *cephalicarum & adſtringentium Plantarum*; Linteorum quotidianâ mutatione; Sacculorum *Tutiâ*, *Lapide calaminari*, *Limatura Martis* vel *Aurichalci* repletorum applicatione; *Unguenti* de *Ceruſſâ* inunctione; denique *Foliorum* recentium *Hederæ arboreæ*, *Plantaginis* impoſitione feliciter diſſipabis.

FINIS.

DISSERTATIO MEDICA DVODECIMA

De

NEPHRALGIA.

I.

Nephralgiæ Onomatologia.

NEPHRALGIÆ vocabu lum origine Græcum eſt, vocibus Νεφρὸς *Ren*, & Ἄλγ *Dolor*, compoſitum; ut v *Etymologiæ* ratione *Renum do rem* indigitet. Et certè minùs ambiguu iſtud eſſe nomen arbitramur, quando p mi forſan illud, græcanicâ ſaltem expr ſione, in medicum producere forum, bo cum legentium veniâ, auſi ſumus; nil eodem aliud indigitantes, quàm *Dolor* quemcunque & *Cruciatum Renum*; qui men ab aliis *Doloris* vel *nephritici* vel *re lis*; ab aliis etiam *Nephritidis* ipſius appel tione venit. Quanquam Nephritidem ſpecie tantũ Nephralgiæ habeamus, eâ nir rum, quæ Renum Inflammationem pro ca adgn

adgnoſcit. Germani verò appellant das Nieren-oder Lenden-wehe/ Lenden-ſchmertz/ Grieß/ Grün.

II. Deſcribimus autem *Nephralgiam* ſeu *Nephriticum Dolorem*, quòd ſit *triſtis ſenſatio mentis, vel cruciatus plus minus acerbus, à præternaturali quadam fibrarum in Renibus & Ureteribus nervearum, hinc & tubulorum meditullii Cerebri commotione vel criſpatione, per rem quandam ſcabram, duram, aſperam, vel etiam gravantem inductâ, oriundus, variisq; ſymptomatibus ſtipatus.* Quæ deſcriptio, etſi minùs aliorum definitionibus conſentanea, nobis tamen ſufficiens videtur, ad exhauriendam Affectionis propoſitæ naturam, rationemque ipſius formalem ſive eſſentiam probè exprimendam. Pro *Genere* ponimus *triſtem ſenſationem*, non *Renum*, utpote in quibus, ceu in corporibus, juxta ſanioris Philoſophiæ principia, Senſationis perceptio nulla exiſtit; ſed *Mentis* vel *Animæ*, hujus enim eſt, res benè vel malè, naturaliter vel præternaturaliter in machinâ corporeâ contingentes percipere, atque dijudicare, indeque jucundè vel ægrè, voluptate vel dolore affici. Addimus *vel Cruciatus plus minus acerbus*, quem enim menti attribuimus cruciatum, nonniſi dolor eſt ab aliis dictus, vel, ut nonnulli exprimunt, ægra, triſtis, acerba, injucunda, moleſta

Nephralgiæ deſcriptio.

paſſio, commotio, ſenſatio. Cruciatus ill
plus minus acerbus exiſtit, quatenus fibra
rum dictarum præternaturalis commotio
ſimiliter plus minus violenter à ſuis cauſ
contingit. Reliqua deſcriptionis verba *Par*
tem affectam, & *Cauſas* varias indigitant, d
quibus ſigillatim & per partes ſequentibu
in Theſibus nobis agendum eſt.

Pars affecta. III. *Partem* igitur *principaliter*, vel etian
primariò affectam, quam alii *Subjectum morb*
nuncupare malunt, dicimus eſſe *Fibras Re*
num Ureterumq; nerveas; quarum paſſio ta
men non raro in conſenſum & alias vici
narum partium membranas, nervosque
Inteſtinorum præprimis, Ventriculi & Re
nis oppoſiti &c. trahit; quemadmodun
id varia hanc Affectionem comitantia ſym
ptomata declarare poſſunt, ut iſtas hinc par
tes *ſecundariò* affici dicendum veniat. *Rene*
autem viſcera ſunt imi Ventris glanduloſ
tubuloſa, denſa & compacta, figurâ pha
ſeolum referentia, recurva exterius, inte
rius in ſinum inæqualem coacta, numer
bina, ſub Jecore & Liene, in lumbis jux
ta ultimas utrinque Coſtas (dexter qui
dem ob incumbentem Jecoris molem hu
miliore, ſiniſter autem altiore loco, qu
veſtes corpori circumductas ligare & con
ſtringere ſolemus) ſita; *membranâ* duplici
externâ Peritonæi, *internâ* à propriis ner
vulis

vulis oriundâ, *Glandulis* infinitis, *Carunculis* papillaribus pluribus, quintuplici tandem Vaſorum genere conſtantia, quorum Arteriæ quidem, *emulgentes* dictæ, ab Aortæ trunco deſcendunt: Venæ itidem *emulgentes*, amplitudine Arteriis majores, è ſima Renum parte prodeuntes, lato in cavam Venam orificio ſeſe inſinuant. Vaſa porrò lymphatica, è minimis Renum glandulis oriunda, atque per gibbam pariter & ſimam eorum partem excurrentia, unam vel alteram, uti refert *Clariſſimus* MUNNICKS *Ultrajecti Anatomicus & Profeſſor Celeberrimus, in Libr. de Re Anatomica pag.* 63. ingrediuntur *Glandulam conglobatam*; è quibus denuò prodeuntia in Chyli tendunt receptaculum: *Tubuli* hinc ſive *canaliculi* glandularum *excretorii*, maximam *Renum* portionem conſtituentes, à gibboſâ eorum parte exoriuntur, ac ſuperato vaſorum ductu, rectà verſus centrum petunt, & pluribus in locis velut in faſciculum collecti in formam *Papillarum* deſinunt, quæ piſi magnitudinem referentes, numero frequenter denæ, atque gibbam intra Renum partem certis intervallis diſpoſitæ in Pelvim eorum hiant, *Carunculæq;* *papillares* appellantur. *Nervuli* andem, adnotante *eodem Auth.* è paris interoſtalis plexu quodam Meſenterii ſuperiore eu renali producti, partim in membram propriam diſtribuuntur, partim vaſa

Pp 5 emul-

emulgentia aſſecuti, eademque amplecten-tes, & circuitu vario atque crebro circum-ligantes, cavum Renis ſubeunt, atque ſi-mili prorſus ramulorum, propaginumque diſtributione hoc organum perreptant. In quantum verò hic Plexus renalis cum plexu Meſenterii maximo, per ſurculos quosdam nervorum intermedios, communicat, *Af-fectio colica* & *nephritica* in tantum affines exiſtunt, ut ſæpè difficile ſit, earum pa-roxysmos ab invicem diſtinguere. Etiam ob paucos Nervorum ramulos, qui è Plexu paris vagi ſtomachico ad renalem hunc Plexum excurrunt, advertere licet, quòd paroxysmum nephriticum Vomitus ple-rumque immanis ſubſequatur. Sed & ad *Nephralgiæ* ſubjectum referimus *Ureteres*, canales illos teretes, urinam è Renibus in Veſicam traducentes, qui è triplici mem-branâ, exteriore tenui, ac peritonæo conti-nuâ, mediâ craſſiore, ex obliquis rectisque fibris tendineo-carnoſis conflatâ, intimâ tandem nervosâ, nec minus validâ conſtant; ac in *ſanis* quidem Hominibus anguſti & exiles, in *calculoſis* autem, ubi jam lapides magno cum ægrorum cruciatu transierunt, multùm ampliati atque dilatati obſervan-tur: Teſtantibus id variis exemplis, ac in-ter alia *Ephem. Nat. Cur. Decad. II. Ann. I. Ob-ſerv. 17. pag. 42. & 43.* item BARTHO-LIN. *in Anatom. reform. cap. 19.* MICH-

Ureteres.

ETTI

ETTMULL. *in Coll. Pract. Cap. III. p. m. 367.* In his enim ſicubi forſan Calculus, vel ſabuloſo-pituitoſa viſcidaque materia obhæreat, Nephralgiæ anſam quoque dare valet, quatenus extra omnem dubitationis aleam poſitum eſſe putamus; ipſas etiam fibras Ureterum membranaceo-nerveas admodum ſenſibiles, motuique doloroſo ſatis obnoxias exiſtere.

IV. *Cauſam proximam & immediatam* Affectionis hujus doloroſæ ſtatuimus eſſe Fibrarum renalium quarumcunque nervearum commotionem præternaturalem, vel naturæ adverſam aut inimicam; *Criſpaturam* vel *Criſpationem*, impropriâ vocabuli acceptione quidam nuncupant; aliis verò *ſpasmodica* vel *convulſiva* magis *Tenſio*, ſive *Contractio* audit; neque adeo ineptè, quando irritatio talium fibrillarum fortior Spiritibus animalibus quoque validiorem impulſum, cooperante naturali quadam contentione, conciliat, unde non poſſunt non tubuli magis diſtendi, ſuique expanſione nimiâ dolorificè contrahi. Neque ſic talibus fibris aliud contingit, quàm quod evenire totâ die videmus muſculoſis Jumentorum, Canum &c. fibris cutaneis, quas à muſcis, aliisque etiam inanimatis rebus punctas, jugiter ſeſe contrahentes, & injurias ſibi illatas excutere nitentes animadvertimus. *Cauſa proxima.*

V. Quæ

Cauſa antecedens, V. Quæ verò jam *Cauſæ antecedentes* proximam illam excitent, atque producant, variæ omnino ſunt, *propiores* hæ, *remotiores* illæ, ut ſic l. catenam exprimant quandam cauſarum ſe invicem jugiter ſubſequentium. *propior,* *Propiorem antecedentem* dicimus eſſe Fibrarum prædictarum irritationem, vellicationem, roſionem vel exaſperationem, quomodocunque factam; ſolutionem continui quidam credunt, ab inhærente aliquâ materiâ factam. Si verò quæras, quomodo talis exaſperatio, roſio, punctio ſpasmodicam illam contractionem inſtituere poſſit? Reſpondemus, hac irritatione, vel fibrillarum ſenſibilium inordinatâ vibratione, animales ſpiritus, in ſui motu æquabili turbari, & per auctum hac ratione motum elaſticum impetuoſiùs irruere, ſicque tenſionem earundem fibrarum ſive contractionem præternaturalem præſtare. *remotior.* *Remotiores antecedentes* verò dicimus omnes illas res, quæ talem in fibris exaſperationem vel roſionem producere apta nata ſunt: cujusmodi audiunt primò *Vermes*, in Renum tubulis ſuo ex ſemine generati; quales varii generis adducit JOH. SCHENCKIUS *Obſerv. Med. Lib. 3. de Renib. Obſ.* 96. item *Ephem. Natur. Cur. Dec. I. Ann. 3. pag.* 471. Secundò *Calculus*, unde Affectus ſpecialiter appellatur *Lithiaſis*; tertiò *Arenulæ* vel *Sabulum*; imò & quartò *Mucago viſcido tartarea*, tubulos renales

les infarciens, vel ſui quandoque acrimoniâ, & vaſculorum ſanguineorum conſtrictione Inflammationem, quæ *Nephritis* propriè *ſic dicta* exiſtit, pariens, à quâ ſimiliter Renum dolor pulſans & lancinans, imò etiam non rarò Abſceſſus, Ulcusque progignitur, ſenſim Parenchyma Renum ita depaſcentia, ut tandem nihil remaneat, præter tunicas cingentes, atque craſſiores redditas.

VI. Quòd ſi jam *Nephralgiæ* Ætiologiam paulò altiùs deducere lubet, protinus nobis dicendum erit, particulas plurimas terreſtres, lapidoſas, irregulariter figuratas, alcalinis copioſis ſalinis, volatilibus urinoſis, paucisque oleoſo-mucilaginoſis permixtas, in Sanguinis maſſâ præexiſtere, tandemque ab intercurrente quodam Sale acido, plus minus volatili ac rigido, ſibi invicem magis impingi, ſicque nunc in mucaginoſas tantùm moleculas, nunc in ſabulum quoque vel arenulas cogi; has verò per circulationem humorum ad Renes præcipitatas, ſenſim à preſſione tubulorum, nonnihil ab exaſperatione conſtrictorum, ſibi invicem magis agglutinari, tandemque majores Calculos efficere, qui ſi ulterius non promoveantur, ſed ſubſiſtant, tubulos quandoque illos mirum quantum dilatare poſſunt. Cujus rei exempla in *Ephe-*

Ætiologia Nephralgiæ.

Ephemerid. Curioſ. inveniuntur, & ſimile quid in aliis etiam partibus vidimus, ita enim *D.* 12. *Febr. Anni* 1697. obſervare contigit Pancreas Tauri recens mactati, in cujus ductu medio communi Virſungiano, ad digiti capacitatem dilatato, quamplurimos conſpeximus Calculos, niveo candore præditos, quorum maximus nucis juglandis magnitudinem exæquabat, mediam partem lævis, ac veluti lapideâ tunicâ indutus, reliquâ verò parte inæqualis, aſper, & clariſſimè monſtrans, quomodo totus lapis ex innumeris minimis lapillis interveniente quodam ſucco lento fuerit coagmentatus vidimus heîc ſimul plurimos minores Calculos, in ductibus lateralibus Pancreatis etiam ampliatis, hærentes, è quibus ſine dubio verſus communem Ductum promoti fuerunt.

Lapidum generationis modus perfectè vix cognitus.

VII. De *Lithogeneſiâ* ſive Lapidum in partibus humani corporis generatione, hujusque modo quid ſtatuere debeamus, hæremus prorſus dubii, quando tot, tantosque in re medicâ Viros ſuis opinionibus magnopere diſſentientes notamus. Liceat tamen & noſtra de his cogitata depromere, inque medium exponere, quomodo totum hoc negotium concipiamus. Certum eſt ante omnia, in Calculis hærere multum ſalis volatilis alcalini, plurima par

particulas terreſtres, irregulares, craſſas, paucas tandem phlegmaticas atque ſalino-fixas, utpote quas ſingulas inſtituta pandit deſtillatio; jam hæ particulæ omnes ſibi invicem per ſe ita adhærere nequeunt, niſi glutinans aliquis ſuccus intercedat; hic verò eſſe non poteſt melior, quàm ſpiritus quidam acido-auſteriuſculus plus minus volatilis, cujus vi corpuſcula illa omnia ſibi invicem incuneantur quaſi, vel reverà propter ramulos ſuos aut brachiola ſe invicem prehendentia, cohæreſcunt, ac avolantibus ſenſim particulis flexilibus aquoſis, in Lapides conglutinantur. Certum dein eſt, etiam moleculas ejusmodi lapidoſas non demum in Renibus gigni, ſed in Sanguinis maſſâ circulante ſubinde præexiſtere, hinc aliquando ex Arthritico-Nephritico Homine ſanguinem ferè ſabuloſum extractum fuiſſe in *Excellentiſſ.* DOLÆI *Encyclopædiâ*, & aliis legimus. Imò certum quoque, nec in Maſſâ ſanguineâ primitus arenulas ſemper tales progigni, ſed è primis jam viis unà cum chylo eò transmitti. Firmiter enim nobis perſuademus, quod habet citatus DOLÆUS *Encyclopæd. Medic. Dogm. p. m.* 664. *Coagulum Calculi dependere ab acido in ſtomacho oborto.*

VIII. Quotiescunque igitur ſtomachicum Menſtruum, ſive ut aliis placet, Fermen- *Modus formationis Calculorū.*

mentum, ſpiritu plus minus volatili acido, auſteriuſculo, cum particulis pluribus ter- reſtrioribus refertum, ingeſtos cibos malè vel ſaltem non perfectè digerit, imò parti- culis alcalino-volatilibus ſeſe miſcet, tum coagulum inde enaſcitur, quod terreſtrio- ribus ſive tartareis quibusdam fixis, ſi ad- ſunt, corpuſculis adhæreſcens, moleculas in Chyli ſucco craſſiores atque viſcidiores pro- ducit; quæ dein M. S. illatæ, neque ibi- dem volatiliores redditæ, quo dato com- modiore loco præcipitantur, & extra San- guinem in glandulas Renum, earumqu- tubulos excretorios urgentur, ubi dein ſu- aſperitate fibrillas ad ſui conſtrictionem in- vitant, ſicque in transitu obhærentes, ami- ſis paulatim particulis aquoſis flexilibus & fluidis propius coëunt, inque minores pr- mum, mox grandiores lapillos, vel, ſi te- reſtres particulæ abſunt, in cryſtallos ſal- nas, quales in Scorbuticorum atque Hy- pochondriacorum Urinis quoque depre- hendimus, matulæ lateribus adhæreſcen- tes, coagulantur. Concreſcunt verò ill- ſabuloſæ particulæ, tum per intervenien- acidum ſalinum mucoſum, ex ſanguine ſi- mul illabens, tum per ipſam membran- rum ſubſtantiam mucoſam, ſimiliter a- concretionem diſpoſitam; à quibus cau- minores quidem Lapilli ſibi tanto facili- conglutinantur, quanto magis à tubuloru- men-

membranulis ſpasmodicè conſtrictis, ad ſe invicem, excuſſis moleculis aqueis, premuntur. Notatu digna eſt, & hanc in rem apprimè quadrans Hiſtoria materiæ albæ mucilaginoſæ, per urinam à Filiolâ bimulâ non ſine labore redditæ, & ab aëre extemplò in ſubflavum, oblongumque calculum concretæ, cujus meminit CASP. BARTHOLINUS, *Actor. Haffn. Tom. 2. Obſerv. 70.* Hanc verò noſtram calculoſæ concretionis Ætiologiam, ſi quid aliud, certè confirmare poteſt chymica reſolutio Calculorum humanorum, quam *Clariſſ.* MAETS *p. m. Medicin. Profeſſor Leidenſ* inſtituit; ac in *Praxi* ſuâ *Chymiatricâ* ſeqq. verbis expreſſit: *Capito*, inquit, *Calculi humani Renum, ſive Veſicæ, q. p. rudi modo contundantur, & Retortæ vitreæ committantur, deſtillenturq; ex arenâ, augendo ignem in fine quantum fieri poteſt. Ita enim obtinebis in Recipiente portionem aliquam ſeroſam, pauxillum olei, ſal volatile urinoſum quantitate ſatis conſiderabili, quippe Calculus ordinariè fundit quartam ſui partem ſalis volatilis. Hunc ſalem, ſi cum cineribus Oſſium calcinatorum, ut artis eſt, ſublimaveris, exactè æmulabitur ſalem volatilem urinæ, & per omnia ipſi ſimilis erit. Caput mortuum ulteriùs crematum, nil niſi meram eſſe terram experientia ipſa confirmat. Huic enim pluviam ſi affuderis, vix unum ſalis fixi granum colligere licet, unde cadit illorum ſententia, ſta-*

Obſervatio.

Confirmatio ſententiæ noſtræ.

tuentium, Calculum generari ex ſale quodam craſſo tartari cum materiâ pituitoſâ, quippe omnia ſubjecta, quæ ſale copioſo tartareo gaudent, poſt remotionem & examen per ignem, multum ſalis fixi relinquunt, quod cùm in hoc ſubjecto deficiat, Calculi ortum inde ducendum non putamus. Cumq; in analyſi chymicâ per ignem nullum acidi ſalis veſtigium appareat, ſed è contra, nil niſi alkalicum volatile manifeſtetur, idem judicium de alkali & acido formandum putamus.

Diſpoſitio hæreditaria.

IX. Ad *Cauſas antecedentes* dum referimus ſabuloſam humoralis Maſſæ conſtitutionem, non prætereundum eſt, eam vel in Homine jam nato per *errores Diætæ* gigni; vel eidem per *hæreditariam communicationem* connaſci. Qualis diſpoſitio quidem cum ſemine nunc maſculino, nunc fœminino magis Fœtui imprimitur, modo vix dum accuratè explicabili; imò quoque cum lacte per nutricem communicari poteſt. Sec[...] hæret illa tamen vel in Sanguine ipſo, ve[...] etiam in tubulis renalibus, juſtò hinc ind[...] anguſtioribus, in quibus ſiquidem ſalino[...] terreſtres fortè obhærent, quocunque dei[...] modo forſan inviſcatæ particulæ, facil[...] acceſſione jugi novarum, primùm quidem in arenulas, mox etiam, ſi amplius conce[...] ditur ſpatium, in majores lapillos coale[...] cunt. In quam rem legi merentur, qu[...] in *Apiario* ſuo *Obſerv.* 78. *pag.* 302. *in Schol*[...]

adduxi[...]

adduxit *Excellentiſs.* JOH. JAC. HARDERUS, *Medicinæ Theor. in Inclytâ Baſileenſium Univerſitate Profeſſor, S. Cæſ. P. Com. ac diverſor. S. R. Imperii Principum Conſiliar. & Archiater.*

X. Quòd ſi verò pauciores particulæ terreſtres adſint, tum vel ſabuloſæ tantùm inde gignuntur, & intra renales tubulos concreſcunt moleculæ; vel mucoſa ſolùm producitur materia, Urinæ liquorem nunc turbans, nunc incraſſans. Aliquando particulæ aquoſæ ita reliquis implicantur, ut cùm avolare nequeant, maſſam lapidoſam tantiſper retineant mobilem, fluidam, & cum urinâ faciliùs excernibilem, ſed quæ, uti in ſuperiùs allegata Bartholini Hiſtoriâ deprehenſum eſt, demum in aëre, hujusque forſan ſpiritu, uti quidem opinantur, acido-volatili ſummeque ſubtili indureſcere ſoleat. *Cauſa turbatæ Urinæ.*

XI. Tandem inter *remotiores antecedentes Cauſas* referenda eſt Chylificatio depravata, quâ Chylus producitur particulis alcalino-volatilibus, & terreſtrioribus maximè refertus, propter fermentum eâ præcisè qualitate imbutum, ob quam non raro etiam in inteſtinis Calculos progigni certum eſt; quales plurimos majores, minoresque *Bernæ Helvetiorum* in Noſodochio à *Margarethâ Louerâ* per alvum excretos fuiſſe, *Experientiſs.* ejus *Cauſæ remotiores antecedentes.*

Civitatis Archiater Dn. D. SIGISM. KOENIG, in *Hiſtoriâ calculoſæ* illius *Fœminæ* fuſius exponit.

Cauſæ procatarcticæ. *Cibi.* XII. *Cauſas procatarcticas* ſive *externas* quod concernit, ſabuloſas in Maſſâ humorali particulas cumulant Cibi, ſuccum præbentes lentum, viſcidum, craſſum, moleculis terreſtrioribus, vel ſalinis plus minus alcalinis & irregularibus conſtantem; quemadmodum ſunt Carnes Ferarum, Animalium annoſorum, aliæque duriores & dyſpeptæ; Carnes itidem fumo ſiccatæ, ſalitæ, aceto-maceratæ; Piſces omnes ſale conditi vel ſiccati, nec non grandiores alii, velut Anguillæ, Murænæ, aliique ſquamis carentes, & viſcoſi; etiam Oſtreæ, Conchylia, Aves lacuſtres, Anates, Anſeres &c. E' *partibus Animalium* Jecur, Ventriculus, Cerebrum, Splen, Inteſtina; Ova dura, Caſeus, Lacticinia varia, Fungi & Tubera terræ; Fructus immaturi, auſteri & acerbi, Meſpila, Pyra, Cydonia, Caſtaneæ.

Potus. In *Potu* huc contribuunt Vina auſtera, craſſa, nigra, dulcia nondum fermentata, minùs defœcata, tartarea, quæque in locis argilloſâ tartareâ & calculoſâ materiâ abundantibus proveniunt; quemadmodum audiunt *Vina* circa Lacum Acronium provenientia, Burgundica, Alſatica, Lacotica ditionis Bernenſis Helvet. Hungarica, Auſtriac

ſtriaca plura & nonnulla Rhenana, atque Neccarina, quæ proin in producendâ multùm Arthritide atque Nephralgiâ celebria hucuſque evaſerunt; *Cerevíſia* recens, feculenta, craſſa; *Aquæ* paluſtres, craſſæ, è nive liquatæ, quæque particulas minimas ſabuloſas ſecum vehunt; quales hinc inde plures dantur; ut enim taceam plures Fontes, argillam in minimis particulis vehentes, atque ſub coctione vel aliàs etiam in canalibus deponentes, (qui pro balneis inſerviunt mineralibus, inque potu non ſemper nocent, aut calculos in corpore producunt) caſu innotuit quidam Fons ante aliquot retrò annos propè pagum *Bubendorff Agri Baſilienſis*, ex quo cùm limpidas aquas frequenter hauſiſſet Puer ruſticus ſexennis, poſt aliquot elapſos menſes Nephriticis doloribus, leniùs primum, mox graviùs laborare cœpit, uſque dum tandem calculos excerneret, majores, minoresve, argillaceos pleroſque, etiam angulatos & duriores, coloris nunc cineritii, nunc etiam corallini, ut penè referrent lateritiorum lapidum fruſtilla. *Paſtor ejus loci Fideliſſ. Vir Reverendus Dn.* JOH. HENRIC. STRUBINUS, propriis oculis è virgâ Pueri tales Calculos prodire videns, & diætam præcedentem examinans, tandem audivit Puerum de quodam fonte in viciniâ copioſas ſæpè aquas bibiſſe; ipſam hinc ſcaturigi-

nem luſtrando deprehendit argillaceam materiam hinc inde lapidibus adhærefcentem, ſuper quos ipſe Fons decurrebat, ſimilem prorſus Calculis, quales Puer intra ſpatium quinque vel ſex hebdomadarum ultra triginta excrevit, & hactenus uſque ſanus, ac à Lithiaſi immunis exiſtit, quoad dictas haurire aquas deſtitit. Contribuunt tandem ad Malum hoc diuturnus Decubitus, Vita ſedentaria, Triſtitia frequens, Venus immodica.

Diagnoſis. XIII. *Signa diagnoſtica* Nephralgiæ ſunt, quæ partim ipſum Affectum indicant, partim eundem à vicinis malis aliis diſcernunt, partim denique Cauſarum diſcrimina pandunt. *Morbi præſentis.* Affectûs itaque præſentiam ſignificant Dolor circa Lumborum modò dextram, modò ſiniſtram, modò utramque regionem, non vagus ille, qualis in Colica reperitur, ſed fixus, ſtabilis, quamdiu materia irritans adeſt; quique juxta ductum Ureterum verſus Inguina pergit, imò ſi gravior etiam ad Iſchii articulum, ipſumque Crus per communionem irritatarum membranarum protenditur, ac ut FERNELII utar verbis, immanitate & ferociâ Peritonæum ſæpè convellit, hinc Viſcera & Ventriculu ſubvertuntur, ac primùm quidem pituitoſa dein biliosa vomitione rejiciuntur, quod aliàs conſenſui Nervorum ſtomachicorum à ſex

à ſexto ferè pari oriundorum, cum Fibris renalibus adſcribunt; Urina incipiente Malo pauca, tenuis & aquoſa emingitur, interdum planè ſupprimitur; poſtea verò copioſa, craſſa, & arenoſa prodit, eaque ardoris quodam ſenſu ad crebriùs mejendum compellit. Præceſſerunt errores Diætæ, qui anſam quoque huic malo præbere potuerunt. Plerumque Homines ſubitò prehenduntur hac affectione, ita quidem, ut interdum recto corpore incedere, vel, ſicut in Lumbagine, vertebras flectere ſine cruciatu neſciant, donec irritatio mitigata fuerit. Decubitus in ægram partem demulcet dolorem, in adverſam exaſperat.

XIV. Diſcernenda verò, atque probè dignoſcenda primùm eſt *Nephralgia* à *Lumbagine*, quam, ceu à fluxione aut lymphæ ſtagnatione dependentem, *rheumaticam* aliqui nuncupant: in hac enim dolor à flexurâ vertebrarum lumbarium augetur, ut ita Homines ad evitandos inſignes cruciatus vel curvi, vel penitus erecti, vel neſcio quâ corporis figurâ ſubſiſtere cogantur; præterea in *Lumbagine* nauſea adeſt nulla, nec vomitus; doloreſque non communicantur Inguinibus per ductum Ureterum; Urinæ quoque naturales magis excernuntur, ſine ullis Nephritidis indiciis. *Differentia Nephralgiæ à Lumbagine.* 'A *Dolore colico* diſcernitur, quatenus hic, ut ait FERNE- *à Colicâ vera.*

LIUS *Pathol. Lib. 6. Cap 12.* in Ventrem medium, aut in omnem illius regionem murmure quodam evagatur, & citatâ vel expurgatâ alvo, diſcuſſiſque flatibus miteſcit; ſubinde ſitum mutat, neque regionem Ureterum ſequitur, aut in Coxendicem & Crura ſeſe expandit, neque etiam Lumbos frequenter aut multum occupat. *Nephriticus* autem *Dolor* regione Lumborum, Renumque circumſcribitur, & plerumque in alterutro ſolùm latere affligit, Urinaſque in principio paucas & aqueas, ſicut in Colicâ, plus minuſve tinctas, lixivioſas &c. monſtrat. Si duo illa mala concurrunt, amborum indicia aderunt, & *Colica nephritica* tum affectus vocatur. Interdum verò *Colica ſpasmodica* à ſalino-acri pituitâ oriunda, in eâ Inteſtini Coli parte quâ juxta Renes volvitur, maximè in latere ſiniſtro, ita fixa, ſtabiliſque hæret, ut tum vix, niſi per differentem Urinam à *Nephralgiâ* diſcernere liceat, ſæpiuſque Medico etiam exercitato imponat.

Colica nephritica.

Signa Cauſarum.

XV. *Nephralgiam* verò à *Pituitâ* ſolùm, vel *Mucagine* viſcido-craſſâ atque glutinoſâ provenire, præter ſigna generalia ſuperiùs expoſita, adhuc indicant dolor gravativus Lumborum, nonnihil verſus Veſicam per Ureteres procedens, cum excretione multæ viſcoſo-cineritiæ, vel albicantis materiæ per urinam, non quidem in principio, ſed ma-

gis

gis in progreſſu vel declinatione morbi. Vomitus ſæpè junguntur, non tam bilioſarum, quam acido-pituitoſarum cruditatum enormes, per unum alterumve diem continuati; nec non urinæ ardor, frequensque mingendi deſiderium. Si *ſabulum* vel *arenulæ* in culpâ exiſtant, tum itidem ſuperius allegata phœnomena atque indicia comparebunt, ſed tandem arenulæ ipſæ, nunc ſubflavæ, nunc cinnabarini fermè coloris cum Urinâ prodibunt, atque promptè fundum matulæ petent; neque digitorum attritu facilè comminuentur. Atque hæ Arenularum ſpecies indicium quoque ſunt calculoſæ Renum diſpoſitionis, probeque diſtinguendæ ab illis particulis aſperis, Urinæ liquori innatantibus, fundum rarò vel minima ex parte petentibus, quæque aliquot poſt emiſſam urinam horis in aëre frigidiuſculo parietibus matulæ adhæreſcunt, & nonniſi ſalia ſunt plus minus fixa, ad latera vaſis præcipitata, quorum proventus in Hypochondriacorum atque Scorbuticorum Urinis maximus eſt.

XVI. *Calculum* porrò *in Renibus hærere*, plura evincunt ſigna: ante omnia Dolore proditur, non vago illo, aut fugitivo, ſed conſtanti & fixo, eoque modò tenſivo, modò gravativo, vel pungitivo, terebrante aut lancinante, nunc dextram nunc ſini- *Signa Calculi renalis.*

ſtram lumborum regionem affligente, prout Calculus in ſiniſtro vel dextro Rene hæret. Dolor *acutus* magis redditur, quando Lapis vel è tubulis carunculisve Renis papillaribus verſus cavitatem aut pelvim urgetur, vel ab hac in Ureteris orificium adigitur, ſicque aſperitudine, vel eminentiis ſuis acuminatis ſolutionem continui, tenſionemque membranæ efficit. Subinde Lapis ex angusto Ureteris, in quod paulo ante deſcenderat, orificio in Renis pelvim relabitur, unde cruciatus ſtatim mitigantur, brevi tamen redeuntes, quando Lapis denuò in Ureteris canalem protruditur. Dolor autem poſt aſſumptum cibum plerumque exacerbatur, inde enim ventriculo atque inteſtinis plus minus expanſis, Renes quoque comprimuntur, compreſſique à Calculi aſperitate magis læduntur. Quando morbifica illa cauſa in urinarium fortiter detruditur meatum, vel cùm ſitum quoque ſuum intra Renis ſubſtantiam mutat, ſicque ſuis cuſpidibus acriùs in fibras impingit, tum dolor valdè intenditur; juxta ductum Ureteris verſus Inguina ad Veſicam, imò ad Coxendicem & totum Crus expanditur, unde non raró ſimul eveniunt Motus ſpasmodici, Spinarum crebræ inflexiones, atque Stupor Femoris in latere affecto, vel frigoris ſenſus, totum crebrò pedem pervadens, cum preſſio Nervorum per crura diſtri-

diſtributorum ſimul inducitur. Si verò Calculus Renis membranas diſtendit, ſicque vicina ſimul vaſa adducit, Teſticulus quoque ejusdem lateris ſpasmodicè velut retrahitur. Interdum Calculus ad ſuum adeo urgetur exitum, ut infixi pali aculeive ſenſum præbeat; dum verò idem quieſcit, dolore magis gravante, quàm punctorio aut lancinante moleſtus exiſtit, circa Pubem æquè ac in Lumbis. Plerisque etiam hoc malo affectis alvus adſtringitur, propter Anorexiam & excrementorum defectum vel paucitatem; alios verò Tenesmus tam in ano quàm in Veſicæ orificio, à pituitâ acido-acri & viſcidâ, frequenter torquet, neque tamen niſi mucoſa acria dejiciuntur. Durat omnis ejusmodi dolor nunc brevius, nunc etiam diutius, ſed cum ſymptomatibus mitioribus, donec ſubitò tandem Calculus per Ureteres transeat, perque Veſicam extra corpus erumpat; quemadmodum in *ſeptuagenariâ* non ita pridem *Fœminâ* obſervare contigit, quæ cùm primâ demum vice Lithiaſi decumberet, ultra decem hebdomades Lumborum cruciatus, cum Nauſeâ primùm, Anorexiâ, hinc Febri, Urinis ſemper craſſis, turbidis, obſcuri coloris, non ita copioſis, cruribus frigidis, ſubinde ſtupidis, redeunte etiam appetitu, paſſa &c. tandem binos ſine magno dolore, & cum ſubſequente ſanitate perfectâ, *Obſervatio.*

fectâ *Calculos* excrevit, quorum major læ-vis, durus, figuram atque magnitudinem nuclei perſicorum exæquabat, minor autem non ita durus, ſuperficiei inæqualis, & aſper extitit. Nauſea, Anorexia, Vomitusque materiæ nunc pituitoſæ, nunc bilioſæ, vel æruginoſæ, acidæ modò, modò vitriolicæ, modò inſipidæ, modò denique amaræ, in principio Mali potiùs urgent, vel dum Lapilli fibras magis renales graviter lancinant.

Signa Calculi ad veſicam proficiſcentis.

XVII. Si verò Calculus Renum ſubſtantiam evadendo jam pelvim, aut ipſum Ureteris orificium ſubiit, tum Vomitus & Nauſea ceſſat, atque Ciborum deſiderium, modò dolor ſimul mitigatus ſit, redit. Cruciatus verò omnis in momento tollitur, quamprimum Lapis per Ureterem in cavitatem Veſicæ delapſus fuerit, quod quidem Ægri ad malum probè attenti haud obſcurè animadvertunt, quando clavum ferè aliquem à Lumbis verſus regionem pubis tranſire perſentiunt. Febricula quædam in principio interdum adeſt, ſed illa tamen lenis, & cum aliquali ſaltem ſiti; intenſior autem eadem exiſtit, ſi Inflammatio ſubeſt. Noctes inſomnes ſunt in magno dolore, inquietæ in gravante ſaltem, leniore que Lumborum cruciatu; & quamdiu præſens adhuc eſt, non valdè tamen in

Reni

Renibus moleſtans dolor, tum à nullo Ægri cibo reficientur, conquerenturque ſemper de Cordis quadam imbecillitate, quam heîc locorum ita exprimunt: Es ſeye ihnen gantz öd oder hertzloß/ auch wenn ſie ſchon mit Luſt geeſſen haben. Quin ſæpè poſt aſſumptum Cibum, ob rationem ſupra jam allegatam, dolorem in lumbis auctum perſentiunt; licèt aliàs minore cum labore ægro quàm ſano incumbere ſciant lateri. Urinæ in principio crudæ fermè, aquoſæ, & parcæ, nunc cum, nunc ſine ardore aut teneſmo excernuntur: in progreſſu autem morbi, inprimis poſt corporis motum aut exercitium, equitatione, vel gravioribus vomitionibus, aliiſque modis inſtitutum, turbidæ redduntur, interdum & cruentæ, nonnihil copioſiores, plerumque cum aliquali, ſi humor nimis ſalſus & acido-acris exiſtit, ardore, & ſabuli nunc flaventis, nunc rubicundi, matulæ fundum citò petentis permiſtione; quæ tandem ſymptomata ipſe ſubſequitur Calculus, modò is nimis magnus non fuerit, qui tamen non rarò ſine præcedaneis arenulis excretus à Practicis obſervatur.

XVIII. Quòd ſi verò Lapis urinarium obſtruat alterutrius Renis meatum, maximè anguntur Ægri, inſignesque perdurant cruciatus, donec adepto feliciore motu *Signa Calculi in Uretere obhærentis.*

Cal-

Calculus in veſicam omninò transmiſſus ſit; Urinæ tum quoque nulla contingit ſecretio, non in affecto duntaxat, ſed per conſenſum, aut communicatam ſimilem fibrarum conſtrictionem, in ſano quoque Rene. Illapſo autem in veſicam Calculo, Urina copiosè ſtatim ſecernitur, & poſtea clarior, abundantiorque emingitur. Adultis & ætate jam gravibus Lithiaſis hæc magis frequenter obtingit, ſicut Veſicæ Calculus Pueris. Quæ omnia tanto certius Calculorum præſentiam indigitant, quando ſimul prægreſſa aliquando Diæta eodem contribuere potuit; vel quando Parentes Ægrotantis eidem Malo fuerunt obnoxii. Denique nec hoc prætereundum, quòd ſæpius etiam magni in Renibus Calculi deliteſcere poſſint, ſine ullo Hominis incommodo. Ita in utroque Rene Cadaveris *Innocentii XI. Pontific. Romani*, poſt mortem aperti, ingentes mireque figurati Calculi, ſeptem ad novem uncias pondere æquantes, reperti fuerunt menſe Auguſto Anni 1689. cum tamen nullos unquam, quoad vixit, Nephriticos, benè autem multumque Arthriticos dolores paſſus eſſet; quemadmodum *Celeberr.* JOH. LANZONIUS, *Medicus Ferrarienſis* memorat *Ephemer. Nat. Curioſ. Dec. II. Ann. 2. Obſerv.* 199. Vide quoque in hanc rem *Ephemer. Nat. Curioſ. Dec. I. Ann. 4. & 5. Obſ. 29. & 32.*

XIX. Quo-

XIX. Quoad *Differentias* Calculorum, diverſas admodum illas eſſe notavimus; Etenim 1. ratione *Figuræ*, alii ſunt *rotundi*, alii *oblongi*, alii *glabri*, *læves*, *aſperi*, *angulati*, *ramoſi*, *politi*; conſule circa hæc JOHANN. SCHENCK. *Obſerv. Medicin. Lib. 3. de Renib. Obſerv.* 212. 2. Reſpectu *Coloris* dantur *rubri*, *cinerei*, *flavi*, *nigricantes*; heîc verò notatu dignum eſſe judicamus, quòd pro *diverſitate* tum *partium*, tum *animalium* color ejusmodi variet: ita in *Renibus Hominum* gignuntur utplurimum *cineritii*, *parum flaveſcentis*, ſubinde tamen & *rubri*, *albi*, *nigricantisq́;* *coloris*; in *Renibus Boum* autem *lamellati* plerumque exiſtunt, *ſplendidè flaveſcentis*, & velut *aurei coloris*, qualem, Ovum ferè gallinaceum magnitudine ſuâ exæquantem, nobis obſervare contigit; qualesq́ue in Bobus ſæpius eâdem formâ, lamellisq́ue flavis atque transparentibus dotatos reperiri notavit *Illuſtris & Excellentiſs. Dn. D.* LUCAS SCHROECKIUS, *Auguſtanæ Civitatis Archiater Celeberrimus*, *& hoc tempore Societatis Curioſor. Leopoldino-Imperial. Præſes longè meritiſſimus*, *Ephemerid. Medico-Phyſic. Decad. I. Ann.* 5. *Obſerv.* 168. In *Veſiculâ Fellis* nonniſi *obſcurè flaventes* vel *nigricantes* deprehenduntur. In *Pancreate* Bovis *nivei* coloris ipſimet, ut ſupra monitum, vidimus. 3. Reſpectu *Conſiſtentiæ*, Calculi alii ſunt *duri* ac *ſolidi*, *Silicei* hinc dicti: alii *friabiles* ac *ſabuloſi*

Calculorum differentiæ.

buloſi magis. 4. Ratione *magnitudinis*, alii *magni*, alii *parvi.* vid. *Ephem. Nat. Cur Decad.* II. *Ann. VIII. pag.* 500. Item *Decad. I. Ann. I.* *pag.* 155. It. *Decad. I. Ann.* 4. & 5. *Obſerv.* 32. 5. Quoad *numerum* aliquando *unus*, aliquando *plures* in Rene etiam uno reperiuntur, ita FELIX PLATERUS, *Archiater olim Baſilienſis Celeberrimus*, *Obſerv. Med. Lib.* 3. *p. m.* 892. meminit, ſexaginta circiter Calculorum cœruleo nigricantium, in Rene Hominis Iſchuriâ defuncti repertorum.

Signa Verminium renalium.

XX. *Vermes Renum* vix cognoſcuntur, niſi è lancinante Renum dolore, ſpasmodicos non rarò motus etiam in crura expandente: dolor hic periodicus, aut interruptus valdè eſt, planè etiam ceſſans, ſi Vermes quieti prorſus ſunt. Prodeunt tandem illi poſt longius breviusque temporis intervallum, & cum urinâ rejiciuntur.

Signa Inflammationis renalis.

XXI. *Inflammatio* autem *Renum*, Nephralgiæ quoque cauſa, ſi præſens eſt, dolore Lumborum ſe prodit, nunc gravativo, nunc urente magis, vel etiam tenſivo ac pulſatorio. Febris ſimul jungitur continua, cum Cephalalgiâ, Siti inextinguibili, Inquietudine, Agrypniâ; Urina ſecernitur & emingitur pauca, tincta valdè, cum ardore & cruciatu; Decubitus in dorſum vel latus affectum maximè difficilis, nequ

ni

niſi cum maximo dolore Æger ſeſe erigere valet; Stupor etiam comitatur Cruris è regione poſiti. Si tandem Inflammatio à calculo vel arenis eſt, ſimul nauſea atque vomitiones accedunt.

XXII. Tandem *Ulcera Renum*, quæ dolorem plerumque ſimul excitant, facilè dignoſcuntur ex Inflammatione præcedente, ex Pure albicante, craſſo, glutinoſo & graveolente, nonnunquam ſimul cruento; Dolore lumborum obſcurè gravativo, Dyſuriâ, vel Stranguriâ leviore, quàm ſi à veſicâ profluat: imò utplurimum urina ſine impedimento redditur: non rarò eti m particulæ quædam carneæ, vel quaſi pili quidam ejiciuntur. *Diagnoſis Ulcerum renalium.*

XXIII. *Prognoſis* Nephralgiæ juxta diverſas cauſas inſtituenda eſt, nec malè faciet Medicus, ſi in principio morbi ſuum judicium de eventu illius ſuſpendat, donec eſſentiam & cauſas ejus exactè cognoverit. Equidem HIPPOCRATES Renum ac Veſicæ vitia in Senibus difficulter curari. *Sect. 6. Aphor. 6.* aſſeverat; multa tamen in Praxi occurrunt exempla Hominum ætâte gravium, qui feliciter etiam ab hoc malo liberati fuerunt. Quòd ſi verò Nephralgia *Mucagine* ſolùm *viſcidâ*, plus minus *ſalſâ*, vel etiam *Arenulis* ortum ducat, curatu non *Prognoſis.*

adeo difficilis eſt, niſi obſtructionem in Tubulis renalibus pertinaciorem vel Inflammationem produxerint. Qui verò Calculum habent renalem, ſi is eſt mobilis, & ad Pelvim, perque eam in Veſicæ cavum devolvi poſſit, tum Ægri tandem à malo hoc liberantur, citius omninò nec magno cum labore, ſi lapides ſunt parvi, læves, glabri, rotundi, oblongi: (niſi transverſo ſitu canalibus inſigantur) tardiùs autem, ſi calculi fuerunt majuſculi, aſperi, variis eminentiis acuminatis, duriſque præditi. Si *Calculus major* exiſtit, quàm ut penetrare vias queat, ſi durior, ſi aſperior, tum certè periculoſiùs Ægri decumbunt, quatenus lapis ejusmodi non ſolùm mobilitate ſuâ immanes dolores, ſed & Inflammationem, Abſceſſum, Ulcus, vel Gangrænam etiam, Sphacelum, atque lethales Convulſiones excitare valet. Si *maximus* eſt in Rene *Calculus*, iſque immotus, tunc ad vitæ terminum uſque ſine incommodo Hominis ſubſiſtit, modò urinæ ſecretionem non uſque præpediat. Non magnam ſalutis ſpem Medicus facere poteſt, ſi ex attritu angulo ſi lapidis, cruentam mox urinam reddente, vel Hæmorrhagiam quoque renalem producente, Ulcus Renis ſubſequatur. Quando poſt excretionem unius vel alterius Calculi Nephralgia adhuc ſubſiſtit, & diu protrahitur, cum Anorexiâ, aliiſque

u

ut fieri ſolet, ſymptomatibus, cumque ſenſu per intervalla gravativo, & lumborum cruciatibus acerbiſſimis, haud incertum præbet indicium, vel plures parvos in Renibus gigni lapides, vel unum magnum adeſſe, exitumque urgere.

XXIV. Qui Renes habent vel naturâ, vel per hæreditatem calculoſos, inſanabiles exiſtunt, ſæpiusque admodum Nephriticis paroxysmis affliguntur: *Facilius enim eſt*, inquit ARETÆUS, *Uterum à concipiendo prohibere, quàm calculoſos Renes calculis vacuare.* ERASMUS autem ROTERODAM. calculoſam ſuam conſtitutionem immedicabilem facetè admodum *Lib. Epiſt.* 21. *ad Chriſtophorum Epiſc. Baſil.* deſcripſit: Quando *Fœminæ*, inquit, *ſterileſcunt ætate, me ſenectus reddit fœcundiorem: aut enim concipio* (ſcil. calculos) *aut pario, aut parturio. Sed partus eſt viperinus, & vereor, ne quando parentem interimat. Certè ſemel atque iterum gravi periculo ſum enixus. Quòd ſi parum favente Junone & Lucinâ niti cœpero, vixerit Eraſmus.* Et idem *Libr.* 23. Epiſt. ad Joh. Gaverum: *Me*, inquit, *tam ſubinde repetit* (nephritica paſſio) *tamq; capitaliter adoritur, ut, ſi quis odit Eraſmum, meritò jam inimicus eſſe deſinere debeat, nimirum odio tot malis ſaturato; porrò cruciatum tam immitem ſecum adfert calculus, ut quamvis validum ac robuſtum corpus, intra*

Renes à naturâ vel hæreditate calculoſi.

triduum nonnunquam interimat; & ſi remittat, in hoc remittit, ut mox atrociùs ſæviat: Quid hoc eſt aliud quàm frequenter regustare mortem? Quis autem cuperet reviviſcere, paulò poſt iterum moriturus? Qui tamen ſæpius jam excrevere Calculos, ob ampliatos ductus leviori negotio poſtmodum iis liberantur, niſi majores juſto fuerint, vel admodum aſperi.

Signa lethalia. XXV. A' Calculo etiam ſi per triduum, quatriduum, pluresve dies urinæ ſecretio tollatur, per ſeri in circulante maſſâ accumulationem, ſubſequentemque tandem cerebralium tubulorum vel obſtructionem, vel nimiam preſſionem, comatoſus redditur Æger, difficulter reſpirare incipit, & tandem Apoplecticus animam moribundo corpore fundit. Renum Calculi ex multis, inter ſe non ita pridem junctis, arenulis conſtantes faciliùs diffringuntur & comminuuntur; ſiliceæ autem qui exiſtunt duritiei, nec ſolvi, nec frangi queunt. Dolor ſi nullis remediis ſedari poteſt, mortem minatur; hæc verò ante fores exiſtit, ſi extremitates crebrò frigent, ſi vires admodum languent, ſi ſudor etiam frigidus faciem occupare incipit. Melius ſignum eſt, quando urina modò craſſa, modò tenuis, modò rurſus ſpiſſa emingitur, cum arenulis in fundo ſubſidentibus, ſic enim calculoſam concretionem diffringi indicatur. Calculus

ad

ad pelvim promotus ſi aſper eſt, non friabilis, ſicque ob excedentem molem transire nequeat, Dolores acerbiſſimos, Inflammationem, Iſchuriam, Gangrænam, Febrim, Deliria, Convulſiones, Soporem, &c. poſt ſe trahit, quos inter cruciatus ſubinde Ægros extremum obiiſſe diem memini. Inflammatio Renum magna plerumque lethalis, cum Febri acutâ, ac modo dictis ſymptomatibus brevi hominem interimens; ſed in Abſceſſum abiens, Ulcusque Renum inſanabile, Ægrum lentâ morte conſumit. Si verò Hæmorrhoidum aut Menſium fluxus ſuperveniat, ſi in Urinâ ſedimentum albicans glutinoſum appareat, ſi ſymptomata remittere incipiant, tum ſignum eſt, Inflammationem leviorem eſſe, atque diſcuti ſenſim poſſe. Vermes Renum vel prodeunt ſponte, vel Inflammationem & Abſceſſum gignunt.

XXVI. Tandem ad Nephralgiæ *Curationem* devolvimur, quæ quidem ratione *Cauſarum antecedentium*, exhibet *Indicationem prophylacticam* ſive *præſervatoriam* mali futuri, vel imminentis; ratione *præſentis* ipſius *Morbi* præbet *curatoriam* vel *therapeuticam*: ratione *Symptomatum urgentiorum*, oſtendit *mitigatoriam*, quâ ſymptomatibus occurrimus: ratione denique *Virium* vacillantium monſtrat *vitalem*, vires reparandas eſſe mo- *Curatio.*

Rr 3 nen-

nentem. Quibus ſingulis indicationibus ſatisfacere Medicus ſtudet Practicus remediis è triplici *Fonte* petendis, *Diætetico*, *Chirurgico*, atque *Pharmaceutico*. Quando autem juxta CICERONIS effatum in 5. *Philipp. omne malum naſcens facilè opprimitur, inveteratum autem plerumq; robuſtius fit*, meritò à *Præſervatoriâ* curatione initium facimus, quæ maximè in Diætâ convenienti conſiſtit. Quicunque igitur cupiunt venienti occurrere morbo, ac ab eodem ſe immunes præſtare, id operæ dabunt, tum ne materiam colligant inimicam; tum ne ſtomachi menſtruum debilitent, aut juſto acidius reddant; tum denique, ut ſerum ſanguineum in debito ſemper fluore, Renumque tubulos in conveniente perpetim amplitudine pervias retineant. Quorum ſingulorum obſervatio uti omnibus, ita illis præcipuè neceſſaria eſt, qui vel ab ortu, vel caſu ſaltem ad morbum huncce inclinant, & proclives ſunt.

Præſervatoria.

Diæta prophylactica.

XXVII. *Diætam* ergò *præſervatoriam* quod attinet, prohibenda veniunt Homini ea omnia, quæ ſupra diximus eſſe procatarcticas Nephralgiæ cauſas: Cùm enim heîc Rerum nonnaturalium vis ſit maxima, haud immeritò bonum illarum regimen æquè præſervationis atque curationis ergò commendatur. Quod ſi proin juxta *Cice-*

roni

ronis monitum *Lib.* I. *de Offic. tantum cibi & potionis adhibendum eſt, ut inde reficiantur vires, non ut opprimantur*; utilis omninò erit cuicunque ad affectum proclivi *Victus* moderatus, boni ſucci, & facilis digeſtionis vel concoctionis. *Panis* ergò comedendus probè fermentatus & coctus, leniter ſalitus, ex optimo frumento, quale in his oris eſt *Siligo* atque *Triticum*; *Similagineum* autem ſive *candidum Panem*, (Weiß- oder Semel-brot) multi damnant, eumque ex præcipuis exiſtere cauſis autumant, cur Ditiores & Magnates Arthritidi atque Nephralgiæ calculoſæ admodum obnoxii ſint, quòd videlicet tali veſcantur pane, ſimul ac rara habeant corporis exercitia. Minus quoque æſtimamus *Panem biscoctum* (Zwey-back) utpote ſiccum nimis, ac valdè tartareum; nec melior eſt ille, quem Piſtores lacte ſubigunt, loco aquæ, ad candorem conciliandum, communiterque Milchbrot appellant; vel cui ova ſimul incoquunt, quique vernaculâ voce Eyerbrot audit. Deterioris denique notæ ſunt, atque dyſpepti *Panes ſecalini, hordeacei, avenacei, furfuracei.* In *Carnium* genere eas concedimus, quæ mediocris ſunt ætatis, tam aſſas, quàm elixas, *vitulinas, vervecinas, hædinas, agninas, Cuniculorum, Pullorum gallinaceorum, Perdicum, Coturnicum, Leporum juniorum, Caponum, Alaudarum, Turdorum*, aliorumque animalium

Victus.

Panis.

Carnes.

malium atque volatilium juniorum, quæ & facilè in ventriculo diſſolvi poſſunt, & ſuccum præbent nutritium copioſum. Nocent *Ova*, inprimis *ad duritiem cocta*, *Lac* & *Lacticinia*, *Caſeus* qualiscunque. *Piſces* conducunt ferè *ſaxatiles*, *Lucius*, *Carpius*, *Perca*, *Funduli*, *Truttæ* &c. quò *Cancros* quoque *fluviatiles* referimus, quos modicè uſurpatos prodeſſe, immodicè devoratos autem ſpiſſum exhibere chylum arbitramur. Inter

Herbæ. *Herbas*, *Olera* & *Fructus*, concedi poſſunt *Malva*, *Beta*, *Petroſelinum*, *Cherefolium*, *Urtica tenera*, *Pimpinella*, *Aſparagus*, *Lupulus*, *Radices Raporum probè coctorum*, *Raphani ruſticani*, *Paſtinacæ*, *Siſari*, *Scorzoneræ*, *Apii*, inprimis *Selini*, ſive *Paludapii hortenſis*, *Raphani minoris*, *Naſturtium aquaticum*, *Cochlearia*, *Taraxacum*, *Cardamine*, *Piperitis*, *Lactuca agni-*

Fructus. *na*, *Rapunculi eſculenti* &c. *Nuces avellanæ decorticatæ*, quorum uſu continuo non paucos ſævis, quibus diu ſæpiusque vexabantur, cruciatibus liberatos eſſe JOH. CRATO meminit *Conſil.* 141. *Piſtacea*, *Pineæ*, *Amygdalæ dulces*, *Poma dulcia*, præcipuè *Curtipendula*, *Borſthorffiana*, hiſce in oris *Grunacenſia* dicta, aliaque aromatico ſapore & qualitate prædita cum *Saccharo cocta*, *Cinaræ*, *Allium*, *Cepæ*, *Fraga*, *Baccæ Myrtillorum & Juniperi*. *Legumina* v. gr. *Piſa*, *Phaſeoli*, *Fabæ minores*, *Hordeum*, *Oryza*, ſi probè cocta ſint,

ſint, modicè comedenda; reliqua verò omnia prohibenda.

XXVIII. *Potus* omnis, ſive *Vinum*, ſive *Cereviſia*, vel *Aqua*, non niſi limpidus ſit, tenuis, defœcatus, per urinam facilè transiens; *Aquæ* fugiendæ, quæ argillaceas, atque lapidoſas multum vehunt particulas, quæ glaciales ſunt, quæ puteales, atque limoſæ; ſed fontanæ limpidiſſimæ in deliciis nonnunquam habendæ, non a. in exceſſu hauriendæ. Imò *Decoctum Radicis Liquirit. Filic. Gramin. Chinæ, Ligni Saſſafr. Semin. Fœnic.* &c. pro potu ordinario uſurpatum per plures annos, Calculos pellit, & novorum concretionem impedit. *Vina* inprimis *tenuia*, atque *facilè penetrantia*, *diuretica* concedantur, qualia ſunt *Moſellana*, *Neccarina* plura tenuiora, *Michelbaccenſia*, *Hirſteinenſia*, vel *Marchionatûs Badâ Durlacenſis*, quæ inter ob vim diureticam eminent *Blanſingenſia*, *Bœllingenſia*, *Brizingenſia*, *Villana*, nonnullaque alia ſalubritate maximè celebria. Fugienda ſunt *Muſta Uvarum* recens expreſſa, *Cereviſia novella*, *Potusque* omnes *acidi*. Frequenter autem potetur *Infuſum Herb. Thée*, *Virgæ aureæ*, *Veronicæ*, *Baccar. Juniperi*, *Heder. terreſtr. Anſerinæ*, vel *Decoctum Granorum Coffée*, aut *Phaſeolorum* toſtorum ac pulveriſatorum. *Succus Betulæ* quoque ſuâ non caret laude, vernali tempore per plures dies vel ſeptimanas Potus.

manas diligenter potus, utpote Renum tubulos maximè detergens, ſeri viſciditatem impediens vel corrigens, atque per urinam maximè pellens. Qui robuſtiore ſunt ſtomacho, integram *Acidularum Sualbacenſium, Gœppingenſium, Dinſteinenſium, Spadanarum, Egranerum, Mauritianarum &c.* Potûs curam æſtivo tempore inſtituere poſſunt. In *Excretis* & *Retentis* nihil pejus, quam Urinam diutius retinere, quoniam ſic materia lapideſcens facilè ſubſidet, præcipitatur, & concreſcit: quamobrem haud malè faciunt illi Parentes, qui ſuos, in quibus Calculum metuunt, Pueros, noctu expergefaciunt, & ad Veſicam exonerandam urgent.

Excreta & Retenta.

Medicamenta nephritica.

XXIX. Heîc verò ſunt, qui variis ſuis *Medicamentis*, etiam putatis *Arcanis*, Urinas jugiter ciere geſtiunt, credentes, ſe ita maximè præſervari ab inſultibus Nephriticis; quorum equidem uſum moderatum, uti non improbamus, ita vel maximè damnamus abuſum, ex quo obſervatum eſt, non rarò, propter nimis frequentem fibrillarum renalium irritationem, in Renum Inflammationem atque Ulcera incidiſſe Homines. Qui igitur ad vomitum non difficiles ſunt, ſingulis annis vel bienniis, vel etiam pro re natâ crebriùs, lene *Vomitorium* capiant, cujus vi non ſolùm noxium ſtomachi menſtruum excutitur, poſtliminiò aliis remediis

Vomitoriū annuum.

diis vel bono victu emendandum; ſed & ipſi Renum tubuli concuſſi exprimunt, quicquid in ſeſe pituitæ morboſæ collegerunt. Inter *Emetica* commendamus *Succum Raphanorum, Succ. Fol. Aſari, Tartar. emetic.* vel *Oxyſacchar. emetic. Radic. Aſari, Ipecacuanhæ, Oleum Amygd. dulc. Aquam tepid.* &c. Reliquis Hominibus ad vomitum minùs aptis danda ſingulis trimeſtribus ſunt *Lenitiva*, vel ſimul *Nephro-catarthica*, ex *Semine Violarum* cum *Nucleis Perſicorum, Rhabarbar. Caſſiâ rec. extract. Mannâ, Syrupo de Spinâ cervinâ, Syr. Flor. Perſicor. Terebinthinâ Vitello Ovorum ſolutâ*, aliave, quæ coaguli calculoſi fontem exhaurire poſſunt.

XXX. Poſt ejusmodi evacuantia, optima *prophylactica* judicamus, quæ non admodum vellicant renales fibras, etiam crebriùs uſurpata: ſi autem vellicant, non niſi ſingulis menſibus ſemel vel bis danda, quæ effectu ſuo *diuretica, lithontriptica, abſorbentia, incidentia, præcipitantia* nuncupantur. Heîc iterum *Terebinthinâ* vix præſtantius remedium agnoſcimus, quando Monachus quidam, cùm, ex relatione AMATI LUSITANI *Cent. 2. Curat. 68. Morbo articulari* ac *nephritico* frequenter corriperetur, nec ullo remediorum genere, fruſtraque multis tentatis, convaleſceret, tandem aſſiduo *Terebinthinæ* uſu, & quidem ſingulis diebus Nu- *Blanda nephritica.*

ciſtæ

ciſtæ magnitudine, intra ſemeſtris ſpatium à dictis malis liber evaſit. Alii in hunc finem commendant vel *Pulveres* varios, è *Virgæ aureæ comâ*, *Ruta murariâ*, *Hyperic. Seminib. Dauci*, *Petroſelini*, *Fœniculi*, *Urticæ*, *Naſturtii*, *Thlaſpios*, *Saxifrag. Lycopodii*, *Fraxini*, *Milii Solis*, *Raphani*, *Geniſtæ*; *Radicibus Chelidonii*, *Ruſci*, *Ononidis*, *Filic. Virg. aur. Eryngii*, *Liquirit. Teſtis Ovorum* vel *Cochlearum* unà cum *Cochleis* calcinatis, *Lapillis Percarum*, vel *Meſpilorum præpar. Lapid. Judaico*, vel *Lyncis. Nitr. vitriolat. Ocul. Cancr. Milleped. præparat. Salibus Tartar. Ononid. Juniper. Geniſt. Card. bened. Fabar.* aliisque *diureticis* concinnatos; vel *Elixiria* aut *Tincturas diureticas* varias; vel ipſum adeo *Roob Juniperi*, *Ebuli*, *Sambuci*. Nonnullis etiam hunc in finem *Baccæ Juniperi* ſunt in uſu, quotidiè devoratæ. Præterea ſuum HELMONTIUS extollit *Succum Betulæ*, doſi unciarum quatuor vel quinque; ſuum CROLLIUS *Sal volatile Urinæ*, vel *Spiritum Calcis vivæ præpar.* Alii præferunt *Spiritum Baccarum Juniperi*, vel *Alkekengi*, *Spirit. Nitri dulcificatum*; *Eſſentiam Flor. Hyperici*, *Elixir compoſitum è dictis Baccis*, nec non *Seminibus* variis ſupra dictis, & aromatibus quibusdam, in *Vino Malvatico*, vel *generoſiore diuretico*, vel *Spiritu Vini tartariſato* maceratis. TIMÆUS à GULDENKLEE arcanum habet è *Folior. Anſerinæ* atque *Secalis* ſucco, cum *Vino rubro* menſe

Majo

Majo paratum, & tridui ſpatio mane potum.

XXXI. Atque dicta omnia tantò feliciùs præſervant à *Nephralgiâ* & *Calculo*, quando ſimul præſens eſt mens hilaris, nimiis ſollicitudinibus, curis &c. vacua; quando non iræ indulget nimiæ Æger, non terrori admodum obnoxius; non denique mœrori locum concedit. Quando præterea non otioſam, non ſedentariam ſemper vitam agit, ſed moderatis exercitiis corpus movet; interdum equis vel etiam rhedis vehitur; Quando non nimium ſomno locum concedit; Quando Veneris uſum vel nullum vel modicum eſſe jubet; Quando denique *Balneis Aquæ dulcis*, aut cui priùs incocta ſunt *emollientia* atque *diuretica*, non infrequenter inſidet. Quibus omnibus ſi *Aëris purioris*, *ſerenioris*, *ſubtilioris* &c. uſum multiplicem jungit affectioni Nephriticæ obnoxius Homo, eum morboſos inſultus vel omnes, vel crebros ſaltem eludere poſſe nobis perſuademus. *Regulæ diæteticæ.*

XXXII. In *Chirurgico Fonte* pauca deprehendimus remediorum genera, quæ quidem ad Nephralgiæ curationem aliquid conferre valeant. *Venæſectionem* tamen commendamus, ubi dolor exceſſivus eſt, pulſans; ubi inſignis Lumborum adeſt calor; *Fontis Chirurgici auxilia.*

ubi

ubi denique alia Inflammationis ſigna; in quâ per imminutam ſanguinis preſſuram ſæpiùs dolorem mitigare ſolet. Neque improbamus heîc magni HIPPOCRATIS noſtri conſilium, qui 6. *Epidem.* popliteam Nephriticis venam ſecare jubet. Locum heîc quoque habent *Cucurbitulæ*, utpote quæ, perbenè notante *Excellentiſſ. & Experientiſſ. Dn. D.* GEORG. ULRICO MULLERO, *Lindavienſis Civitatis Archiatro longè meritiſſimo, in Diſputatione Inaugural. de Dolore Nephritico, Baſileæ An.* 1683. *habitâ, Theſ.* 12 *multâ cum flammâ in Renum regione applicatæ Calculum de loco in locum movere ſatis valent; ſæpiùs tamen, majore exiſtente Calculo, propter vehementem irritationem obeſſe magis quàm prodeſſe obſervatæ ſunt.* Commendamus hinc quoque *Emplaſtra*, velut ſunt *Norimbergenſe, Gruberianum*, æquali *Terebinthinæ* quantitate permixtum, *Terebinthinam* ipſam ſolam, *Emplaſtr. de Baccis Lauri, Diaphoretic. Mynſichti* aliave, *Camphorata* inprimis, alutæ inducta & lumborum regioni impoſita. Laudamus *Unguenta*, v. gr. *de Althæâ, Anodynum de Cynogloſſâ, de Liquiritiâ* &c. nec non *Oleum Chamomillæ, Lumbricor. terreſtr. Scorpion. Anethinum, Cheirinum, Sambucin. Laurin. Sem. Pav. alb.* vel *Hyoſcyami expreſſ. Amygdal. dulc.* aliaque tepidè ſæpiùs Lumbis inuncta.

XXXIII. Quod verò *Pharmaceuticam*

cura

curationem attinet, alia quidem extra *Paroxyſmum* venit inſtituenda, alia in *Paroxyſmo.* Quæ extra inſultum nephriticum cum fructu uſurpari poſſint, jam ſuperiùs in prophylacticis & Diætâ adeo ipsâ fuerunt prolixiùs expoſita; quibus tamen addere poſſumus hoc, quod eo tempore haud ſine ſucceſſu felici in uſum trahere ſoleamus *Vina medicata laxantia*, v. gr. *ex Radicibus Chelidon. Ruſci, Liquirit. Rhabarb. Monach. Saxifragiæ, Ononid. Eryngii, Herbis Anſerinæ, Marrubii, Naſturtii cujuscunq;, Virgæ aureæ, Heder. terreſtr. Veron. Flor. Geniſt. Bacc. Alkekeng. Juniper. Laur. Semin. Dauc. Fœnicul. Cubeb. Fol. Senn. mund. Agar. trochiſc. Rad. Hellebor. nigr. Sale Tartari, vel Ononidis, aut Fabarum* concinnata. Præterea *Tinctura Hyperic. Fragor. aut Millepedum Blancardi, Spirit.* item *Terebinth.* commendantur, de quibus ſubinde doſes plurium, pauciorumve guttularum hauriri poſſunt. His adde *Pilulas nephriticas* Michelii, *Claretum antinephritic.* Mynſichti, *Aquam Lithontripticam* ejusd. *Spiritum Nephriticum* Joh. Scretæ; *Mixturam ſimpl.* Daniel. Ludovici; *Spiritum Tartari, Fragor. vel aperitiv.* Penoti; *Tinctur. Ligni nephritici,* item *Salis Tartari, Arcanum Tartari, Eſſent. Succin.* Magni verò æſtimamus heîc *Decoctum Nephro-catarthicum* Petri Foreſti *Medici Alcmarienſis olim Celeberrimi,* quod *Obſerv. Med. lib. 24. Obſ. 5.* inter alia deſcriptum reliquit.

Fons pharmaceuticus.

Extra paroxyſmum.

XXXIV.

In Paroxyſmo, ubi adeſt Mucus coagulatus.

XXXIV. In ipſo *Paroxyſmo* Nephralgiæ, ſi originem trahat à *Mucagine* in Renibus coagulatâ, viſcidâ, obſtruente, urinæ ſecretionem ſimul nonnihil impediente; ſtatim *Clyſma* infundatur, ex *Decocto Radic. & Herb. emollientium*, cum *Petroſelin. Cherefol. Parietar. Bet. Aneth. Calaminth. Anſerin. Flor. Melilot. Chamomill.* &c. colato tandem liquori addendo *Electuar. Hier. picr.* vel *Diaphœn. Caſſiam, Terebinth. Vitell. Ovor. ſolut. Oleum Amygd. dulc. Chamæmelin. Aneth. Sal commun.* vel aliud quodcunque *lixivioſ.* Poſtea laxans aliquod exhibeatur, quale concinnari poteſt è *Caſſiâ recenter extract. & Aquis Malv. Portulac.* &c. ſolutâ, cum *Rhabarb. pulver. Troch. Alkekeng.* ſine *Opio*, & *Oleo Tartari per deliquium*. Vel *Emulſio* ex *Semin. Violar. Nucleis Perſicorum* &c. cum *Aquâ Fragor.* aut *Decocto Parietar. Mercurialis* paretur & exbibeatur. Vel *Terebinthina Vitello Ovorum ſolut. cum Elect. lenitivo aut Catholico & Aqu. Cherefol. Malv.* &c. diluto propinetur. Poſtea ubi coagulum pituitoſum adeſt citra acrimoniam, cum dolore magis gravante & Urinæ imminuta ſecretione, tunc *Remedia* præſcribenda veniunt *incidentia*, *attenuantia*, etiam *volatiliſantia*, *terrea alcalia*, *abſorbentia*, *lixivialia*; quemadmodum ſunt *Lapides Cancrorum*, *Nuclei Cynosbati* ac *Meſpilor. Baccæ Juniperi*, *Alkekeng. Salia lixivioſa*, *Chamomill. Abſynth. Tamar. Fabar. Ononid. Tartari, Nitr. Vitrio-*

lat.

lat. Cochleæ calcinatæ ac pulveriſat. Salia volatilia Succin. Corn. Cerv. Fuligin. Tartar. Urinæ, Lumbric. terreſtr. Viperar. Milleped. ppt. Semin. Raphan. Naſturt. Thlaſp. Lycopod. Tincturæ, Eſſentiæ, Elixiria, atque *Decocta* varia, quorum jam ſupra in Prophylaxi hujus Affectus mentio eſt facta; quibus adde quoque uſum *Eſſent. Ocul. Cancr. Eſſent. Traumaticæ, vel Hyperic.* ſaltem, aut *Heder. terreſtr.* Huc etiam refer *Acidularum*, vel *Aquarum è Chærefolio, Naſturtio, Apio ſelino, Veronica. Ononide, Heder. terreſtr. Saxifragiâ* &c. deſtillatarum; vel *Infuſi Thée* aut *Decocti Granor. Coffée* frequentem potum, nec non oleoſa quædam, vias lubricantia, quò minùs iis mucago adhæreſcere queat; v. gr. *Sperma Ceti recens, Oleum Amygdal. dulc. Olivar. rec. Terebinthina* &c. Quibus denique accenſenda *Extract. Liquirit. Veron. Virg. aureæ, Lign. Guajac. Abſynth. Ononid. Gummi ammoniac. vel Sagapen.* Externè *anodyna* uſurpantur cum fructu, v. gr. *Oleum Chamomill. Scorpion. Vulpin. Aneth. Hyperic.* &c. lumbis illinenda; nec non *Semicupia* vel *Balnea Aquæ dulcis.*

XXXV. Si Mucagini ſimul acrimonia ſalina jungatur fibras renales lancinans, tunc *humectantia, demulcentia*, atque *abſorbentia* remedia, poſt *Clyſteres emollientes* præmiſſos, *purgans*que antea è *Caſſiâ* vel *Terebinth.* exhibitum, in uſum trahenda; quemadmo- *Mucus acris.*

 dum

dum ſunt *Gummi arabicum*, *Ceraſ. Frag. Paſſul. minor. Piſtac. Sebeſt. Ficus*, *Jujub. Rad. Alth. Malv. Liquirit. Conſolid. maj. Herb. Malv. Parietar. Alcææ*, *Semin. Lin.* &c. è quibus *Decocta* facilè parantur. Huc pertinent *Emulſiones* quoque, ex *Amygdal. dulc. Nucleis Ceraſor. Perſicor. Semin. frigid. major. cum Aquâ Malv. Parietar. Portulac. Borrag. Veronic. Heder. terreſtr.* &c. compoſitæ. Adde his remedia *abſorbentia*, è *Lapid. Lyncis*, *Percar. Sale fimi columbini*, *Lapid. Judaic. Ocul. Cancr. Diaph. Martial. Jovial. Antimonio Diaphor. Corn. Cerv. philoſ. ppt.* parata; ac ſi malum à Bile multùm oriatur, *Salia* quoque *eſſentialia Acetoſell. Cardui benedict. Portulac. Lactuc.* ipſeque *Cremor. Tartari*, ac *Pulvis hepaticus ruber*, *Cinnabarinis* permiſtis proſunt. Inprimis hoc loco commendantur *Syrupi de Alth. Fernel. Violar. purpur. de Jujub. Heder. terreſtr. Chamomill. Portulac.* Quin & *Balnea* vel *Semicupia* proſunt, ex incoctione *Alth. Malv. Heder. terreſtr. Branc. urſin. Chærefol. Petroſelin. Majoran. Mercurial. Salv. Aneth. Betæ*, *Braſſicæ*, *Violariæ*, *Urtic. Apii ſelin. Beccabung. Sem. Lin. Fœni græci. Fœnicul.* &c. E quibus etiam *Sacculi* concinnati & *Lacti* incocti extus applicari poſſunt.

Anodyna. XXXVI. Inprimis *anodynorum* quoque ratio habenda, utpote quæ Dolores ceu urgentia ſymptomata valdè minuere, nervos maximè demulcere, ſicque levamen

con

conſiderabile Ægro conciliare valent. Quin plures ex ejusmodi *anodynis* dudum *Arcana* fecerunt *nephritica*, quibus huic morbo obnoxios ſæpius in momento ab enormibus paroxysmi cruciatibus liberant; talia verò medicamenta intus partim exhiberi poſſunt, partim extus applicari aut inungi. *Intus* heîc commendamus *Pilulas ex Theriacâ cœleſti*, cujus *grana* v. cum *Extracti Liquiritiæ*, *vel Conſolidæ majoris aliquot granis* permiſta, inſuperque adhuc *Cinnabari vel nativæ vel Antimonii*, & *Camph.* ſociata, & pro doſi exhibita omnium præſtantiſſimum lenitivum eſſe judicamus. Aliàs verò vel *Laudanum Opiatum*, vel *Eſſentia Opii liquida*, vel *Emulſiones* ex *Sem in. frigidis*, *cum Semine Papav. alb.* parari, vel *Syrupus anodynus* ſive *Papaveris albi* cum *Syrup. de Althæâ Fernelii*, & *Aqua Portulacæ* propinari poſſunt. Hiſce adde & *Oleum Amygdal. dulc. rec. expreſſ.* item *Decoctum Flor. Chamomill. Ficuum*, *Jujubarum*, *Malvæ*, *Virg. aureæ*, *Hyperici*, *Seminis Papav. alb.* aut *Hyoſciami*, aliquoties pota. *Externè* præter ſuperiùs in Fonte chirurgico, alibique laudata, conducunt quoque *Unguentum de Cynogloſſâ*, *de Hyoſcyamo*, *Olea Verbaſci*, *Hyperici*, *Lauri*, *Juniperi*, *Spic. Meliloti hortenſis*, *Petræ*, *Axungiæ*, *Anſer. Anat. Human. Unguent. Scorpionum*, *Matth. Unguent. anod. Mynſ. Terebinthina Vitell. Ovor. ſolut. atque Oleo Lacertarum*, vel *Scorpionum* permiſta; addito ſi placet *Bolo*

armenate, *Magiſter. Antimon. diaphor. Oleo deſtillat. Chamom.* &c.

Sabulum Renum cum muco.

XXXVII. Quod ſi *Arenæ* ac *Sabulum* cum *mucagine viſcidâ* in Renibus hæreant, eadem prorſus remedia, eâdem quoque methodo adhibenda ſuaderemus, quæ hactenus prolixiùs commendata ſunt. Sæpius tamen, v.g. ſingulis 15. diebus non ſine fructu drachmam integram *Pulveris nephritici*, cum hauſtu *Aquæ Fragor.* vel etiam *Vini rubri tenuis* capiet Homo, qualis facilè parari poteſt ex anaticâ doſi *Seminum Apii*, *Naſturtii*, *Raphani*, *Aniſ. Fœnicul. Dauci*, *Ocul. Cancr. præpar. Lapid. Nephrit.* & *Salis Ononidis.* Sumtâ autem doſi corpus moderatè per horam exercendum eſt. Vel de *Sapone Venet.* frequenter integram drachmam ſumat.

Cautelæ in uſu nephriticorũ, externorũ.

XXXVIII. Quando autem *Calculus* in Rene hæret, ſuâque vel aſperitate, vel magnitudine in ſui motu fibras renales torquendo paroxyſmum nephriticum excitat; tunc non ſtatim diuretica, atque fortiter irritantia aut pellentia uſurpari debent, quoniam ſciri nequit, quâ magnitudine exiſtat Calculus; ſi enim magnus, imò major, quàm ut per Ureteres penetrare queat, remedia pellentia cruciatus atque ſymptomata augebunt, ac in præſentaneum vitæ periculum Hominem detrudent; ſi

Si minor eſt Calculus, ſed aſper, atque ſuperficiei inæqualis, idem etiam periculum ex præſcriptione fortiorum diureticorum metuendum erit. Quamobrem in tali caſu tutiùs illi procedunt Medici, qui ſtatim in principio *Clyſmata* præſcribunt *Terebinthinat. emollientia* & *anodyna*, quorum mentio jam ſupra ad nauſeam facta; dein extus quoque *Semicupia* vel *Balnea* emollientia quotidie in uſum trahenda ſuadent, uſque dum calculus vel prodierit, & excretus ſit, vel quieverit, ſicque hominem doloribus immunem reddiderit. Quæ Balneis incoqui poſſint, ſuperiùs expoſita ſunt; è quibus tamen etiam *Sacculi* componi poſſunt, qui *Lacti* vel *Vino* incocti lumbis ac regioni ureteris tepidè ſæpiùs imponi debent. Proſunt heîc quoque extus *Olea* atque *Unguenta anodyna*, præcedentibus theſibus laudata, ac diligenter regioni dolenti inuncta. Si Vomitus quoque enormes ſint, Stomacho imponendum venit *Emplaſtrum de cruſtâ panis*, inuncto priùs loco cum *Oleo Nuciſtæ*.

XXXIX. *Internè* ſtatim *Emulſiones* parabuntur è *Nucleis Perſic. Ceraſor. Amygdal. dulc. Seminib. frigid. maj. Semin. Papav. alb. cum Aqu. Borrag. Malv. Portulac. Fragor. Agrimon. &c.* quæ *Syrupo de Alth. Fernel.* aut *Violar.* ulteriùs edulcoratæ per vices propinabuntur. Vel *Eclegma anodynum*, è *Syrup. Papav. alb. Syrup. Violar.* *Diuretica blanda interna.*

Violar. purpur. cum *Ol. Amygd. dulc. rec. expreſſ. Aqu. Portulac. Malv. Chamomill. Specieb. diatrag. frigid.* &c. per cochlearia exhibendum præſcribi ſolet; DOLÆUS adhuc miſcet *Vinum malvaticum.* Inprimis maturè doſin unam vel alteram dare convenit *Pilularum* è *Theriac. cœleſti*, cum *Cinnabar. & Camphor.* Si *Calculus* credatur *minor*, atque per ureterem penetrabilis, tum præter *Therebinthinam* vel *Caſſiam*, quibus purgatio inſtitui poteſt, exhibeantur ſuperiùs allegata *pellentia, antinephritica* ac *diuretica*, quæ omnem etiam *Lithontripticorum* paginam abſolvunt. Placet heîc maximè Pulvis nephriticus *Celeberrimi* WEDELII, *Jenenſium Medicorum plus quàm Hippocratis*, è *Spermate Ceti, Lapid. Cancr. Cinnab. Antimon. Sale volatil. Succin. Trochiſc. Alkek. ſ. Opio, & Laudan. opiat.* concinnatus, ac ſæpè exhibitus.

Renum Inflammatio. XL. In Renum *Inflammatione*, ſi Alvus vel ſponte, vel *Clyſmate* fuerit ſoluta, ſtatim *Venam ſecandam* eſſe credimus; dein intus quidem *Pulveres diaphoretici abſorbentes*, ex *Antimon. diaphor. Ebor. præp. Terr. ſigillat. Ocul. Cancr. præpar. Bezoard. min. C. C. phil. ppt.* &c. cum *Aqu. Scabioſ. Papav. rhead. Fragor. Fumar. Syrupo Violar.* & ſimilibus concedi poſſunt. Laudamus heîc maximè *Pulverem* ex *Antimon. diaph. Lapid. Prunell.* vel *Nitr. antimoniat. Camphorâ*, & *Cinnabari* compoſitum, & ali-

quo-

quoties exhibitum. Extus *Olea Roſar. Lil. alb. Verbaſc. Unguentum infrigidans Galeni &c.* lumbis inuncta proſunt. Si Inflammatio in *Abſceſſum* & *Ulcus* tranſiit, *Decocta vulneraria* ſunt præſcribenda; cui ſcopo quidem inſerviunt *Herb. Alchymill. Pyrol. Fragar. Hyperic. Vinc. pervinc. Sanicul. Virg. aureæ, Plantag. Lich. petr. Betonic. Geran. Robertian. Gramin. Parnaſſ. Flor. Bellid. min. Papav. rhead. Roſ. rubr. Semin. Hyper. Plantag.* &c. Maximè quoque convenit *Eſſentia traumatica*, ex iisdem Plantis cum *Spiritu Vini tartariſato* extracta; vel *Pulvis traumaticus*, ex *Lichen. petræo, Radic. Conſol. maj. Semin. Hyperic. Bol. armen. Unicorn. foſſil.* & *Sacch. cand. alb.* concinnatus. *Vermes* tandem Renum necantur & expelluntur *Eſſentiâ Abſynth. Card. Bened. Elix. propr. ſ. acido*, & ſimilibus diligenter aſſumptis. *Vermes Renum.*

FINIS.

INDEX
Rerum Præcipuarum.

A.

ABſceſſus. 418.
Aëromeli. 348.
Æthiops *mineralis*. 264.
Alcali *ſolutivum*. 209.
Amalgamatio. 259.
De Amygdalarum *fructu Diſſertatio*. 112. *Inſtituti ratio & Amygdalarum onomatologia*. ibid.
Amygdalarum *Etymon*. 114. *Ratio etymologiæ*. 115. *Nomina aliar. linguar*. ibid. *Synonyma Amygdalorum* 116. *Homonymia*. ibid. *Deſcriptio*. 117. *ad quod plantæ genus pertineat Amygdalus ?* 118. *Differentia à prunis, perſicis, armeniacis &c*. 121. *Pulpa Amygdali tabeſcit, fructu matureſcente*. ibid. *Convenientia cum aliis*. ibid. *Differentia inter ſe*. ibid. *Amygalæ dulces & amaræ nonniſi ſapore dignoſcuntur*. 122. *Ex amaris dulces, & viciſſim reddi poſſunt*. ibid. *Diverſitas Amygdalorum à loco natali*. 123.
Amygdalorum *differentia reſpectu putaminis*. 125. *Pericarpium differens* 125. *Diverſitas reſpectu figuræ*. ibid. *Selectus*. 126. *Ortus*. 127. *Arboris amygdalinæ ſpecies diverſæ*. ibid. *Amygdali communis deſcriptio*. 128. *Amygdali folia*. ibid. *Floris Amygdalorum deſcriptio*. 129. *Amygdalus quale ſolum amet ?* 130. *Quomodo feliciter plantetur, & fertilis evadat ?* 130. *Cortex arboris*. 131. *Gummi Amygdalorum*. ibid. *An ſponte proveniant?* ibid. *apud vetuſtiſſimos populos in pretio* 132. *Examen particularum elementalium Amygdalas componentium difficile*. 133. *multæ in illis* par-

particulæ oleoſæ. 134. in Amygdalis amaris ſal eſt acrius ibid. Diſtillatio Amygdalorum per Retortam quid exhibuerit? ibid. Amygdalæ expreſſæ multum dant Olei. 136. Oleum Amygdalarum deſtillatum citiùs flammam capit, quàm expreſſum. 137. Tinctura Amygdalarum. ibid. Oleoſæ particulæ in Amygdalis prædominium tenent. 138. Cur Emulſiones amygdalinæ tandem acidum rancorem acquirant? 138.

Amygdalæ. In Corticibus Amygdalarum plus ſalis hæret ac terreſtreitatis. 139. Dulces Amygdalæ ſuccum habent oleoſo-aquoſum temperatum, valde nutritivum. ibid. Vires Amygdalarum dulcium. ibid. Amygdalæ amaræ ſal habent acriuſculum nitroſum. 140. In Corticibus amygdalarum ſiccis ſalino-terreſtres particulæ quid noceant? ibid. Amygdalarum utilitas. 141. Remedia è dulcibus Amygdalis parata. ibid. ejus Vires. ibid. in Diarrhæâ, Hypercatharſi. 142. in Dyſenteriâ, Fluxu hepatico, menſium, hæmorrhoidum. ibid. in Vigiliis nimiis. ibid. à Fervore ſanguinis oriundis. 143. in Stranguriâ, Dyſuriâ, Gonorrhœâ virulentâ. ibid. in Aphthis & Exanthematibus ſalſis cutaneis 144. Oleum Amygdalarum dulcium. ibid. Ejus Vires in doloribus poſt partum. ibid. pleuritide. 145. raucedine, tuſſi, dyſpnæa. ibid. alvo ſegniore, catarrho tenaci. ibid. Affectibus renum, & veſicæ. ibid. in Colicâ flatulentâ vel nephriticâ. 146. in motibus convulſivis vel epilepticis. 147. Uſus externus Olei Amygdalarum dulcium. 148. Oleum Amygdal. dulcium frigidè expreſſum. ibid. Magma Amygdalar. dulcium. 152. utile ad lævigandam mollemque reddendam cutim. 152. Amygdalæ dulces prægnantibus utiles. ibid. Confectio earundem tabidis conducens. ibid. morſuli confortantes. ibid. Confectio in morſulis corroborans. 153. bellaria ex Amygdalis varia fiunt. 154. Amygdalæ ad nutritionem & confortationem faciunt. 155. Amygdalarum amararum vires. 157. arcent ebrietatem. ibid. Oleum expreſſum urinas ciet. ibid. alvum laxat, expectorare facit. 158. an contuſi nuclei febrim quartanam curent? ibid.

Amygdalæ. Olei amygdalar. amarar. externè adhibiti vires. 158. Magma harum amygdalarum. 159. eſt cosme-

coſmeticum. 160. *Mixtura ad nitorem manuum & cutis conſervandum.* ibid. *Confectio Amygdalarum amararum.* 161. *Cur Amygdalæ amaræ hominibus ſalubres, brutis verò quibusdam deleteriæ.* ibid.
Ammelungii *Tinctura.* 193.
Animi *deliquium.* 391.
Anodyna *circumſpectè Infantibus præſcribenda.* 147.
Anorexia. 6.
Antimonium *diaphoreticum.* 195.
Antipathia. 2. *Antipathiæ humanæ.* 3. *Antipathiæ Etymologia.* ibid. *Antipathiæ exempla falſa.* 4. *Antipathiæ humanæ deſcriptio.* ibid. *eſt naturalis averſatio.* 5. *differentiæ.* 6.
Antipathiæ *natura in quo conſiſtat.* 7. *Subjectum.* 8. *Exempla quoad Viſum.* ibid. *quoad Auditum, Guſtum, Odorem.* 9. *Tactum.* 10. *Objecta Antipathiæ varia.* 11. *Objectorum exempla diverſa.* 13. Antipathia *& faſtidium remediorum.* 15. Antipathiæ *cauſæ.* 44. *Vid.* Averſatio.
Antipathiæ *Curatio.* 53.
Appetentia *canina.* 391.
Appetitus *imminutus.* 444.
Aphthæ. 429.
Aqua *pro faciei inunctæ ablutione.* 151. *Aqua deſtillata amygdalarum coſmetica.* 156.
Aqua *fortis.* 188. 195.
Aquæ *mercuriales.* 265.
Aqua *phagedænica.* 266.
Aquæ *minerales.* 472.
Aquarum *differentiæ.* 519.
Arbor *philoſophica vel Dianæ.* 266.
Arcanum *corallinum.* 267.
Ardor *ventriculi.* 424.
Argentum *vivum. Vid.* Hydrargyrum. *Item* Mercurius.
Guilielmi Arragoſii *Epiſtola ad Paulum Jovium de Hydrargyro.* 287.
Averſatio *animalium.* 17. *Felium.* ibid. *Capitis ſuilli.* 18. *Ovorum.* 18. *Murium.* 19. *Ranarum.* 19. *Anguillarum.* 19.
Averſatio *ſtricti enſis.* 20. *Glirium, Aranearum, Bufonum,*

ſonum, *Erucarum*, *Serpentum*. 10. *Pomorum*, *Fragorum*. 21. *Gammarorum*. 22. *Naſturtii aquatici*, *Braſſicæ capitatæ*, *capitis vitulini* ibid. *Acetariorum*, *Halecum*. 23. Averſatio *odorum*. ibid. *Roſarum*. 24. *Malorum*. 25. *Liliorum alborum*, *Hydrargyri*. ibid. *Baccarum cynosbatos*, *Coloris rubri*. 26. Averſatio *& horror ſonorum*. ibid. Averſatio *alior. hominum*. 28 *Sexûs fœminei*. 32. *Objectio*. 51. *Ejus dilutio*. 52. *Curatio*. 53.

Aurum *horizontale*. 268. *Aurum muſicum*, *ſophiſticum*. 269.

Aurum *in vicinia fontis Thermar. Favarienſ. reperitur*. 501.

Azoth *Heslingii*. 269.

B.

BAlbuties. 389.

Balneorum *uſus* 472. *antiquiſſimus*. 473. *æſtimatores Veteres*. 474. *poſt exercitia corporis balneorum uſus apud Veteres* ibid. *frequens*. 475.

Beneficia *Dei ineffabilia*. 518.

Blæſitas. 389.

Bulimia. 391.

C.

CAchexia *hydropica*. 391.

Calculi. *Vid.* Lapid. *Item* Nephralgia.

Cantilena *Helvetica*, der Kühe-Reyen *dicta*. 182.

Cardialgia. 424.

Cornu Cervi *nitratum*. 195.

Cholera *humida*. 424.

Chylificatio *læſa*. 418. 424.

Chylificatio *depravata*. 444. 448.

Cinnabaris *vulgaris*. 270. *Remedia cinnabarina*. 270. *Cinnabaris Antimonii*. 271.

Colica *nephritica*. 618.

Confectio *fructuum immaturorum*. 156.

Corpus *humanum fœtoribus etiam ſubjectum eſt* 581.

Corporis *humani fabrica excellens*, *ſed infirma*. 472.

Crocus

Crocus *metallorum*. 195.
Cruditates *pituitoſæ*. 390.
Cruditates *ſtomachi*. 436.
Cruentatio *Cadaveris ad præſentiam homicidæ*. 34. *Examen rationum cruentationis*. 37. *Refutatio virtutis effluviorum*. 38.
Cryſtallus *mineralis*. 195.

D.

DElirium *melancholicum fixum*. 91.
Dentium *caries & vacillatio*. 461. 430.
Dyſorexia. 6.

E.

EFfluvia *ex cadavere*. *Vid*. Cruentatio.
Emplaſtrum *mercuriale*. 280.
Epithema *ad Cephalalgiam*. 160.

F.

FOEtores *Corporis humani viventis*. 577. *Deſcriptio*. 578. *Requiſita ad fœtorem cognoſcendum*. ibid. *Subjectum* ibid. *Medium*. ibid.
Sanguis fœtorum *ſcaturigo*. 582.
Fœtor *narium & anhelitûs graveolentia*. 582. *Aurium*. 583. *Oris*. 584. *totius Corporis*. 585. *Pedum*. ibid. *Inguinum*. ibid. *Alarum*. ibid. *Fœtoris cauſæ*. 586. *Fœtores aliar. rerum*. 587. *Fœtoris ratio*. 588. ſeqq.
Fœtorum *Curatio*. 592. *Aurium*. 593. *Anhelitûs Fœtor è naribus*. ibid. *ejus Curatio*. 594.
Fœtor *anhelitûs ex lue venereâ, ſcorbuto &c*. 596. *Fœtor ſcorbuticus*. 597. *Fœtor à dentibus ſordidis*. ibid. *Fœtor ex uſu tabaci*. 598. *Fœtor ex ſtomacho*. ibid. *Fœtor alarum*. ibid. *Fœtor inguinum, pedum, quomodo curandus*. ibid.
Fames *canina*. 423.
Faſtidium *remediorum*. 15. *Faſtidium vini*. 16.
Thermæ Favarienſes *Rhætiæ*. 471. *Earum deſcriptio*. 477. *Aqua naturâ calens*, 478. *Scaturigo*. ibid. *Situs*.

tus. 479. *Inventio prima.* ibid. *Balnei veteris conditio.* 481. *Thermarum Dominus.* 480. 482. *Aquæductus Thermar. ligneus.* 483. *Aër ſalubris.* 485. *Montium terris incumbentium fertilitas.* 484. *Color aquar. Favarienſium.* 485. *Perſpicuitas earum.* 486. *Conſiſtentia.* ibid. *Odor nullus* 487.

Favarienſium *Thermarum ſeu Aquar. ſapor.* 487. *Calor nativus maximè temperatus.* ibid. *Unde perpetuus ille calor?* 488. 489. 490. 491. *Unicè Dei voluntati & ordinationi adſcribendus.* 492. *Pondus Thermarum.* 494. *Ponderis probatio per deſtillationem fallax.* 495. *Aurum in vicinia fontis reperitur* 501. *Experimenta varia cum aquis Favarienſib. inſtituta.* 502. ſeqq. *de contentis Thermarum opinio Authoris.* 504. *Thermarum fons ex parte diſparet & redit.* 506.

Thermæ Favarienſes *omnibus hominibus attemperatæ.* 507. *Thermarum facultates ac vires in genere.* ibid. *in ſpecie.* 508. *Thermarum noxæ.* 511. *Thermar. Uſus.* ibid. *Potus Thermar. quomodo inſtituendus?* 512. 513. 514. *Thermis in Balneo utendi ratio.* 516. *Diæta.* 518.

Thermæ Favarienſes *Carmine Elegiaco deſcriptæ à* JOH. RODOLFO WETSTENIO, *Baſilienſi.* 520.

G.

Genarum *tumor.* 430.

Gingivarum *dolor & cruentatio.* ibid.

Tumor Glandularum *ſalivalium.* 46●.

Glandularum *palatinarum tumor.* 436.

Graveolentia *oris.* 418.

Guſtus *imminutus.* 408.

Guſtus *læſus.* 417.

Guſtus *depravatus.* 423. 435.

Guſtus *amaricans.* 439.

Guſtus *dulcis.* 443.

H.

Heimwehe. 87. *Vid.* Pothopatridalgia.

Helvetia *multas habet Thermas.* 476.

Hercules *Bovii*. 281.
Horror *ex conſpecto ſanguine, venæſectione, aut aliis operationibus chirurgicis* 33.
Humor *ductûs narium*. 579.
Hydrargyrum. *Ejus deſcriptio difficilis*. 224. *Etymologia*. 225. *Homonymia*. ibid. *Synonymia* 226. *Signa probitatis Hydrargyri*. 238. *Loci natalis*. 239. *Geneſis* Hydrargyri 241. *Mineræ Hydrargyri*. 248. *Forma*. 244. *Color nativus*. 245. *Conſiſtentia*. 246. *Fluiditas duplex*. ibid *care humiditate*. ibid. *Volatilitas*. 247. *Gravitas*. 248 *Virtutes*. 249. *Vis attenuandi, reſolvendi*. 251. *Vis diſcutiendi, abſorbendi, edulcorandi*. 252 *Hydrargyrum anthelminticum* 253. *Vis laxans Hydrargyri eſt accidentalis*. 254 *ejus Virtus anodyna*. 255. *Vis ſalivatoria*. ibid *ejus Cauſæ*. 256. *Modus uſurpandi Hydrargyrum*. ibid. *Hydrargyri noxæ* 257. *Cautelæ in uſu mercurialium*. ibid *Uſus medicus Hydrargyri*. 263. *Hydrargyri natura*. 268. *Deſcriptio*. 290. *Scriptores de Hydrargoro* 291. *Temperamentum*. 293. *Principia generationis*. 291 *Differentiæ*. 297. *differentes mineræ Hydrargyri ab* Arragoſio *viſæ*. 299.
Hydrargyrum. *Obſervationes curioſæ circa proventum Hydrargyri*. 300. *Hydrargyri vires medicæ*. 302. *non eſt à Schola medica penitus damnandum ex ſententia* Arragoſii. 303. *Chymica Analyſis Hydrargyri*. 305.

I.

IDioſyncraſia. 49.
Ignes *ſubterranei & abſconditi an ſint cauſa caloris Thermarum*. 542. *Modus generationis ignium ſubterraneorum*. 545.
Impreſſionum *diverſarum objecti unius ratio in hominibus diverſis*. 48.
Infernalis *lapis*. 193.
Inflammatio. 418.

K.

Kühe-Reyen / *Cantilena Helvetica*. 102.

L.

LApidum *in partibus humani corporis generatio, quid de illa ſtatuendum?* 608.
Linguæ *fiſſuræ.* 408.
Lipothymia. 460.
Liquor *mercurialis.* 281.
Lithogeneſia. *Vid.* Lapid.
Loquela *depravata* 418.
Loquelæ *difficultas.* 408.

M.

MAcaroni. 155.
Mandelſchnitten. 155.
Mandelturten. 155.
Marcaſitæ *Magiſterium.* 193.
Marcipanes. 154.
Marmoris *nigri proventus in Thermis Favarienſibus.* 484.
Mercurii *ſpecies.* 227. *Virgineus.* 228. *Vegetabilis.* 230. *animatus.* ibid. *Mercurii communis examen.* 236. *Elementa Mercurii communis.* 240.
Mercurius *facit metalla malleabilia.* 259. *Utilis ad opera mechanica.* 260. *ad deaurandum.* 261. *in Chymia præcipitans eſt.* ibid. *in Opticis phænomena varia producit.* ibid. *Mercurii ſympathia.* 262. *Remedia mercurialia.* 264. *Mercurius perfectè figi nequit.* 267. *Balſamus Mercurii.* 269. *Mercurius coagulatus.* 274.
Mercurius *corallatus.* 274. *Cautelæ in uſu mercurialium.* 275. *Mercurius diaphoreticus.* ibid. *Mercurius dulcis.* 276. *ejus Vires.* 278. *Mercurius dulcis rubicundus.* ibid. *Mercurius ſublimatus corroſivus.* 279. *Mercurius fixus.* 280. *Mercurius præcipitatus albus.* *flavus.* 282. *Mercur. præcip. ruber per ſe.* 283. *cum additione communis.* ibid. *Merc. præcip. viridis.* 284. *Spiritus Mercurii jovialis fumans.* 285. *Cauſæ Operationum Mercurii.* 304.
Metallorum *principia.* 232. *quæ?* 233. *neceſſitas talium principior. demonſtratur.* 233. *quales particulæ metallis inſint?* 235.

Mor-

Montium *terris incumbentium fertilitas in Thermis Favarienſ.* 484.
Morbi *in prima mundi ætate pauci.* 222.
Morſuli *confortantes.* 152. *Morſuli aphrodiſiaci præſtantes.* 153. *Morſuli pro iis, qui acidulas bibunt.* 154.
Mucus *palatinus.* 364. *Vid.* Sputum.
Mucus *tonſillarum.* *Vid.* Sputum.

N.

NAturæ *vox obſcura.* 1.
Naturæ *contemplatio pabulum eſt animorum.* 112.
Natura *invitat ingenia etiam torpida ad ſui perluſtrationem.* 113.
Res Naturales. *in illis mutationes variæ.* 309.
Nauſea. 391. 444.
Nephralgia. 600. *Onomatologia.* ibid. *Deſcriptio* 601. *Pars affecta.* 602. *Cauſa.* 605. *Ætiologia.* 607. *Obſervatio.* 611. *Confirmatio ſententiæ.* ibid.
Nephralgia, *ad illam diſpoſitio hæreditaria.* 612. *Cauſæ turbatæ urinæ.* 613. *Diagnoſis.* 616. *Differentia Nephralgiæ à lumbagine.* 617. *Colica nephritica.* 618. *Signa Cauſarum.* ibid. *Signa calculi renalis.* 619. *Obſervatio.* 621. *Signa calculi ad veſicam proficiſcentis.* 622. *Signa calculi in Uretere obhærentis.* 623. *Calculorum differentiæ.* 625.
Nephralgia. *Signa Vermium renalium.* 626. *Signa inflammationis renalis.* ibid. *Fons pharmaceuticus, extra paroxyſmum.* 641. *in paroxyſmo* 642. *Sabulum renum cum muco.* 646. *Cautelæ in uſu nephriticor.* ibid. *in Renum inflammatione quid obſervandum.* 648.
Nili *aquæ non ſunt nitro turgidæ.* 171.
Nitrum. *de Nitri natura, & uſu in Medicina Diſſertatio.* 162. *Onomatologia & Etymologia* 163. *Homonymia.* 164. *Synonomia.* ibid. *Quid ſit Nitrum?* 165. *Nitrum non eſt Sal inflammabile.* 165. *Inflammabilitas Nitri ab admixtis particulis ſulphureis.* 167. *Locus natalis Nitri.* 168. *Nitri differentiæ.* 170. *Nitri exiſtentia Veteribus indubia.* 172. *ubi nativum Veterum Nitrum provenerit?* 173. *Flos ſeu ſpuma Nitri*

tri. 174. *Veterum Nitra hodie minùs cognita ſunt.* 175. *Nativi hodierni Nitri loci natales.* 176. *Hodiernum Nitrum merè factitium.* 177. *Signa nitroſitatis terræ.* ibid. *Modus conficiendi Nitrum.* 178. *excoquitur ex terræ glebis.* 180. *è Lapidibus etiam elicitur.* 181. *Nitri ætas.* ibid. *Nitrum in aëre nullum eſt.* 182. *Argumentum pro nitroſitate aëris eſ utatur.* 183. *Alia objectio diluitur.* 184. *An talia in Nitro exiſtant, quæ inde vi ignis eliciuntur?* 185. *Color Nitri.* ibid. *Nitri ſapor.* 186. *Nitri natura & proprietates.* 187. *Particulis conſtat prismaticâ figurâ præditis.* ibid. *Experimenta circa Nitrum.* 100. *Spiritus Nitri.* 191. 195. *Quid propriè ſit Nitrum?* 191. *An alcaliſatas in ſe habeat particulas?* 192. *Nitri virtutes & operationes.* ibid. *Nitrum ſeparat alia metalla ab auro.* 193. *Medicamina è Nitro.* 194. *Nitrum ſaturniſatum.* 195. *Nitrum nitratum.* ibid *Nitrum confert ad fuſionem & depurationem metallorum.* 196.

Nitrum. *Nitri effectus in morbis variis ſalutares.* 197. *Ætiologia phænomenorum Nitri.* 199. *Nitri uſus in medicinâ.* 201. *Nitri vis correctiva purgantium.* 202. *Nitri virtutes in morbis externis.* 205.

Noctambuli *non ſemper expergefaciendi.* 81. *vario modo excitandi.* ibid.

Noſtalgia. *Vid.* Pothopatridalgia. 87.

O.

ODontalgia. 430.

Odoris *varietas.* 580. *Ratione organi.* ibid. *Ratione particularum odoriferarum.* 581.

Oleum *Mercurii.* 281.

Modus Olfactûs. 579.

Oris *Fœtor.* 431.

Oris *partium excoriatio.* 461. *Fœtor.* ibid. *Exulceratio.* 467.

Oris *glandularum tumor.* 467. *Fœtor.* ibid.

Oris *graveolentia.* 595.

Salſedo Oris. 430.

Oris *ſiccitas.* 407.

Oris *ulcera.* 444. 448.

P.

PAnacea *ſolutiva.* 208. *Deſcriptio Panaceæ.* 209. *ejus Origo.* 210. *Præparationis modus.* 211. *ejus virtus & efficacia ſingularis.* 212. *Remedium ſæpius ſumendum.* 216. *Doſis.* ibid. *Tempus aſſumtionis.* 217. *Modus operationis.* 219. 220. *Quomodo vis ejus augenda.* 220.

Particulæ *minutiſſimæ in mundo dantur.* 495.

Pfeffers-Bad. *Vid.* Favarienses *Thermæ.*

Phyllis, *fructus amygdalorum, cur à Poëtis ſic appellatus?* 116.

Pituita *palati. Vid.* Sputum.

Placentæ *amygdalinæ.* 155.

Plantæ. *de Plantarum Valetudine Diſſertatio.* 309. *Plantæ Etymologia, Homonymia, Synonymia.* 312. *Eſſentia.* 313. *Plantæ ſunt corpora animata viventia.* ibid. *Exiſtit anima in Plantis.* 314. *ſed illa non eſt ſenſitiva, aut rationalis.* 315. *Partes plantarum ſunt tubuloſæ.* ibid. *Uſus tubuloſæ mechanicæ ſtructuræ.* 316. *Plantarum differentiæ eſſentiales.* ibid. *accidentales.* 317. *Valetudo ſecunda plantarum.* ibid. *Plantæ perennes hyberno tempore non ſunt mortuæ.* 318. *Sanitas partium ſolidarum.* ibid. *Sanitas fluidarum.* 319. *Succus nutritius circulatur in plantis.* 320. *Valetudinis proſperæ ſigna.* ibid.

Plantæ. *Duratio vitæ & ſanitatis varia in plantis.* 320. *Cauſæ vitalitatis plantarum.* 321. *Cauſæ ſanitatis earundem.* 322. *Valetudo adverſa plantarum.* 323. *Morbus plantæ quid ſit?* 324. *Morbi Plantarum univerſales.* ibid. *Sideratio.* 325. *Suffocatio.* 327. *Scabies.* 328. *Corpulentia nimia.* 330. *Morbi Plantarum particulares.* 331. *Radicatio.* ibid. *Glabratio, Corticis decidentia.* 333. *Obeſitas.* 334. *Excreſcentia, tubera.* ibid. *Fungi.* 335. *Uvæ quercinæ.* 336. *Vulnera.* ibid. *Vulnera ab animalibus.* 337. *Morbi caudicis & ramorum.* 338. *Tumores Sabinarum.* 339. *Gallæ.* 340. *Fungi.* 341. *Spongiæ Cynosbati.* ib. *Vulnerum diviſio.* 342. *Caudicis fiſſio gravior lethalis.* 344. *Vulnera à brutis inflicta.* ibid. *Vermiculatio.* 345. *Foliorum ægritudines.* 347.

Plan-

Plantæ *Florum & Fructuum morbi.* 350. *Rubigo.* 351. *Sterilitas.* ibid. *Adverſæ valetudinis Plantarum curatio.* 352. & ſeqq.

Thermæ Plumbariæ. 518. *Thermarum nomen.* 531. *non à plumbo derivandum.* ibid. *Thermar. Detectores.* 532. *Plumbarii pagus.* ibid. *Balneum magnum.* 533. *Depuratio Balnei magni* 534. *Balneum Reginæ.* 535 *Balneum Capucinorum, ſive Pauperum.* 536. *Fons bibitorius.* ibid. *Balnea laconica.* 537. *Aquæ ſaponatæ.* 538. *Aquæ fontanæ communes.* ibid. *Thermarum calor, ejusque cauſa.* 539. *Sententiæ diverſæ.* 540. *Generatio caloris Thermarum.* 546. *Modi cognoſcendi qualitates Thermarum Plumbar.* 550. *Probatio per deſtillationem.* 551. *Pondus aquarum.* 552. *Color.* 553. *Sapor.* ibid. *Experimenta varia.* ibid. *Judicium de Thermar. ingredientibus.* 554. *Virtutes Thermarum Plumbarienſium.* 557. *Experientia & Obſervationes de uſu Thermarum.* 557. & ſeqq. *Aquæ Plumbarienſes remedium univerſale.* 565. *Modus utendi Thermis Plumbarienſibus.* 567. *Diæta.* 573.

Pondus *rerum decreſcit ob particularum exhalationem.* 588

Pothopatridalgia. 87. *Onomatologia.* 89. *Deſcriptio* 90. *Exiſtentia hujus mali probatur.* 91. *Exemplo Juvenis Bernatis.* 92. *Ruſticæ Baſilienſis* 93. *Juvenis Curiâ-Rhæti.* ibid. *Subjectum.* 95. *Pars affecta.* 96. *Geneſis morbi.* 97. *Cauſæ antecedentes internæ.* 99. *externæ.* ibid. *Diagnoſis.* 106.

Pothopatridalgia. *Symptomatum Ætiologia.* 107. *Prognoſis.* 108. *Curatio.* 109.

Lapis Prunellæ. 195.

Ptyalismus. 382.

Ptyalismus *malignus.* 456. *ejus Cauſæ.* 457. *Symptomata.* 459. *Prognoſis.* 461. *Curatio.* ibid. *artificialis Ptyalismus.* 465.

Pultes *amygdalarum.* 155.

Pulvis *antiphthiſicus.* 595.

Q.

Occultæ Qualitates. 2.

R.

RAnulæ. 418.
Raucedo. 408. 418.
Remedia *ex triplici regno, vegetabili, animali ac minerali petita.* 223. *Cautè præſcribenda.* ibid.
Ructus. 424.

S.

SAgarum *probatio per immerſionem in aquam.* 40. *Contraria rationi, experientiæ.* 41.
Sal *polychreſtum.* 195.
Saliva humana. *de Salivæ humanæ ſtatu ſano & morboſo Diſſertatio.* pag. 359. & ſeqq. *Salivæ Etymologia.* 360. *Homonymia.* 361. *Synonymia.* 362. *Definitio.* ibid. *non eſt inutile excrementum.* 365. *Saliva eſt humor excretitius.* 366. *Salivæ materia.* 367. ſeqq. *An ſuccus nerveus ſit materia Salivæ?* 370. *Materia.* 371. *Forma.* ibid. *Conſiſtentia.* 372. *Figura, ſitus ac motus.* ibid. *Qualitates & accidentia.* 373. *Cauſa efficiens.* ibid. *Inſtrumentalis.* 374. 375. 376. *Modus generationis Salivæ.* 376. *Præſuppoſita ad indagandam elaborationem Salivæ.* 377. *Generatio Salivæ fit per modum transcolationis.* 378. *Salivæ finis & uſus.* 378. 379. 380. *morboſæ Salivæ definitio.* 381 *Differentiæ.* 382. *Vitium Salivæ in quantitate.* ibid. *Salivationis benignæ cauſæ.* 383. 384. & ſeqq. *Symptomata Salivationem benignam comitantia.* 389. *Curatio Salivationis benignæ.* 392. 393. & ſeqq. *Vitium Salivæ in defectu.* 403. *Cauſæ.* ibid. & ſeqq. *Symptomata deficientis Salivæ.* 407. *Curatio.* 409. & ſeqq.
Saliva. *Vitia Salivæ in qualitate.* 414. & ſeqq. *Salivæ glutinoſitas, viſcoſitas.* 414. *ejus Cauſæ.* 415. ſeqq. *Symptomata glutinoſæ Salivæ.* 417. 418. *Curatio viſcoſitatis Salivæ.* 419. *Qualitas ſalivæ acida.* 421. *Ejus Cauſæ.* 422. *Symptomata ſalivæ acidæ.* 423. *Curatio ſalivæ acidæ.* 425. *Salivæ ſalſedo & acrimonia.* 427. *Ejus Cauſæ.* ibid. *Symptomata.* 428. *Curatio*

ratio ſalſo-aeris Salivæ. 431 *Salivæ auſteritas vel acerbitas.* 433. *ejus Cauſæ.* 434. *Symptomata ſalivæ acerbæ.* 435. *Curatio ſalivæ auſteræ vel acerbæ.* 436. *Salivæ amaritudo.* 438. *ejus Cauſæ.* ibid. *Symptomata* 439. *Curatio.* 440. *Salivæ dulcedo.* 441. *Cauſæ* ibid. *Symptomata.* 443. *Curatio Salivæ dulcis.* 444. *Salivæ malignitas.* 445. *Cauſæ.* ibid. *Symptomata.* 448. *Curatio.* 449.

Saliva. *Salivæ calculoſa diſpoſitio.* 451. *Cauſæ.* 452. *Symptomata.* 454. *Salivæ penuria.* ibid. *Curatio ſalivalis Calculi.* ibid. *Vitia Salivæ in quantitate & qualitate ſimul.* 456. *Salivatio critica.* 463. *Prognoſis.* ibid *Curatio.* 464. *Salivatio artificialis.* 465. *Remedia ſalivatoria.* ibid. *Symptomata ſalivationis artificialis.* 467. *Prognoſis.* 468. *Curatio.* ibid.

Scriptionis *modus varius.* 359.

Senſus, *an etiam interni patiantur?* 10.

Singultus. 424.

Sitis. 407. 418.

Somnambuli, *de illis Diſſertatio.* 56. *Occaſio ſcripti.* ibid. *Etymologia vocis.* 57. *Synonomia.* ibid *Homonymia* 58. *Qui Somnambuli?* 59. *Quò de illis tractatio pertineat?* 60. *An dentur Somnambuli?* ibid. *Experientia docet tales dari.* 61. *Noctambulonum exempla.* 62. *Noctambulus in puteum deſcendit.* 63. *Adoleſcens in ſomno argumentum componens.* 64. *Carmen componens in ſomno.* 69. *Somnambuli dormientes plus roboris quàm vigilantes obtinent.* 76. *Apertis ne vel clauſis oculis Somnambuli quid agant?* 78. *Somnambuli nihil metuunt.* 80.

Somnambulatio, *qualis ſit affectio morboſa?* 65. *Periodica quæ?* 67. *Homo in actu ſomnambulationis non perfectè dormit.* 68. *Cauſa ejus antecedens.* 71. *Quidnam adeò validas impreſſiones in anima excitet?* ibid. *Quinam ſomnambulationi obnoxii?* 75.

Somnambulatio, *ejus Diagnoſis.* 77. *Prognoſis.* 79. *Curatio Somnambulationis in paroxyſmo.* 80. *Curatio ſomnambulationis extra paroxyſmum.* 83.

Somniloqui. 66.

Somnus, *quomodo apertis oculis fiat?* 68. *Adoleſcens in ſomno argumentum componens.* 64. *Carmen componens in ſomno.* 69.

Spu-

Sputum. *Sputi vox quid denotet?* 363. *Ejus quatuor ſpecies.* ibid. *Sputum pectorale.* ibid. *Pituita palati.* ibid. *Muci palatini vera origo.* 364. *Mucus tonſillarum.* 365.

Sulphuris *præſentia unde probetur in Aquis mineralibus calidis?* 547.

Sympathia. 4.

T.

THermæ *apud Veteres palæſtris junctæ.* 475. *Earum prima inventio.* 476. *in Helvetiâ Thermæ plures.* ibid. *Thermarum Etymologia.* 477. *Earum diviſio.* ibid.

Thermæ *à Deo calentes creatæ.* 550.

Thermæ *Favarienſes. Vid.* Favarienſes.

Turpetum *minerale.* 286.

V.

UNguentum *coſmeticum pomatum.* 149. *Aliud ejusdem virtutis.* 150. *Aliud principibus Fœminis uſitatum.* ibid. *Unguentum ad fiſſuras papillarum, pudendorum.* 151. *Unguentum ad cutaneas puſtulas.* 160.

Vomitus. 391. 448. 423.

F I N I S.

52

Path Gen
Psychol
Med lect
Pharm
Hygiene
Bot. Physiol